BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVIII
F
26
NAPOLI

MONASTERII REGALIS S. MARTINI DE CAMPIS PARIS. ORDINIS CLVNIACENSIS, HISTORIA

Libris ſex partitâ.

PER

Domnum MARTINVM MARRIER, *eiuſdem Monaſterij Monachum Profeſſum.*

Sint oculi tui, Domine, aperti ſuper Domum hanc nocte ac die. 3. *Reg.* 8.



PARISIIS,
Apud SEBASTIANVM CRAMOISY,
TYPOGRAPHVM REGIVM,
viâ Iacobæâ, ſub Ciconijs.

M. DC. XXXVII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

NAPOLI



HISTORIAM
REGALIS MONASTERII
S. MARTINI DE CAMPIS PARIS.
ORDINIS CLVNIACENSIS,

EX VETERIBVS EIVSDEM MON.
DOCVMENTIS FIDELITER COLLECTAM,

ARMANDO-IOANNI
DV PLESSIS
S.R.E. CARDINALI EMINENTISSIMO,
DVCI DE RICHELIEV,
PARI FRANCIÆ,
ABBATI CLVNIACENSI, AC IPSIVS MON.
S. MARTINI DE CAMPIS PRIORI,

SVI CVLTVS MONIMENTVM
QVALECVMQVE D. D. D.
D. MARTINVS MARRIER.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

DOMNI
MARTINI MARRIER
MONASTERII REGALIS S. MARTINI DE CAMPIS PARISIENS. CLVNIAC. ORD. Monachi Profeſſi.

In ſuam eiuſdem Monaſterij Hiſtoriam, ad Fratres ſuos Martinianos.

PRÆFATIO.

VT Antiquitatis Æuique præteriti gratiſſima mihi ſemper fuit recordatio (Fratres in Domino chariſſimi) ita poſteritatis ac Nepotum noſtrorum animum meum ingens hactenus poſſedit deſiderium. Sed nihil æquè mentem vnquam meam demulſit & allexit, quàm Martiniani huiuſce noſtri Conuentûs priſca illa, nobilis & excellens Maieſtas & Gloria, quæ profectò iis longè clarior lucidiorque conſpicitur, qui ſe totos eius exquirendis, explorandis, & perſcrutandis Archiuis tradiderunt. Vnde cùm eadem euoluere & rimari mihi per multos annos licuerit, tantum veteris penes nos memo-

rie latere Theſaurum vehementer ſum admiratus. Quam verò voluptatem Antiquitatis ſtudioſis non adferunt tot Regum, tot Principum noſtrorum, tot ſummorum Pontificum, tot noſtratium Præſulum, tot Martinianorum Antiſtitum Chartæ, Diplomata, Monumenta; quædam ante annos quingentos quinquaginta edita, eorumdemque vultus & nomina, Sigillis vel adfixis vel adpendentibus exprimentia? Quo fit vt plurimùm indoleam nulli hactenus Martinianorum noſtrorum in mentem veniſſe vt ſcriberet, cuius veſtigiis atque vigiliis inſiſterem; cùm Martiniana iſthæc Domus Fratres ita à litteris alienos nuſquam aluerit, qui Spartam hanc modis omnibus exornare, quodque tractandum ſumpſi Argumentum, digniùs & enucleatiùs abſoluere potuiſſent. Verùm, cùm tali caream ſubſidio, quid mirum ſi rudis admodum, nec ſatis verſatus, in aliquibus forſitan cæcutierim? Non enim quò mihi perueniendum ſemitæ tritæ, vel ſimplex & directum iter, ſed

Quale per incertam Lunam, ſub luce maligna
Eſt iter in ſiluis, vbi cælum condidit vmbra
Iupiter, & rebus nox abſtulit atra colorem.

Non ſcribam igitur, & me veteris carminis terrebit dicterium,

——tenet inſanabile multos
Scribendi Cacoetes?

At teneat, dummodo Antiqua noſtra reuelem: teneat inquam, ſi

——Ventura in ſecla nepotes
Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis,

me ſcripſiſſe habeant volupe. Neque enim ſum neſcius fore

fore nonnullos, qui qua ſunt in litteras mente veruecina, vel in litteratos (quorum imis ſubſelliis adſideo, vel potius inter quos ego leuioris armaturæ miles) amarulentia & liuore, hocce Opus propoſitumque meum minùs ſint probaturi. Verùm neglectis huiuſmodi Suſurronibus, Sycophantis & Scurris, conſilium animuſque mihi eſt Fratrum meorum oſcitationi pro virili ſuccurrere, & quid de Martiniani noſtri Monaſterii veteri Claritudine & Gloria didicerim; edocere, & omnium oculis exponere. Quidni non facerem, cum ei tàm impensè ſim addictus & obnoxius? Nam

Alter ab vndecimo tùm me vix cœperat annus.

cùm afflante diuino numine nuntium vt ſæculo remitterem, eumque quem in mundi lubrico limine poſueram, pedem retraherem, ceu Mater chariſſima, ſinu, gremioque, hactenus fouit, aluit, enutriuit. Immane dictu, quanta cura, illi, vt cum deuotionis igniculis, nouello ſuo Alumno literarum accederet cognitio & præuiſum & prouiſum eſt. Vnde nõ parua ingrati animi nota inurrerer, ſi tot ſuſcepta beneficia ſilens præterirem.

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat,
Vel Pater Omnipotens adigat me fulmine ad vmbras
Pallentes vmbras Erebi noctemque profundam.

quàm eius meminiſſe deſinam,

noſtroque illius labatur pectore vultus.

Vt enim ſcintilla in aridam materiem incidens facilè comprehendit; aut eorum inſtar qui Symphoniam audierunt; ferunt ſecum in auribus modulationem illam & dulcedinem cantus, ſic ego inflammor in nomine & recordatione illius. Quippe cuius amor (vt cum Pindaro

é

dicam) pupugit mihi mentem. Iacienda eſt igitur alea, tuum Lector iudicium æquo animo ſubiturus, ſcilicet vt ſi labori noſtro faues, ſuggeras; ſiue carpere gaudes, corrigas; ego vtroque affectu vtar in vnum finem, emendandi & diſcendi. Si quid verò me fefellit aut fugit, ſit venia; nemo eſt mortalium quem non aliqua pars ignorantiæ attingat, nemo ità induſtria aut ingenio poteſt, vt omnia colligat, intelligat. Multi enim multa, ſed nullus omnia, vel vnius hominis cuncta videre, vel memoriâ aut ſtylo complecti. Nec vero, imò poſco vt manum alius addat, quandoquidem

Hæc mihi gleba ſatis, lectæque è meſſe beata
Spicæ aliquot, forſan me audentior alter arabit
Campum omnem, ſatis eſt ſulcos duxiſſe priores.

Proinde.

Ne mea dona tibi ſtudio diſpoſta fideli
Intellecta prius quàm ſint, contempta relinquas.

Nam multi iudicant priuſquam legerint. Quid? etiam priuſquam inſpexerint, contemptores ſcilicet honeſtorum ſtudiorum & artium, & quorum voto iamdiu doctrina omnis ſit fumus. Sed ad rem nobis eſt veniendum.

Igitur inter eos qui de Martiniano noſtro Cœnobio Authores ſcripſere, nullus (quod ſciam) de Primocua illa & quæ Henricum Primum præceſſit, fundatione perantiqua, verbum vllum fecit. *Porrò* (inquit Rex cartâ ſuâ inferiùs inſertâ pagina 4.) *ante Pariſiacæ vrbis portam, in honore Confeſſoris Chriſti Martini Abbatia fuiſſe dignoſcebatur, quam tyrannica rabie (quaſi non fuerit) omnino deletam, ab integro ampliorem reſtitui.* Quibus haud dubiè verbis, Cœnobium Martinianum antiquiſſimum eſſe, eiuſque Prima-

riam extructionem ſua longè tempora præcedere, fateri videtur. Vnde quem Regum ante annum Milleſimum ſexageſimum habuerit Fundatorem, non ſatis conſtat. Annales idcirco Hiſtoriaſque penes quas Primæuæ huius Fundationis notitia aliqua emungi poterat, adire, conſulere, euoluere, legere & perlegere non piguit, at quæ ne tantiſper quidem meminiſſe videntur, nec mirum, dicente Rege. *Tyrannica rabie (quaſi non fuerit) omninò fuiſſe deletam.* Ex qua quidem deuaſtatione, Cartas, Diplomata, Monimenta, & cætera huiuſce Fundationis documenta, cum ipſis Ædibus conflagraſſe & interiiſſe credendùm eſt; quoniam apud prædones & fidei Chriſtianæ inimicos, moris erat vſitati. Quem etiam noſtri ſæculi Nouatores non ſemel, nec vno loco ſunt imitati & ſequuti, ea quæ Catholicam ſapiebant Religionem, igne voraci edacibuſque flammis conſumere.

Cùm itaque Primitiua illa vetuſtiſſimaque Martiniani noſtri Monaſterij conſtructio ſit conclamata, ac proinde eius notione noſtra careat ac priuetur ætas, huic fortaſſe aliqua ex parte malo, vetus illa, & à maioribus noſtris excitata quondam apud nos Bibliotheca, mederi & ſuccurrere poterat, ſi æuo ſuperiore, neſcio quo infauſto ſydere, in partes diſtracta non euanuiſſet. Inde autem eſt effectum, vt tàm Auguſtum & celebre Monaſterium præcipua & nobiliori ſui parte hactenus orbum & priuatum fuerit. Cùm è diuerſo nupera longeque recentiora, non ſolùm per Galliam, ſed Orbem penè Chriſtianum extent Monaſteria tanta voluminum ſupellectile, Inſignibuſque Antiquitatis Monumentis, nobilia; vt penes illa omnem dixeris præteritorum ſæculorum co-

gnitionem latere ac deliteſcere. Quis enim neget priſcos Cœnobitas, vetereſque Monachos, Corticum, Membranarum & vetuſtorum Codicum, diligentiſſimos Cuſtodes, illorumque Mandras & Cœnobia iis aſſeruandis tutiſſima fuiſſe Archiua & Officinas? Teſtes illi quondam Ægyptij Monachi & Heremicolæ, qui non modò ſilentio, orationi, lectioni, rerumque diuinarum contemplationi vacabant; ſed certis etiam horis, libris conſcribendis & tranſcribendis incumbebant. Verùm longiùs digredior, & dùm Vrceum facere cogito, Amphoram fingit manus. Vt autem dictæ Fundationis ab Henrico Primo cauſam faciliùs aſſequamur, altiori indagine, & diſquiſitione penitiori opus eſſe iudicamus.

Henricum Regnum ineuntem, multis magniſque impetitum fuiſſe in ſe molitionibus, ex Hiſtoriis & Annalibus abundè conſtat, quibus dextro numine & pro voto ſuperatis, qua erat pietate & deuotione Martiniani Monaſterij excitādi occaſionē ſumpſiſſe hāc aiunt. *Henricus* (inquit Guilielmus de Nangis) *Rex Francorum, poſt mortem Patris Roberti Regis, à Matre ſua Conſtantia Regina, tanto nouercali odio eſt affectus, vt conſpirantibus aduerſus eum multis, à Regali faſtigio eum deponere ſatageret, & Robertum fratrem eius Burgundiæ Ducem, in loco illius ſubrogare diſponeret. Multos etiam Franciæ & Burgundiæ Proceres ſibi conciliauerat, quos à filij fidelitate mala fraude ſubduxerat, inter quos precipuè Odonem, Campaniæ, Briæ, Carnotenſis & Turoniæ Comitem, cui medietatem Senonicæ ciuitatis donauerat. Verùm, Rex Henricus, cùm eſſet Miles acerrimus, Matrem aduerſus ſe recalcitrantem, ope Roberti Ducis Normanniæ cita deuicit fortuna, & perfidorum machinamenta Procerum, ſua peſſumdedit:*

prudentia. Siquidem prima congreſsionum ſuarum principia cum Matre conſeruit, & Caſtrum adorſus Piſsiacum, mox illud ad ſuum retorſit dominium. Quod cernens Conſtantia Regina, mox ab eo dextram expetiit, & deinceps quoad vixit tempore, ſibi fidelis extitit. Quæ commoda Henricus in Deum referens accepta (inquit Gaguinus Hiſtor. lib. V. cap. X.) *Diui Martini Templum, quod Camporum appellatur, à ſe Pariſiis conſtructum, Sacerdotibus (quos Regulares vulgus vocat) aſsignauit.*

Martinianum igitur noſtrum Cœnobium, Fundatorem Henricum habere & agnoſcere, poſtquam eſt demonſtratum, dictæ Fundationis Cartas & Titulos res ipſa nunc poſcit & flagitat vt adducam in medium; quod & mox exequar, vbi paucis mihi fecero ſatis. Itaque non modò rerum & Hiſtoriarũ, ſed omnium penè quæ Martinianæ noſtræ Domus Maieſtatem, Splendorem, Venuſtatem, Vetuſtatemque ſpirant & redolent, tanta me cura & ſtudium habet, vt nihil quod illius ſit augendo decori, prætermitti velim & optem. Inter autem Æui priſci Monumenta, non vltimo mihi ſtant loco Picturæ quantumcumque rudes, vel penicillo minùs polito exaratæ, quandoquidem ex illis, lux quædam & cognitio antiquitatis ſtudioſis, & Operi ornamentum poſſit accedere. Vndè cum tales huiuſmodi, & pro calamo depictas imagines in vetuſtiſſimo & antiquiſſimo dictæ fundationis M. S. Codice offendiſſem, nulla ratione omittendas & prætereundas iudicaui, in quibus tamen depingẽdis, veteris Æui ita ruſticitas eſt obſeruata, vt quidpiam eis lepôris & gratiæ additum & admixtum fuerit. Ad opus nunc accingor, meque initia tenent. At priuſquam ordiar, Deum veneror atque ſic inuoco.

TV IGITVR LVX ÆTERNA SOL SINE ORTV ET OCCASV, PER HAS ANTIQVI ÆVI TENEBRAS EVNTEM DIRIGE. TV DEVS INQVAM, LVX TEMPORVM, RERVM, HOMINVM, SCINTILLAM ALIQVAM TVI, SI NON RADIVM, IN MENTEM MEAM IMMITTE, VT VIDERE, ADIRE, SED ET RESERARE POSSIM THESAVROS ANTIQVITATIS ET MEMORIÆ, QVOS IN ÆVI DIFFVSO IMPLEXOQVE SINV REPONIS ET SERVAS.

-----Clara meæ præpandens lumina menti,
Res quibus occultas penitus conuiſere poſſim.

QVÆ HIS SEX LIBRIS CONTINENTVR.

PRIMO. *Cartæ Fundationis & Priuilegiorum Monaſt. S. Martini, cum Notis, &c.*

SECVNDO. *Statuta & Arreſta Reformationis Martinianæ.*

TERTIO. *Notitia ſeu Catalogus Reuerendiſſ. Patrum, Priorum S. Martini de Campis.*

QVARTO. *Prioratus à Monaſterio S. Martini dependentes.*

QVINTO. *Prebendæ & Capellæ Monachales (quæ poſtmodum in Curas Parochiales euaſere) eidem Monaſterio ſubditæ.*

SEXTO. *Monumenta Martiniana. Id eſt, Tumuli. Inſcriptiones. Epitaphia, & cætera huiuſmodi, tàm in ſacris Aedibus, quàm Clauſtris etiamnùm conſpicua.*

PETRVS VENERAB. LIB. II. MIRAC. CAP. VII.

EST SANCTI MARTINI MONASTERIVM, SVO CLVNIACENSI MONASTERIO IN ORDINIS, RELIGIONIS, AC FERVORIS PROPOSITO, PRO MODO SVO ITA CONSIMILE, ET IN TOTVM CONFORME, VT VELVT SIMVLACHRVM CERÆ IMPRESSVM, MVLTIS ALIIS AD CLVNIACVM PERTINENTIBVS MONASTERIIS, ORIGINALIS SIGILLI IMAGINEM FAMILIARIVS REPRESENTET, ET EXCEPTIS LOCORVM DISTANTIIS (QVÆ SIMVL ESSE NON POSSVNT) NON DIVERSA, SED PRORSVS VNVM SINT.

HISTORIÆ
REGALIS
MONASTERII
S. MARTINI DE CAMPIS
PARIS. ORD. CLVNIACENSIS,

LIBER PRIMVS.

IN QVO CARTÆ FVNDATIONIS ac Priuilegia eiuſdem Monaſterij continentur.

A

CARTA FVNDATIONIS
Monaſterij S. M rtini,
PER HENRICVM I. FRANC. REGEM.



REX pius Henricus, Martini dulcis amicus,
Templum Martino fecit, ſub nomine trino.

Fecit & inſtruxit ſatis ille quidem quia iuſsit.
Nam niſi præciperet, nihil hîc Martinus haberet.
Inſtituit fratres, non carne, ſed ordine fratres,
In commune bonum quorum foret vtile donum,
Fratribus ex ipſis Abbatem tradidit ipſis,
Non nimis elatum, ſed pondus ad omne paratum.



SIC Ingelardus, non ad bona ſingula tardus,
Sic fratres victo ſathana, mundoque relicto

Fecerunt tanti Martini mænia ſancti,
Vt non poſſit homo minùs intus tollere pomó
Fratribus inuitis, quin ſurgant iurgia litis,
Vt ſcriptura ſequens probat hoc in Codice præſens.

An. 1060. IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Glorioſæ matris Eccleſiæ filij nouerint vnde gaudeant, & vbi plaudentes piæ deuotionis fauorem impendere ſatagant. Orthodoxis ſiquidem omnibus luce clariùs liquet, ſanctam Eccleſiam Catholicam, fide ſolidatam, vtriuſque Teſtamenti multimodis & probabilibus argumentis, æterni Regis eſſe ſponſam. Vndè legitur. *Erunt duo in carne vna*, ſummo ſcilicet mentis intuitu Chriſtus & Eccleſia. Et Propheta Pſalmographus canens: *Tamquam ſponſus Dominus procedens de thalamo ſuo*, apertè oſtendit, quia Dominus ſanctam Eccleſiam, vtpotè ſponſus, ſibi ſociauit in virginali thalamo. Sed & ipſe Dominus hoc idem aſſeruit, cum de ſeipſo Apoſtolis loqueretur. *Non poſſunt*, inquiens, *filij ſponſi lugere quamdiu cum illis eſt ſponſus.* Quod etiam Apoſtolus Epheſijs ſcribens, *Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus Eccleſiam*, manifeſtiſſimè teſtatur. Quando verò tàm euidenti authoritate ſancta Eccleſia comprobatur eſſe ſponſa Chriſti, neceſsè eſt qui tàm pretioſo ſponſo placere ſtudeat in cœlis, eius ſponſam pio obſequio venerari in terris.

Gen. 2. 24 · *Pſal. 18. 6.* · *Matt. 9. 15.* · *Eph. 5. 25.* · *Cant. 4. 8.*

Igitur hæc & huiuſmodi, ego Henricus Dei gratia Rex Francorum, ſedula cogitatione recolens, qualiter *decorem domus Domini, & locum habitationis eius dilexi*, omnibus tàm præſentibus quàm futuris notum fieri volui. Porrò ante Pariſiacæ vrbis portam in honore Confeſſoris Chriſti Martini, Abbatia fuiſſe dignoſcebatur, quam tyrannica rabie (quaſi non fuerit) omnino deletam, ab integro ampliorem reſtitui, Eccleſiam, quæ diu ſterilis amiſſa prole fleuerat, quærens reddere fœcundam cœleſti ſponſo. Religioſorum conſilio virorum, Canonicos regulari conuerſatione ibidem Deo famulantes attitulaui, & vt ſine ſolicitudine magis di-

Pſal. 25. 8.

uinis quàm ſeculi curis vacantes valeant viuere, de facultatibus dotem faciens Eccleſiæ, ob remedium patris mei, matriſque meæ animarum: atque pro mei, necnon coniugis meæ & prolis ſalute & pace, hæc illis largior poſſidenda perpetuo iure. Altare in primis eiuſdem Baſilicæ omni clarificatum libertate, & terras quas circa eandem Eccleſiam priùs habebam, & quas ibidem Anſoldus cum nepotibus ſuis Milone ſcilicet & Vvarino mihi dedit, concedente Hugone Comite, propter præfati Milonis reconciliationem, qui tunc reus magni criminis erat aduerſum me. Sed precibus Ymberti præſulis, accepta terræ cultura à ſupradictis militibus, commiſſum illud (vnde centum libras iuſto iudicio exolueret) dimiſi.

Has ergo terras circa muros Eccleſiæ ſitas, eidem Eccleſiæ concedo: ea videlicet libertate, vt nullus in eis aliquam redibitionem exigere præſumat. Apud Pariſios verò Molendinum vnum. In villa quæ dicitur Alberti-Villare, terram quam ibi habebam. Noiſiacum verò ſuper Maternam ſitum, cum omnibus redditibus & redibitionibus terræ, ſiluæ, vinearum, atque pratorum. In territorio autem Meldenſi, villam nomine Anethum, cum omnibus redditibus atque redibitionibus terræ, ſiluæ, vinearum, atque pratorum; de redditibus quidem paſtionis, vieriæ, ſiluæ, atque leigij, omnem decimam. Item in pago Pariſienſi, Bungeias cum omnibus redditibus & redibitionibus liberè ſibi adjacentibus. Sed & in pago Laudunenſi, Diſiaci (excepto Altari) dimidium cum præfatis poſſeſſionib. habeant, teneant, regant, atque poſſideant. Illud ergo prætermitti nullatenus volo, quia præfatam Eccleſiam ea firmitate munio, quatenus in perpetuum regio iure ab omnibus fore concedatur libera, tàm videlicet intra ambitum munitionis eius, quàm extra in procinctu illius; in theloneis, in fredis, in iuſtitiis, in omnibus quæcumque ius noſtri exigit fiſci, nemo vnquam illam inquietare audeat. Canonici etiam hanc poteſtatem habeant, vt Abbate obeunte, aſſenſu fratrum, boni teſtimonij virum, nemine perturbante, reſtituant. Verumetiam vt ea fixa firmamento

teneantur ſtabili, hanc Cartam, in qua me præcipiente hæc omnia ſcripta ſunt, ſigillo meo ſubterfirmaui. Ego ipſe Rex Henricus, & Regina pariter, & Philippus filius meus cum fratribus ſuis manufirmatam corroborauimus. Quamquidem Mainardus Senonum Archiepiſcopus cum Ymberto Pariſiorum Præſule, aliique quamplurimi tàm Pontifices quàm laici Principes confirmarunt & corroborarunt, omnibus ſupra memoratis fauentes. Si quis autem poſthac priuilegium hoc violare præſumpſerit, primùm ſacrilegii, ſiue tantæ authoritatis negligentiæ reus, duro anathemate feriatur: deinde nefandæ præſumptionis irritus, graui cenſus detrimento damnetur. Anno regni ſupradicti Regis XXVII. Actum anno ab incarnatione Domini M. LX. Indictione XV. Pariſius publicè.

Signum Regis Henrici.
S. Philippi Regis.
S. Annæ Reginæ.
S. Archiepiſcopi Mainardi Senonenſis.
S. Geruaſij Remenſis Archiepiſcopi.
S. Ymberti Epiſcopi Pariſienſis.
S. Odolrici Archidiaconi Pariſienſis.
S. Balduini Cancellarij.
S. Voizelini Capellani.
S. Richardi Capellani.
S. Radulfi Comitis.
S. Thetbaldi de Montemorenci.
S. Rainaldi Camerarij.
S. Albrici Coneſtabularij.
S. VVillelmi Seniſcalci.
S. Hugonis Buticularij.
S. Roberti Coci.
S. Radulfi Beluacenſis.
S. Yuonis Sub camerarij.
S. VValteri, filij Berneri.
S. Amalrici Rufi.
S. VVillelmi, fratris Baldrici.


S. VVidonis Ambianenſis Epiſcopi.
S. VValteri Meldenſis Epiſcopi.
S. Elinandi Laudunenſis Epiſcopi.
S. Frollandi Siluanectenſis Epiſcopi.
S. Trecenſis Epiſcopi.
S. Roberti filij Comitis Balduini.
S VVidonis Ponthiuenſis Comitis.
S Baldrici.
S. Engenulfi.
S. Amalrici de Monteforti.
S. Stephani Præpoſiti.
S. Framerici Coci.



A Modò Martinus non exul, nec peregrinus,
Sed peregrinorum domus, atque pater miſerorum.
Seruos, ancillas habet, atria, prædia, villas,
Terris, vineolis pollet, ſub cardine Solis.
Non eſt mendicus, quia Chriſti fertur amicus.
Iam ſuperat ciues, iam fit de paupere diues.
Si Rex vixiſſet, non iſta pati potuiſſet,
Vt pauper, modicus, dictus foret eius amicus.
Verùm, morte citâ fugit illum perſida vita.

Non

Non potuit rotum Martino ſoluere votum.
Et tamen eſt aliquid quod ei vivendo reliquit.
Quod niſi tunc faceret, tamen illi nil remaneret.
Rex erat, ecce cinis, ſic eſt de corpore finis,
Liberet à pænis animam Deus atque cathenis,
Vt duce Martino lætetur in ordine quino. Amen.



C*Arnis in hac Vuerra, ſic fit caro ſplendida terra.*
Poſſumus hic verè terram de Rege videre.

Nam qui de terra fuit, eſſe nequit niſi terra.
Lætatur vanè de rege cadauer inane.
Ecce Ducum multo cum fletu Rege ſepulto,
Diſcedunt proceres, coniunx, domus omnis, & hæres,
Ac ſi non eſſet Rex horum, ſed magus eſſet.
Martinus remanet Regis ſcelus vt prece ſanet.
Nunc videt Henricus, quis, qualis, quantus amicus
Sit ſibi Martinus, iacet in qua parte ſupinus.
Quem ſic cuſtodit Martinus non Deus odit.
Tantæ Zelotypus bonitatis amore Philippus
Non opus hoc ſpreuit, ſed fratrum viuere creuit,
Fermè de totidem quot habebant prædia pridem.
Martino ſedem dedit hic Sanſonis in ædem,
Nec ſolam ſedem, ſed totam tradidit ædem
Ad diſponendum, vel quodlibet ad faciendum.



Martinus nomen felix ſuſcepit ad omen.
Rex non eſt, patrem qui non amet hunc quaſi fratrem.
Si contra leges mutaret Gallia Reges,
Rex qui nunc ſtaret, & cras non eſſe putaret
Martino faceret, cur ſola nocte placeret,
Quis non præberet Martino quicquid haberet?
Simplum præbebit, quadruplum quod rurſus habebit,

Nec duce Martino cadet in feruente camino.
Hac ope ſecurus Rex eſſe volens moriturus,
Tradidit in ſedem Martino Sanſonis ædem,
Teſtibus his quorum ſunt nomina, vox vt eorum.

DEDICATIO ECCLESIÆ MARTINIANÆ,

Approbatio omnium quæ illi Henricus largitus eſt.
Donum Abbatiæ SS. Symphoriani & Sanſonis Aurelian.

PER PHILIPPVM I. FRANCOR. REGEM.

An. 1067. IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Diuinarum Scripturarum authoritate inſtruimur antiquorum Patrum veſtigia ſequi, & eorum in quantum poſſumus bona exempla imitari. Vnde Dominus per Ieremiam Prophetam nos admonet dicens: *State in vijs, & conſiderate de ſemitis antiquis, & videte quæ ſit via bona, & ambulate in ea.* (*Ierem. 6. 16.*) In via ergo bona antiquorum Patrum ambulare præcipimur, quia bona opera Patrum noſtrorum nobis facienda atque imitanda proponuntur, quatenus eorum conſortes atque participes ſimus in cœlis, quorum exempla imitari laboramus in terris.

Ego itaque Philippus Dei gratia Francorum Rex, hac prophetica edoctus exhortatione, & præcedentium patrum, Francorum videlicet Regum (& maximè dilectiſſimi patris mei Henrici) exemplo prouocatus, quorum deuotiſſimum ſtudium erga diuinam religionem & Eccleſiarum inſtructionem cognoui: Notum fieri volo cunctis fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ curam gerentibus, tàm præſentibus quàm futuris, quia Eccleſiam S. Martini prope Pariſius ſitam, quæ vocatur de Campis, quam tirannica rabie deſtructã, & penè ad nihilũ redactam pater meus ſupradictus renouare & reædificare ſtuduerat; & multis beneficiis & donariis ditauerat atque ornauerat, & Canonicos quamplures cœnobialiter viuentes ibidẽ aggregauerat: poſt mortem ipſius dedicari feci, & opus quod pater meus mortis

ſurripiente articulo præuentus complere non potuit, ego pro ipſo ſuppleui. Ad cuius dedicationem celebrandam, multo conuocato conuentu Pontificum & Procerum noſtrorum nobilium, tàm Clericorum quàm laïcorum, ego ipſe præſentiam meam obtuli, & ob amorem Dei, & honorem pretioſiſſimi Confeſſoris beati Martini, cuius nomini attitulata eſt, & requiem ſupradicti patris mei defuncti; omnia quæ ipſe ſibi donauerat, conceſſi; plurima etiam quæ in noſtra poteſtate erant adauxi. Abbatiam videlicet S. Symphoriani & S. Sanſonis quæ eſt Aurelianis intra muros ciuitatis ſita, & medietatem fori quod ſtatuimus in loco ipſius Monaſterii Calendis Nouembris, tàm de theloneis, quàm de iuſtitiis, & fredis, & redibitionibus, quæ in toto tempore ipſius fori ius noſtri exigit fiſci. Hæc omnia illi Eccleſiæ in perpetuum habenda conceſſi, & hoc teſtamentum inde fieri præcepi. Et vt æternum firmamentum habeat, ſigillo meo ſubterfirmaui & corrobaui, & omnibus Epiſcopis qui adfuerunt, & Principibus Regni mei firmādum præſentaui. Si quis verò, quod abſit, & quod minus credimus, hoc regale & legale ſtatutum aliqua temeritate calumniare vel violare præſumpſerit, ſciat ſe regiæ Maieſtatis reum, & anathematis gladio feriendum.

Actum Pariſius publicè, anno ab Incarnatione Domini M. LXVII. Indictione V. anno regni Philippi Regis VII. Dedicata ſub eodem tempore ipſa Eccleſia à ſupradictis pene omnibus Epiſcopis.*

Tale per exemplum redit ad iuga debita Templum,
Quod velut emiſſum Martinus habebat omiſſum.
Ad ius jure redit, quicquid de jure recedit.
Si redit ad Dominum ſeruus, non eſt peregrinum.
Paſtor Dolenſis eſt Eccleſiæ Turonenſis.
Sanſon Dolenſem, Martinus habet Turonenſem
Eccleſiam, pacto non conſimili neque facto,
Paſtor Dolenſis ſeruit, recipit Turonenſis.

**Recentius quodam M. S. addit. IV. Cal. Iunſ.*

Quamlibet in partem Martinus duxerit artem:
Ergo Dolenſis eſt ſeruus, herus Turonenſis,
Huius tàm iuſtæ dationis, tamque venuſtæ,
Exiſtunt iſti teſtes in nomine Chriſti.

Signum Regis Philippi.
Hugo frater Regis.
Balduinus Comes Flandriæ.
Richerus Senonenſis Archiepiſcopus.
Gaufridus Pariſienſis Epiſcopus.
Guido Ambianenſis Epiſcopus.
Gaulterus Meldenſis Epiſcopus.
Hugo Trecenſis Epiſcopus.
Rogerus Catalaunenſis Epiſcopus.
Agolandus, idem.
Yuo Saxenſis Epiſcopus.
Drogo Archidiaconus Pariſienſis.
Yuo, Archidiaconus Pariſienſis.
Lando Præcentor Pariſienſis.
Gaufridus Canonicus S. Mariæ
Olricus Capellanus.
Balduinus Canonicus S. Mariæ.
Milo Decanus S. Dionyſii de Carcere.
Engelardus Abbas ipſius loci.
Giſlebertus Prior.
Drogo Presbyter.
Drogo Grammaticus.
Dainbertus Diaconus.
Hildricus Canonicus.
Arnulfus S. Crucis Aurelian.
Haimo Decanus S. Crucis Aurelian.
Sanzo Sacriſta Aurelian.
Rainaldus S. Martini Theſaurarius Turonen.
Balduinus Comes Iunior.
Hugo Comes Mellendis.
VVillelmus Comes Sueſſ.

Rainaldus Comes Curbulienſis.
Vrſio Vicecomes Melidun.
Guido de Monte-lethery.
Symon de Monte-forti.
Thetbaldus de Monmoriaco.
Radulfus Seniſcalcus.
VValerannus Camerarius.
Baldricus Conſtabularius.
Engenulfus Buticularius.
Adam Pincerna.
Guido Mareſcalcus.
Drogo Pincerna.
Engelramus Pædagogus Regis.
Petrus Cancellarius.
Euſtachius Capellanus.
Gaufridus Subcapellanus.
Amalricus de Caſtello-forti.
Fredericus de Curbuilo.
Stephanus. Præpoſitus Pariſien.
Malbertus. Præpoſitus Aurelian.
VValterus. Præpoſitus Piſſiacen.
VVillelmus de Gomethiaco.
Hugo de Nouo-caſtello.
Mainerus de Sparrone.
Herueus de Marleio.
VVarinus de Iſlo.
VVarnerus de Pariſius.
Frotmundus frater eius.
Giraldus Hoſtienſis Epiſcopus.
Poſt ſubſcripſit ſimiliter.
Rainbaldus Apoſtolicæ Sedis Legatus.

Filius Henrici faciens ita vult benedici,
Et prece Martini portum vitare lucrini.
Tale quidem donum talem placet ante patronum.
Addidit ergo bono, duo Rex Altaria, dono,

E quibus hinc illo vadens, rediens & ab illo,
Viueret ambarum moderans pater Eccleſiarum.
Dat firmatque datum ſic duret vt inuio'atum.

CONFIRMATIO DVORVM ALTARIVM,

PER PHILIPPVM. I. FRANCOR. REGEM.

An.1065. IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Ego Philippus gratia Dei Francorum Rex, Omnibus tàm præſentibus quàm & futuris ſanctæ Genitricis Eccleſiæ filiis, Notum fieri volui, quoniam pater meus piæ recordationis Rex Henricus Eccleſiæ beati Martini, quam ante Pariſienſem vrbem conſtruxerat, cum cæteris beneficiis eidem Eccleſiæ deputatis, in pago Belſenſi duo Altaria, Nouæ ſcilicet Villæ atque Hyenuillæ largitus eſt. Ego autem fauente matre atque Comite Balduino, Regiæ Domus curam gerente, eadem Altaria præfatæ Eccleſiæ regio iure æternaliter poſſidenda concedo. Actum Aurelianis, anno ab incarnatione Domini M L X V. regni autem Philippi regis V. indictione XV.

SIc donum patris confirmat Rex, prece matris,
Et precibus quorum ſunt nomina præſto virorum.
Corpora ſi deſunt, præſentia nomina præſunt,
Vt præſente nota, firmetur Cartula tota.
Nec villanorum ſunt nomina, nec reproborum,
Sed perfectorum vita dapibuſque bonorum.

Signum Balduini Comitis.
S. Hugonis Comitis.
S. Radulfi Comitis.
S. VVidonis Comitis Pont.
S. VVidonis Ambian. Epiſcopi,
S. VValeranni Camerarii.
S. Engenulfi Buticularii.
S. Amalrici Dapiferi Reginæ.

S. Bal-

S. Baldrici Conneſtabularii.
S. Adæ Pincernæ Magiſtri.
S. Euſtachii Cappellani.
S. Drogonis Pincernæ.
S. Roberti Coci.
S. Oſcelini.
S. Alalberti Præpoſiti.
S. Herberti Vicarii.
S. Haymonis.
S. Balduini Cancellarii.

Cætera non tanti ſunt, hæc tria munera quanti,
Præſtant parua tamen in maxima grande iuuamen.
Vnum de centum ſi deſit forte talentum
Officit ad numerum, de quolibet ordine rerum
Nemo poteſt dempto, centum proferre, talento.
Ergo ſic inuentum, centum facit eſſe, talentum.
Per paruas partes perfectas itur ad artes
Subueniunt magnis animalia parua........
Hoc capiendo feras, hic piſces, hic & aceras
Nunc quia non tanti ſunt paruula, maxima quanti,
Munera, grande tamen faciunt, in magna iuuamen.

CARTA PHILIPPI I. FRANCOR. REGIS.
De Moletrina, ſiue Molendino & furno.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Quoniam præuaricationis reatu primi parentis Adæ, à ſede beatitudinis æternæ in huius periculoſum vitæ ſtadium corruimus, operæpretium iudicamus, vt viam illuc reuertendi quæ eſt Charitas, quam Chriſto duce cognouimus, dum licet, aperire feſtinemus, quatenus ad gloriam quietis æternæ quam amiſeramus, cum fructu bonorum operum læti redeamus, cuius beatitudinis via nobis in promptu aperitur, ſi præceptum Dominicum cordis palato cuſtoditur: de qua *An 1070*

C

Luc. 11. 41. ipſa Veritas dicit: *Date eleemoſinam, & omnia munda ſunt vobis.*

Quapropter ego Philippus, Gratia Dei Francorum Rex, notum fieri volo ſanctæ Matris Eccleſiæ fidelibus, tàm præſentibus quàm & futuris, Quòd frater Ioannes Incluſus ſancti Martini, vir bonæ memoriæ, & de ſuſtentatione pauperum ſolicitus, mei præſentiam obnixè deprecatus eſt, vt pauperibus & peregrinantibus S. Martini, ſegregatim ab aliis fratribus in Eccleſia pſallentibus eleemoſinam facerem, & in victum eorum ad hoſpitalem, Molendinum vnum qui in dominio meo erat in magno ponte, donarem. Et ne furnum quem Abbas Engelardus, & cæteri fratres S. Martini admonitione ipſius Incluſi, inſtinctuque fraternæ charitatis hoſpitali conceſſerunt, aliquis deſtruere præſumat, vel in alios vſus retorquere audeat, vel alterum præter eum in toto procinctu munitionis S. Martini conſtruat. Quòd ſi fortè fieret creſcente habitantium multitudine, ad hoſpitale pertineret. Præterea deprecatus eſt, vt via quæ eſt antè Monaſterium S. Martini, pro honore eiuſdem Eccleſiæ publicè teneatur, & illa alia quæ ſub Monaſterio eſt, ad vſum pauperum in agriculturam immutetur. Quæ via ab eo loco quo ſe diuidit à via quæ ducit ad S. Martinum ab vrbe Pariſio venientes, vſque ad eum locum in quo conuenientes ſe vniunt, extenditur. Cuius votis & beniuolentiæ condeſcendens, pro ſalute mea & anteceſſorum meorum animarum remedio. Molendinum pauperibus ſupradictis & hoſpitalitati eorum contuli, furnum illis ſolum eſſe, nec præter eum alterum conſtrui, niſi ſupradicta ratione, conceſſi. Via ne vlterius niſi ante Monaſterium S. Martini teneatur, præcepi. Et vt hoc inuiolabile permaneat, ſignum caracteris mei impreſſi, & ſigillo meo corroboraui.

Signum Philippi Regis.

S. Hugonis de Puſiaco.

S. Vvillelmi de Tornabu.

S. Otranni de Drocas.

S. Liſuii Caboti.
S. Herii Coci.
S. Radulfi de Stampis.
S. Arnulfi Cubicularii.
S. Hergoti.
S. Vvillelmi de Monſteriolo.
S. Hugonis de Sorda-valle.
S. Chadios.
S. Roberti de Caſtello.
S. Hulberti Archidiaconi Siluanect.
S. Euſtachii Capellani Regis.
S. Rolandi, de domo S. Martini.
S. Giſleberti.

Hæc carta firmata eſt in pago Siluanectenſi apud Oriacum, tertio nonas Maii, anno ab Incarnatione Domini M.LXX. Epacta VI. Indictione VIII. anno Philippi Regis regni XI.

CARTA DONI SEV ATTRIBVTIONIS Martiniani Cœnobij Abbatiæ Cluniacenſi, Sancto Hugone VI. illius Antiſtite.

PER PHILIPPVM I. FRANCOR. REGEM.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus-ſancti. Nouerint cuncti fideles ſanctæ Dei Eccleſiæ. Quod ego gratia Dei Francorum Rex Philippus nomine, dono & concedo Domino Deo, & Sanctis Apoſtolis eius Petro & Paulo ad locum Cluniacum, in manu Domni Hugonis Abbatis, & omnium Abbatum qui in eodem loco futuri ſunt poſt eum in æternum, Locum qui dicitur S. Martini ad Campos, quem Pater meus Henricus fundauit, vt habeant & poſſideant in perpetuum, cum omnibus appenditiis ad eundem locum pertinentibus, id eſt terris, vineis, ſicut Engelardus Abbas poſſedit in vita patris mei & in tem- *An. 1079.*

pore meo, ſalua ſubiectione debita ſanctæ matris Eccleſiæ Pariſiacenſis. Facio autem hanc donationem, pro remiſſione peccatorum meorum, & genitoris genitricíſque meæ & omnium regum Francorum anteceſſorum meorum, vt cum omni libertate & quiete abſque vlla calumnia alicuius viuentis perſonæ vel poteſtate, pręfatum locum poſſideant, vt Deus omnipotens interuenientibus beatis Apoſtolis ſuis Petro & Paulo, regnum & vitam noſtram cum pace & tranquillitate diſponat in præſenti ſæculo, & in futuro ſæculo ſempiterna gaudia concedat. Vt autem hæc donatio firma & ſtabilis atque inconuulſa permaneat, hoc præceptum manu propria firmo & corroboro, ac ſigillo proprio ſigillari præcipio, teſtibuſque firmandum trado.

Signum Philippi Regis Francorum.

S. Haganonis Eduenſis Epiſcopi.

S. Comitis Rainaldi de Niuernis.

S. Roberti Dapiferi.

S. Roberti de Alliaco.

S. Gauterii de Clamiciaco.

S. Ebonis de Monte-celſo.

Si quis autem hoc donum vel præceptum calumniare tentauerit, iram omnipotentis Dei & omnium ſanctorum eius incurrat, & inſuper regia poteſtate conſtrictus, vendicare nequeat quod repetit, vſque dum à calumnia recedat. Huius rei teſtes ſunt & confirmatores, Canonici ipſius loci.

Goisfredus Prior.

Euſtachius, Giſlebertus.

Daimbertus, Gauterii duo.

Mainardus, Goisbertus.

Malfredus, Bernadus.

Hugo, Robertus, Arraldus.

Actum publicè apud S. Benedictum de Floriaco, anno Incarnati verbi M.LXXIX. anno regni noſtri XIX.

Ego Giſlebertus ad vicem Rogeri Cancellarii relegendo ſubſcripſi.

LITERAE APOSTOLICAE TESTIMONIALES, quod Papa Alexander IV. vidit literas Regis Franciæ, Quod Cluniacus teneat & habeat Prioratum S. Martini.

ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filiis Abbati & Conuentui Cluniacenſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Exigentibus veſtræ deuotionis meritis, votis veſtris libenter annuimus & petitiones veſtras, quantum cum Deo poſſumus fauorabiliter exaudimus. Cum igitur ſicut ex parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, claræ memoriæ Philippus Rex Francorum, locum qui dicitur S. Martini ad Campos Pariſ. quem claræ memoriæ Henricus pater eius fundauerat, Monaſterio veſtro pro ſuorum & progenitorum eius peccatorum remedio, pia liberalitate conceſſerit & donarit, prout in literis inde confectis ipſius & quorumdam aliorum ſubſcriptionibus, eiuſque ſigillo munitis, pleniùs continetur. Nos veſtris ſupplicationibus inclinati, conceſſionem & donationem huiuſmodi ratas & gratas habentes; ac defectum, ſi quis ex quacumque cauſa vel omiſſione in eis extitit, ſupplentes; de plenitudine poteſtatis, ipſas authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem ipſarum literarum de verbo ad verbum præſentibus inſeri facientes, qui talis eſt. *An. 1256.*

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, &c.

Vt ſuprà modo docuimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuppletionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Laterani XII. Cal. Feb. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

E vetere noſtro Martyrologio M. S.

Nonas Auguſti. Depoſitio Domni Henrici Francorum

Regis, Fundatoris huius Eccleſiæ, Officium fit ſolemne, ſicut de Philippo & Ludouico Regib. Francor. Seruitium facit Camerarius, & itur in Refectorium ad charitatem.

Item, ex eodem.

III. Cal. Aug. Depoſitio Domni Philippi Regis Francor. qui poſuit monachos in domo iſta (*Cluniacenſes ſubaudi*) Filij Regis Henrici, Fundatoris huius loci. Statutum eſt vt ſimul fiant Anniuerſaria vtriuſque Regis, videlicet Philippi & Ludouici. Etiam itur in Refectorium ad charitatem, Officium fiat ſicut de Prioribus noſtris.

CARTA LVDOVICI VI. FRANC. REGIS.

De exaltatione ſeruorum S. Martini.

An. 1110. IN nomine Patris & Filii & Spiritus-ſancti. Amen. Quia præordinante Spiritu Sancto per Eſaiam de Eccleſia dicitur, quod *Mamilla regum lactabitur. Et, Reges erunt nutritij eius.* Regalis ſerenitatis pietatem decet pro tranquillitate & pace Eccleſiæ regni iura temperare, plebiſcita relaxare, temperare, & confracta ſolidare, vt Eccleſiæ filii à malignantium infeſtatione aliquatenus releuati, Dei ſeruitio attentiùs vacare habeant, & Catholicum Regem ad regni gubernationem orationum aſſiduitate propenſiùs adiuuare valeant. *Multùm enim valet*, vt habet Iacobi Epiſtola, *deprecatio iuſti aſſidua.* Orante nempe iuſto Moyſe, Iſrael ſuperabat Regem Amalech. Rex autem gladio accingitur, ſecundum Apoſtolum Petrum. *Ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum*, vt per collatam ſibi diuinitùs potentiam, *Obmuteſcere faciat imprudentium hominum ignorantiam.* Conſtitutus in regno, iuxta Ieremiam, *Vt euellat, & deſtruat, & diſperdat, & diſſipet, & ædificet, & plantet.*

(Margin: *Eſa.* 60.16. *Idem* 49. 23. — *Iac.* 5. 16. — *Exod* 17. 11. — 1. *Pet.* 2.14. — 1. *Pet* 2.15. — *Ierem.* 1. 10.)

Hac igitur ratione, ſpe, & deuotione, Ego Dei Gratia Francorum Rex Ludouicus, Eccleſiæ S. Martini quæ dicitur de Campis, ſuper ſeruorum ſuorum contumelioſa & damnoſa in teſtimoniis abiectione, aduerſus liberos ſuppli-

canti, lachrimanti, & inſtanter rogitanti, tandem miſericorditer auſcultauimus Pontificum noſtrorum conſilio, Comitum quoque & procerum aſſenſu hac prærogatiua noſtræ maieſtatis omnes indiferenter huius præfatæ Eccleſiæ ſeruos benigniter honeſtauimus; quatenus in omnibus cauſis, placitis, & querelis, contra vniuerſas ingenuæ poteſtatis perſonas, veritatis teſtimonium regali inſtituto amodo vſque in ſempiternum exaltati. Vt teſtes legitimi proferant, & proferendo aſſerant, ſaluo & integro iure & timore cuius ſunt, Eccleſiæ; ac deinceps damnum vel repulſam ſe in huiuſmodi negotiis pertuliſſe nullatenus doleant, vel erubeſcant. Horum itaque probationes aut liberi ſuſcipiant, aut contradicendo falſificent. Regalis igitur decreti tranſgreſſor, cauſam de qua agit, in perpetuum amittat, excommunicationi ſubiaceat, & eius calumnia irrita fiat. Interim etiam in teſtimonium non recipiatur, nec pacis oſculo à fidelibus oſculetur. Dignum eſt enim ſupra cæteros ſeruos exaltare qui ei ſeruiunt, cui ſeruire eſt regnare. Vt autem huius inſtituti traditio per ſuccedentia tempora, inconuulſum vigorem obtineat, literarum memoriæ commendari, imò noſtri nominis caractere & ſigillo ſignari & corroborari præcepimus. Præſentibus de palatio noſtro quorum nomina ſubtitulata ſunt & ſigna.

Signum Anſelli Dapiferi.
S. VVillelmi Garlandenſis.
S. VVidonis de Turre.
S. Frogerii de Catalauno.
S. Herluini Magiſtri Regis.
S. Bartholomei de Fulcois.
S. Rainardi Rufi.
S. Bernardi nepotis eius.
S. Stephani Cancellarii.
S. Echenbaldi.

Actum Pariſius, anno incarnati Verbi MCX. Indict. III. pridie nonas Febr. anno vnctionis noſtræ II. Stephanus Cancellarius relegendo ſubſcripſit.

CARTA EIVSDEM LVDOVICI VI. QVA confirmat cuncta à maioribus ſuis Monaſterio S. Martini de Campis collata & conceſſa.

An. 1111. IN nomine Sanctiſſimæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Ludouicus Dei gratia Francorum Rex. Quia cuncta quæ mundo fiunt, niſi Cyrographi memoria recenſentur, vel ferè vel penitùs humanæ leuitatis incuria ad nihilum deduci cognoſcuntur; Dignum ac valde neceſſarium ducimus vt vniuerſa memoriæ digna, & ea præcipuè quæ nobis ipſis catholicè theſauriſamus, prouidentes in poſterum ne penitùs obliuioni tradantur, vel alicuius vſurpatoris inuidia infirmari, vel irrita fieri valeant, literarum memoriæ commendemus. Vniuerſis igitur ſanctæ Dei Eccleſiæ cultoribus, tàm poſteris quàm & præſentibus, notum fieri ac certum haberi volumus, quia iſta quæ ſubſcripta ſunt, quæ prædeceſſores noſtri Francorum Reges de morte animæ meditantes, Deo & beato Martino de Campis charitatiuè tribuentes, tradiderunt: ipſam videlicet inprimis beati Martini de Campis Eccleſiam cum terris quæ circa eandem Eccleſiam habentur, imò cum theloneis, & fredis, & iuſtitiis earumdem terrarum: Præterea Pariſius vnum molendinum, Terram Haubertiuillaris; Noiſiacum villam, cum omnibus redditibus terræ, tàm ſiluæ quàm vinearum & pratorum. Anetum villam cum omnibus redditibus liberè ſibi adiacentibus. Altare Hyenuillæ & Nouæuillæ. In territorio Laudunenſi Diſiacum villam, quæ fratrib. monachis inibi Deo militantibus donauerunt: ipſis viam vniuerſæ carnis ingreſſis perpetualiter poſſidenda conceſſimus & habenda. Gordum etiam piſcium apud Piſſiacum in Sequana, quem dum adiuuerent non dederunt. Nos in diademate regni viuentes, præfatæ Eccleſiæ beati Martini perpetuò poſſidendum donauimus. Præterea cuncta beneficia, cunctas videlicet terras cum cæteris poſſeſſionibus quas cæteri Barones in toto regno

regno noſtro, tàm clerici quàm laici prænominatæ beati Martini Eccleſiæ in remedio animarum ſuarum donauerunt, more regio cum ſupraſcripſis confirmantes, noſtri nominis Caractere & ſigillo ſignari & corroborari præcepimus, viuentibus & in palatio noſtro degentibus, quorum nomina ſubtitulata ſunt & ſigna.

Signum Anſelli, tunc temporis Dapiferi noſtri.

S. Hugonis Conſtabularij noſtri.

S. VVidonis Buticularii noſtri.

S. VVidonis Camerarii noſtri.

Actum Pariſius in palatio publicè, Anno Incarnati verbi M. C XI. anno verò conſecrationis noſtræ III. Stephanus Cancellarius relegendo ſubſcripſit.

Huic cartæ adfixum eſt ſigillum, tanta vetuſtate laborans, vt vix ipſius figura dijudicari valeat, quod alioqui hic lubenter æneâ formâ expreſſiſſemus.

EIVSDEM LVDOVICI VI. FRANCOR. REGIS Pro Martinianis Priuilegium.

IN nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis. Ego Ludouicus Dei miſericordia in Regem Francorum ſublimatus, notum fieri volo cunctis fidelibus tàm futuris, quàm inſtantib. Quod pro peccatorum noſtrorum remiſſione, Deo & Eccleſiæ beati Martini de Campis, digna & humili petitione Domni Odonis honeſtiſſimi Prioris eiuſdem loci, & fratrum ibi Deo ſeruientium in perpetuum concedimus, Quod nos vel heredes noſtri numquam beati Martini homines vel hoſpites capiemus niſi in præſenti forefacto fuerint deprehenſi. Et ſi nos vel homines noſtri querelam aduerſus eos aliquam habuerimus, in Curiam beati Martini ibimus, & iuſtitiam per manum Prioris & Monachorum indè ſuſcipiemus. Concedimus etiam quod beati Martini homines numquam in expeditionem vel equitatum ex conſuetudine, niſi ex amore ſolummodo, & pace, & voluntate, & licentia An. 1128

D

Prioris ibunt. Præterea quicquid de feodo noſtro eis datum eſt, vel in futurum poterunt largiente Domino adipiſci, illis iure perpetuo confirmamus & concedimus. Quod ne valeat obliuione deleri, ſcripto commendauimus, & ne poſſit à poſteris infirmari, ſigilli noſtri authoritate, & nominis noſtri caractere ſubterfirmauimus. Actum Pariſiis publicè, Anno Incarnati Verbi M.C.XXVIII. regni noſtri XX. Aſtantibus in palatio noſtro quorum nomina ſubtitulata ſunt & ſigna.

Signum Ludouici Buticularii.
S. Hugonis Conſtabularii.
S. Alberici Camerarii.
Dapifero nullo. Cancellario nullo.
Algri Notarius relegendo ſubſcripſit.

CARTA LVDOVICI VII. FRANCOR. REGIS Confirmationis omnium quæ maiores ſui Monaſterio S. Martini contulerunt, vocaturque magna Carta S. Martini.

An. 1137. IN nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis. Amen. Quia præordinante Spiritu-ſancto per Eſaïam de Eccleſia dici-
Eſa. 60. 16. tur. Quod *mamilla regum lactabitur.* Et, *Reges erunt nutritij*
Idem. 49. 23. *eius.* Regalis ſerenitatis pietatem decet, tranquillitati & paci ſanctæ Eccleſiæ per omnia prouidere: quatenus ipſius Eccleſiæ filii à malignantium infeſtatione aliquatenus releuati, Dei ſeruitio attentiùs vacare habeant, & Catholicum Regem ad regni gubernationem, orationum aſſiduitate propenſiùs adiuuare valeant. *Multùm enim valet* (vt habet
Iac. 5. 16. Iacobi Epiſtola) *deprecatio iuſti aſſidua.* Orante nempe iuſto
Exod. 17. 11. Moyſe, Iſrael ſuperabat Regem Amalech.

Hæc igitur ratione, ſpe, & deuotione, Ego Dei gratia Ludouicus Francorum Rex, & Dux Aquitanorum, dignum duxi vt iſta quæ ſubſcripta ſunt, & quæ prædeceſſores noſtri Francorum Reges, de morte meditantes, Deo & beato Martino de Campis charitatiuè tribuentes tradiderunt, more

regio noſtri nominis caractere & ſigilli corroboratione confirmaremus. Ipſam imprimis beati Martini Eccleſiam, cum terris quæ circa eandem Eccleſiam habentur, vnà cum th cloneis & fredis, & iuſtitiis earumdem terrarum. Præterea Pariſius ad magnum pontem, Molendinum vnum, de eleemoſinà patris mei piæ recordationis Ludouici regis. Alterum verò ad eundem pontem de eleemoſina Odonis, filii Stephani, Alterum etiam ſupra prædictum pontem, de eleemoſina Guerrici de porta. Iterum alterum in Mibray, de eleemoſina Roberti Piſel. Terram etiam Albertiuillaris. Noiſiacum villam cum omnibus redditibus terræ, ſiluæ, vinearum, & pratorum & aquæ Maternæ. Anetum villam, cum omnibus redditibus terræ, tàm in ſiluis, quàm in vineis & pratis, & paſcuis, & aqua & portu. Omnem verò decimam paſtionis, leigii & vieriæ. Bongeias inſuper cum omnibus redditibus liberè ſibi adiacentibus, & Diſiacum villam in Laudunenſi territorio, quas quatuor villas dedit atauus meus Rex Henricus cum altaribus Hyenuillæ & Nouæuillæ. Gordum etiam piſcium apud Poiſſiacum in Sequana, de dono Patris mei.

Ex dono etiam eiuſdem Patris mei apud Pontiſaram habet Eccleſia S. Martini de Campis terræ ſuæ conſuetudines, ſcilicet libertatem omnium exactionum ſeu quarumlibet inquietationum, quas ibi habebant prædeceſſores noſtri, quod Pater meus conceſſit ad petitionem Domni Mathei venerabilis Epiſcopi Albanenſis, & precibus matris meæ Adelaidis Reginæ; ita tamen quòd expeditiones noſtras & equitatus noſtros tantummodo in hominibus in Prædicta terra morantibus retinemus, qui tamen neque à præpoſito, neque ab aliquo miniſtrorum noſtrorum ſubmoueantur, niſi ex præcepto noſtro & Dapiferi noſtri. Viginti etiam ſolidos in pedagio Bongeiarum de Eleemoſina Alberti militis, cognati VVillelmi de VVarlanda, quos conceſſit prædictus VVillelmus de prædicto pedagio. Exaltationem quoque ſeruorum beati Martini, quos omnes pater meus Rex Ludouicus, humili Pontificum ſuorum rogatu. Comitum-

que & procerum ſuorum aſſenſu, prærogatiua regiæ maieſtatis indiferenter honeſtauit; quatenus in omnibus cauſis, placitis & querelis, contra vniuerſas ingenuæ poteſtatis perſonas veritatis teſtimonium regali inſtituto vſque in ſempiternum exaltati, vt teſtes legitimi proferant, & proferendo aſſerant: ſaluo & integro iure cuius ſunt Eccleſiæ, Ac deinceps damnum vel repulſam ſe in eiuſmodi negotiis perferre nulatenus doleant vel erubeſcant; & eorum probationes liberi aut ſuſcipiant, aut contradicendo falſificent. Dignum eſt enim ſupra cæteros ſeruos exaltare qui ei ſeruiunt, cui ſeruire eſt regnare.

Eccleſiam quoque S. Dionyſii de Carcere, quæ tempore Patris mei ad manus regias redacta fuerat, quam ipſe ex conſenſu, voluntate & petitione Dominæ Adelaidis Reginæ matris meæ, me etiam in Regem ſublimato aſſentiente, & Domno Henrico fratre meo, eiuſdem Eccleſiæ Abbate, in poſterum iure perpetuo conceſſit poſſidendam, cum omnib. ad eandem Eccleſiam pertinentibus, ſcilicet Molendino vno Mibray: furno etiam vno eidem Eccleſiæ proximo. Villa de Fontanis cum Eccleſia & decima & nemore & portu. Villa etiam de Limogiis, cum Eccleſia & decima. Villa de Furcis cum Eccleſia & decima, terra & pratis, in loco qui dicitur Roundel; & cum domo & curia Mathæi de Maula, pro qua Pater meus conceſſit prædicto Mathæo, terram Pagani Bigot de Caſellis, & cum vniuerſis cæteris appenditiis, eo duntaxat modo quo præfatæ Eccleſiæ Clerici tenuerant. Inſuper quinque ſolidos quos ego debeo de cenſu prædictæ Eccleſiæ S. Dionyſii de terra quæ eſt * in Cãpiaux, in qua Pater meus ſtabiliuit nouum forum, vbi habent locum venditores mercium, & pars cambiatorum: quos denarios ego præcipio ab eiſdem mercium venditoribus ſingulis annis præfatæ Eccleſiæ de meis redditibus reddi. Centum etiam ſolidos Eccleſiæ Cluniacenſi, & quadraginta S. Martini de Campis, quos dedit Burchardus de Montemorenciaco de pedagio ſuo quod eſt in camino Pontiſarenſi, confirmatos à Patre meo, de cuius erant feodo, piis & de-

* in Campellis.

uotis ipſius Burchardi præcibus. Qui centum ſolidi ſtatuti ſunt perſoluendi in capite Ieiunii in Quadrageſima, & in Tranſitu S. Martini.

Donationem etiam quam fecit pater meus piæ memoriæ Rex Ludouicus monachis S. Martini de Campis temporibus & humili præce Domni Odonis eiuſdem loci prioris, ſcilicet Quod nos vel hæredes noſtri numquam beati Martini homines vel hoſpites capiemus, niſi in præſenti forefacto fuerint deprehenſi, & ſi nos vel homines noſtri querelam aduerſus eos aliquam habuerimus, in Curiam beati Martini ibimus, & iuſtitiam per manum Prioris & Monachorum inde ſuſcipiemus. Concedimus etiam quod beati Martini homines numquam in expeditionem vel equitatum ex. conſuetudine niſi ex amore ſolummodo, & præce, & voluntate, & licentia Prioris ibunt; exceptis hominibus de Pontiſara, quorum iſta retinuit Pater meus, ſicut ſuperiùs ſcriptum eſt.

Prætereà quicquid de feodo noſtro prædictis monachis S. Martini datum eſt, vel in futurum poterunt (largiente Domino) adipiſci, illis iure perpetuo confirmando * concedimus. Quod ne valeat obliuione deleri, ſcripto commendauimus, & ne poſſit à poſteris infirmari, Sigilli noſtri authoritate, & nominis noſtri Caractere ſubterfirmauimus. Actum Pariſius, anno Incarnati Verbi M. C. XXXVII. regni noſtri V.

* al. conceſſimus.




LVDOVICVS DĪ GRA FRANCORVO REX
ET DVX AQVITA NORVO

CARTA EIVSDEM LVDOVICI VII. FRANC. Regis, pro domo & furno, in foro olitorio Pariſien. Quod Gallicè dicimus. Le fief de la Rappee au marché aux poirées, ou marché Champeaux.

IN nomine Sanctæ Trinitatis. Amen. Ego Ludouicus *An.* 1137. Dei gratia Rex Francorum & Dux Aquitanorum. Notum fieri volumus cunctis fidelibus tàm futuris quàm inſtantibus, Quod conſilio & prænce Dominæ Adelaidis Reginæ & plurimorum hominum & fidelium noſtrorum Domum quamdam & furnum in eadem domo, quos Adelendis, quæ Genta cognominatur, Pariſius in foro nouo, in loco videlicet qui in ſuburbio Pariſienſi Campellus appellatur, de ſuo proprio ædificauit & conſtruxit, cum hoſpitibus in eadem domo manentibus. Nos eidem Gentæ perpetuò concedimus quod quilibet famuli aut miniſteriales noſtri, ibi nullatenus manum mittant: Sed & domus & furnus liberi omnino ab omni conſuetudine & exactione cum hoſpitibus ibi manentibus perpetuò exiſtant, neque vllo modo aliquis (excepta prædicta Genta) ibi aliquid exigat, aut poteſtatem aliquam ibi exerceat, & eidem Gentæ & ſucceſſoribus ſuis quicquid voluerint inde facere, liberè liceat. Præcipimus etiam vt idem furnus ita in prædicto foro & loco ſolus & vnicus perpetuò habeatur; quod numquam à nobis, neque ab alio aliquo furnus ibi alius vllatenus conſtruatur. Quod vt perpetuæ ſtabilitatis obtineat munimentum, præſenti ſcripto memoriæ commendari, & Sigilli noſtri authoritate, & nominis noſtri caractere corroborari præcipimus.

Actum Pariſius in palatio noſtro, Anno Incarnati Verbi M.C.XXXVII. Regni noſtri quarto. Aſtantibus in Palatio noſtro quorum nomina ſubtitulata ſunt & ſigna.

Signum Radulfi Viromãdorum Comitis, & Dapiferi noſtri.

S. VVillelmi Buticularii.

S. Hugonis Conſtabularii.

S. Hugonis Camerarii.
Data per manum Algrini Cancellarii.



CARTA EPISCOPI MORINENSIS, DONI atque conceſſionis eiuſdem Domus atque Furni.

EGo A. Dei gratia Morinenſis Epiſcopus, omnibus præſentes literas inſpecturis, Notum facio, quod Domum & Furnum quos habebam Pariſius in Campellis, quos etiam acquiſieram & emeram de proprio meo, & reddebant mihi ſingulis annis tredecim libras, & Eccleſiæ S. Martini de Campis Pariſ. viginti ſolidos, Donaui eidem Eccleſiæ in perpetuam eleemoſinam pro ſalute animæ meæ, & parentum meorum; tali conditione quòd de duodecim libris ementur quinquaginta paria ſotularium, & centum vlnæ burelli, vel plus (ſi fieri poteſt) ad faciendum tunicas vel alia indumenta pauperibus & egenis annis ſingulis diſtribuenda medio tempore, inter feſtum omnium Sanctorum, & feſtum S. Andreæ Apoſtoli. Viginti autem ſolidos qui remanent, & viginti ſolidos quos dicta Eccleſia annuatim habebat in prædicto Furno, de conſenſu ipſius Eccleſiæ donaui ad faciendum pitantiam fratribus eiuſdem Eccleſiæ annuatim in die Anniuerſarii mei. In recompenſationem verò viginti ſolidorum quos Eccleſia ſupradicta in prædicto Furno percipiebat, dedi eidem Eccleſiæ decem libras Pariſienſes ad emendos redditus viginti ſolidorum. Conuentus autem obligauit ſe Deo & mihi, & promiſit in periculo animarum ſuarum, quod iſta (prout in literis iſtis ſunt notata) bona fide facient in poſterum obſeruari. Hanc autem donationem & eleemoſinam conceſſerunt & fide corporali præſtita in manu mea promiſerunt, ſe in perpetuum ſeruaturos, nec ſe contrauenturos. An. 1223.

Ioannes de Monſteriolo.
Ioannes Ferret.
Albericus de Harauiler, miles.
Radulfus Ferret Clericus, &
Anſellus Ferret Clericus, nepotes mei.

In cuius rei teſtimonium, præſentes literas feci fieri, & ſigilli mei munimine roborari. Actum anno gratiæ M. CCXXIII. menſe Nouembri.

CARTA PHILIPPI II. AVGVSTI, VVLGO Deodati commutationis Vſuarij Martinianorum in Nemore Vicennarum.

An. 1190 IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Amen. Philippus Dei gratia Francorum Rex. Nouerint vniuerſi præſentes pariter & futuri. Quoniam intuitu Dei, & in commutationem Vſuarii quod Monachi S. Martini habebant in nemore noſtro de Vilcenna, eis dedimus & in perpetuum conceſſimus & aſſignauimus ſex libras Pariſien. in Præpoſitura noſtra Pariſius ſingulis annis percipiendas in feſto S. Remigii. Si quis autem Præpoſitus. vltra ſtatutum terminum retinere præſumpſerit prædictos denarios, præcipimus vt totiens quinque ſolidos det de emendatione, quot diebus vltra terminum denarios monachorum detinuerit. Quod vt in poſterum ratum illibatumque permaneat, præſentem paginam ſigilli noſtri authoritate & regii nominis caractere inferiùs annotato præcepimus confirmari. Actum Pariſius anno Incarnati Verbi M. C. LXXXX. regni noſtri XI. Aſtantibus in Palatio noſtro quorum nomina ſuppoſita ſunt & ſigna.

Signum Comitis Theobaudi. Dapiferi noſtri.
S. Guidonis Buticularii.
S. Mathæi Camerarii.
S. Radulfi Conſtabularii.
Data vacante Cancellaria.

Huic regiæ Cartæ, ſub duplici cauda coriacea adpendet ſigillum, vetus æuum admodum redolens, ſolitam tamen Francor. Regum effigiem regio ſolio inſidentium, repræſentans, & à dorſo, ſeu pro ſigillo minore, vnicum habens lilij florem.

NOTÆ
Ad Chartas præcedentes.

TEMPLVM MARTINO FECIT.] *Roberti filius Erricus Diuo Martino adſtruxit Monaſticam Cellam Lutetiæ anno M. LX. Quam nepos Philippus I. abſoluit M. LXVII. Chopinus de ſacra Polit. lib. 1. tit. IV.*

SIC INGELARDVS.] *Nomen primi & vnici Abbatis Monaſterij S. Martini de Campis, tempore Canonicorum.*

ABBATIA FVISSE DIGNOSCEBATVR.] *Huius (Vt in præfatione diximus) primitiuæ, perantiquæ, & Henricum I. præcedentis fundationis, nulla apud nos extant documenta.*

CANONICOS IBIDEM.] *Henricus Canonicos ſub ordine S. Auguſtini, non longùm tamen inibi manſuros, inſtituit.*

OB REMEDIVM.] *Videant hic noſtri ſæculi Nouatores, Veterem, & ad noſtra hæc tempora conſtantem Chriſtianiſſ. Regum noſtrorum, pro defunctorum fidelium animabus doctrinam & fidem.*

NEPOTIBVS SVIS, MILONE, &c.] Nouerint audientes. Quoniam ego Milo, terram quam iuxta S. Martini Eccleſiam Hainrico rege auferente mihi, calumniabar: modo eidem Eccleſiæ concedo ſpontanea voluntate, in perpetuum habendam, acceptis tamen cum fratrum

orationibus, viginti ab Abbate Ingelardo ſolidis nummorum. Huius rei ſunt teſtes.

Rainaldus, Rolannus.
Gonherius, Rainardus.
Liſiardus, Emardus.
Hugo, Ioannes.
VValcherus, Guntardus.
Fulcherus, Landricus.
Goisbertus, Hubertus.

REVS MAGNI CRIMINIS.] *Perduellionis fortaſſe, cum Eudone & Balduino Flandrenſi, ac cæteris de quibus ex Guillelmo de Nangis, fuſiùs in noſtra præfatione.*

YMBERTI PRÆSVLIS.] *Pariſienſis ſcilicet Epiſcopi, numero ac ordine ſexageſimi primi.*

An. 1145. IN PAGO LAVDVNENSI.] In nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis. Quoniam ea quæ geruntur, tùm ex tranſitu temporum, tùm ex defectu hominum annullata euaneſcunt, neceſſe eſt ſcripto mandari, quod conuenit poſteris notum fieri. Ea propter Ego Bartholomæus Dei gratia Laudunenſium Epiſcopus, Notum facio omnibus tàm futuris quàm præſentibus, quòd ea quæ Eccleſia beati Martini de Campis in pago Laudunenſi ex dono Henrici Regis poſſidet, videlicet dimidium Diſiaci, excepto Altari, in libera & quieta poſſeſſione Pontificali authoritate conceſſimus. Si quis verò contra hoc ire præſumpſerit, anathema ſit. Actum Remis, Anno ab Incarnatione Domini M.CXLV.

FREDIS.] *Freda, tributi genus fuit, de quo lib. 4. legis Francicæ. Cap. 2.* Sanguinis effuſio in Eccleſia facta cum fuſte, ſi Presbyter fuerit, triplo componatur, duæ partes eidem Presbytero, tertia pro Fredo ad Eccleſiam. *Diuus Greg. Tur. lib. 4. mirac. S. Martini. Cap. 26. Referens Regi Childeberto miraculum de Incarceratis, virtute ipſius Martini abſque reſeratione oſtij liberatis (quodquidem ipſum Regem adhuc neſcire putabat) reſpondit Rex.* Quoſdam ex his ad ſe veniſſe, atque compoſitionem fiſco debitam (quam illi Fredum vocant) à ſe fuiſſe reis indultam.

DVRO ANATHEMATE.] *Anathema eſt æternæ mortis damnatio, & non niſi pro mortali debet imponi crimine, vt eſt in Concilio Meldenſi. Cap. 56. & 11. q. 3. Canone Nemo Epiſcoporum. De hac voce Cæſar Baronius Tomo primo Annalium, ſub annum Chriſti 57.*

AMALRICI DE MONTE FORTI.] Significauit militari viro & egregio Baroni Amalrico de Monteforti, vt eis ex obliquo inſidias ponens, ne procinctum impunè egrederentur, prouideat. *Aimoinus de geſtis Francor. lib. 5. cap. 50.*

CARNIS IN HAC VVERRA.] *Pro Guerra, veterum ſcribendi modus, qui VV. pro G. pronuntiabant. Sic paſſim, vel maxima pro parte huius operis in virorum propriis nominibus, Cuiuſmodi ſunt. VVillelmus, VValterius, VValerannus, VVido, VVarinus, &c.*

QVANTVS AMICVS.] *Quia bonum in adiutorio Martinum, ſed charum in pretio Annales noſtrates teſtantur, placet ex Gaguino. Lib. I. in Clodoueo hanc hiſtoriam recenſere.* Rebus, *inquit*, ad hunc modum quietis, Turonum ſe contulit (*Rex ſcilicet*) vbi Anaſtaſii Biſantini Imperatoris Legatos audiuit, Imperatorio nomine amicitiam ei offerentes, Romanumque Conſulatum. Quo honore affectus Rex, inſcenſo Equo in patentem campum qui inter Diui Martini ædem, Turonumque per tempus erat, proficiſcitur: vbi populo varia munera profudit, cunctis acclamantibus. Benè ſit Regi Conſulique Romano. Equi deinde memor, quo in bellis libenter vtebatur, quemque Diuo Martino voti reus dicauerat, Equum ingenti pecunia redimi cum fruſtra iuſſiſſet, nec moueri loco Equus ſcopuli inſtar potuiſſet, aureos centum (quos illa ætas ſolidos appellabat) priori pretio adiici iubet, atque ita Equo recepto: Bonus, inquit, in negotiis Martinus adiutor eſt, ſed mercede carus.

EGO ITAQVE PHILIPPVS.] Philippus maior regis filius viuente patre & iubente, anno Domini M. LIX. vnctus eſt in Regem. Rex autem Henricus anno ſequente obiit. *Aimoinus de geſtis Franc. lib. 5. Cap. 48.*

ABBATIAM S. SIMPHORIANI.] *Qualiter vel quo tempore omiſſo S. Simphoriani, & aſſumpto ſancti Sanſonis nomine, iuris etiam noſtri atque ditionis eſſe deſierit, hactenus ignoraſſe ingenuè fateor. Huius autem Abbatiæ in Prioratum Canonicis Auguſtinianis deuotum immutatæ, carta ſequitur.*

CARTA HVGONIS COMITIS PARISIENSIS & Marchionis Aurelianenſis.

Ex Chartulario S. Sanſonis Aurel. deſumpta.

1. Cor. 10. 11. QVoniam inter nos (ſicut ait Apoſtolus) *fines ſæculorum deuenerunt*, profectò vnicuique conuenit Chriſtiano ita præſentis ſæculi curſum perficere, vt dum temporalibus fruitur bonis, ſummo ac vigilanti ſtudio caueat, ne æternis ſubdatur pœnis. Sed in ſtadio huius vitæ poſitus, ſic vtatur tranſitoriis, vt in futuro gaudeat præmio manſuræ felicitatis. Quapropter ego in Dei nomine Hugo Comes & Marchio, conſiderans peccatorum meorum pondus & miſeriarum præſentis ſæculi onus, quoddam proprium hæreditatis meæ (Abbatiam S. Simphoriani poſitam intra muros Aurelianis, quæ mihi paterna hereditate legaliter pertinere videtur) pro remedio animæ Patris matriſque meæ atque pro redemptione meorum peccaminum, cæterorumque parentum meorum, cum duabus Eccleſiis in honore S. Letæ, Sanctique Sulpitii, in ſuburbio præfatæ vrbis poſitis, necnon cum cæteris Eccleſiis ad illam Abbatiam pertinentibus, villis, vineis, pratis, ſiluis, terris arabilibus, cultis, & incultis, aquis, aquarumque decurſibus, quicquid ad ipſam aſpicit, vel aſpicere videtur, totum & ad integrum beatiſſimo Confeſſori Chriſti Sanſoni & ſuo Epiſcopo Agano ſuiſque Succeſſoribus, necnon & Canonicis ibidem Deo & Sancto Sanſoni ſeruientibus, & in antea ſeruituris, perpetualiter dono, ac in æternum habendum eſſe concedo. Si

quis verò hæredum, aut prohæredum meorum huic donationi contradicere aliquid voluerit (quod nullatenus fieri credimus) noſtraque Statuta eſſe inconuulſa noluerit, iram incurrat Omnipotentis Dei, Sanctique Sanſonis, ſuaque repetitio nullum effectum obtineat, expulſuſque à regione viuentium, æterna maledictione damnetur, duroque Anathemate percuſſus, perpetuis incendiis maneat ſine fine cruciandus. Vt verò hoc ſcriptum meæ donationis, meæque humilitatis per ſuccedentia temporum ſpatia firmius permaneat, meo nomine illud prætitulaui & conſignaui, & nominibus Nobilium, Clericorum, & Laicorum roborari præcepi. Actum Aurelianis ciuitate publicè.

Hugo Comes.

Signum item Hugonis Comitis.

Anſelmus humilis Epiſcopus.

Theodericus, Ermenteus. Leuitæ.

S. Fulconi.

S. Theubaldi.

S. Radulfi.

S. Fulconi.

S. Theubaldi.

Datum in menſe Maio. Anno VII. Regnante Radulfo rege. D. Lem. Manuenſis.

CARTA LVDOVICI VII. FRANCOR. REGIS.

De eorumdem Canonicorum ſæcularium in Regulares immutatione. Et dono Eccleſiæ eiuſdem S. Sanſonis Fratribus de Monte-Sion.

IN nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis. Amen. Ego Ludouicus Dei gratia Rex Francorum & Dux Aquitanorum, in perpetuum. Inſpirauit nobis diuina bonitas voluntatem proficiſcendi Hieroſolimam & videndi Sancta loca, vbi ſteterunt Saluatoris noſtri Ieſu pedes. Suſcepto Dominicæ crucis ſalutari ſigno, multis peragratis regioni- *An. 1152.*

bus, & grauibus ſuperatis laboribus, ad ſepulchrum Domini peruenimus, & cum deuotione orationum loca religioſa, & ſanctam terram circuiuimus. Religioſi & fideles viri nobis multùm ibidem ſeruierunt, & inter cæteros honoratores noſtros, ſancta Eccleſia de Monte Sion accuratè nos & Comites noſtros honorauit, & charitatem ſuam affluenter effudit, & noſtris neceſſitatibus ſubuenire ſtuduit. Notum ſit igitur omnibus tàm futuris quàm præſentibus, quod amore Dei compuncti, & ex collato nobis honore & ſeruitio commoniti, Eccleſiam S. Sanſonis Aurelianenſis, vbi erat Canonia ſæcularis, Eccleſiæ & fratrib. de Monte Sion, cum præbendis & honoribus, & omnibus pertinentiis, decedentibus Canonicis, in perpetuum habendam donauimus, vt de illo ſancto Ordine, & de illa venerabili, quam perſpeximus Religione, & perſpiciendo delectati fuimus, in Gallicanis partibus aliquam plantationem deinceps habeamus, maneantque ibidem fratres diuinam iugiter implorantes miſericordiam, qui ſuæ profeſſionis veſtigiis inſiſtentes, bonis operibus luceant, & rectè viuendi præbeant cæteris exemplum. Quod vt ratum ſit in poſterum, & inconuulſum permaneat, & remoueatur omnis calumnia, memoriæ literarum tradi, & ſigilli noſtri authoritate confirmari præcepimus, adiecto caractere noſtri nominis. Actum publicè Aurelianis, anno ab Incarnatione Domini M. C L I I. regni noſtri X V I. Aſtantibus in Palatio noſtro quorum ſubtitulata ſunt nomina & ſigna.

Signum Regis, loco Dapiferi, qui tunc nullus in Palatio.

S. Guidonis Buticularii.

S. Mathiæ Conſtabularii.

S. Mathiæ Camerarii

S. Theodorici Galeranni.

S. Adæ Camerarii.

Data per manum Hugonis Cancellarii.

ITEM

ITEM BVLLA ADRIANI PAPAE IV.

ADrianus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Priori S. Sanxonis Aurelianenſis, eiuſque fratrib. tàm præſentibus quàm futuris, regularem vitam ducentibus, in perpetuum. Piæ voluntatis poſtulatio effectu debet proſequente compleri, vt & deuotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & vtilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Eapropter dilecti in Domino filii, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam, in qua diuino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, vt Ordo Canonicus, qui ſecundum Dei timorem, & Beati Auguſtini Regulam, & Inſtitutionem Eccleſiæ S. Mariæ de Monte-Sion in eodem loco noſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter conſeruetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum iuſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Concedimus autem & Apoſtolica authoritate ſtatuimus, vt liceat vobis in Eccleſia veſtra Cœmeterium conſecrare, & in eo tàm fratres, quàm Conuerſos veſtros, & totam familiam veſtram abſque contradictione aliqua ſepelire. Decernimus ergo vt nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare; aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur, eorum (pro quorum gubernatione aut ſuſtentatione conceſſa ſunt) vſibus omnimodis profutura, ſalua in omnibus Apoſtolicæ Sedis authoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Salua etiam inſtitutione de Præbendis ſæcularium Clerico- *An. 1158*

F

rum, quæ à Prædeceſſore noſtro ſanctæ recordationis Eugenio Papa facta eſſe dignoſcitur. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens temerè contra eam venire tentauerit, ſecundò tertiòue commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſ. corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diuinæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen. Ego Adrianus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus, &c. Datum Laterani per manum Rolandi S. R. E. Presbyteri Cardinalis & Cancellarii. VI. Idus Maii, Indictione VI. anno M. C. LVIII. Pontificatus verò Domini Adriani Papæ quarti, anno quarto.

ANATHEMATIS GLADIO.] *Anathema idem prorſus quod excommunicatio maior, vt habetur in quinta Synodo. Canone Certum.* 24. *q.* 3. *Niſi quod Anathema quemdam per ſe maiorem terrorem videtur incutere, & ideo in Conciliis & in iure frequentior eſt huius nominis vſus. In pluribus verò Cartis noſtris, hanc non ſemel offendimus imprecandi formam. SIT ANATHEMA MARANATA. Maranata autem dicitur Aduentus Domini. Sit igitur Anathema Maranata, id eſt ſit excommunicatus vſque ad Aduentum Domini. ſupple niſi pæniteat* 23. *q.* 4. *Giliſar. in gloſ. & Cæſar. Baron. To.* 1. *Ann. ſub an.* 57.

PETRVS CANCELLAR.] *Huius meminit Aimoinus de geſt. Franc. lib. quinto. Cap.* 48. Anno, inquit, Domini 1072. obiit Robertus Abbas, cui ſucceſſit Petrus Regis Philippi Cancellarius, natione Apulus.

INCLVSVS S. MARTINI.] *Hieronymus Epiſtola ad Heliodor. de laude vitæ ſolitariæ.* Interpretare, ait, vocabulum Monachi, hoc eſt nomen tuum. Quid facis in turba qui ſolus es? &c. *Incluſus itaque & Monachus mihi differre*

non videntur. Qui enim includitur ſolitarius rectè dici poteſt.

IN MAGNO PONTE.] *Molitorum olim nuncupato. Quandoquidem vero einſmodi Molendini ſine Moletrinæ noſtræ (ad quam S. Martini clamidem egeno mediam erogantis, penſilis icon erat) annuum prouentum non modo non æquarent, ſed longè ſuperarent operoſæ illæ, & propter cariem atque vetuſtatem penè menſtruæ reparationes, vbi potiſſimum ſudes nouæ figendæ, compactileſque trabes concinnandæ erant, Martinianis noſtris olim viſum fuit conducibilius, ſubducentarum librar. Turon. annuo reditu, dari venum. At cum ponte, Moletrina iſthæc cum cæteris 22. die Decembris, an. 1596. hora poſt meridiem ſeptima corruit, & Sequanæ aquis eſt immerſa. Anno poſtmodum 1608. eodem loco pons alter excitatus fuit de quo Comment. lib. 15. in fine, ſic Botherens.* Hoc menſe ponti olim Molitorum vltima manus addita, cæpitque calcari & incoli ille qui depreſſus aquis nunc luculentior, ex ruina incrementum, ex naufragio gloriam accepit. Anteà vili miniſterio ignobilis, nunc inſignibus opificiis clarus, antè tectis carioſis deſpicabilis, nunc bina & compari ædium ſtrue inclitus; vetuſtatem & nomen ſimul amiſit. Nec iam à molis piſtriniſque, ſed ab auium iconibus, quæ domos notant, vel à ſuo Conditore nuncupatur, quod hoc Diſticho marmorato noluit latere viatores.

Pons olim ſubmerſus aquis, nunc mole reſurgo.
Mercator fecit, nomen & ipſe dedit.

Qui denuo pons cum adjacente & ſibi proximo altero aurificum ponte, incendio repentino, non ſine maxima ſtrage conſumptus eſt.

A VIA QVÆ DVCIT AD S. MARTINVM.] *Martinianum hocce noſtrum Cœnobium ideo ad Campos ſeu de Campis dictum eſt, quod multis olim à Pariſienſibus muris paraſangis diſtaret; quippe cum Monachalis noſtra Capella (quæ nunc Parochialis Eccleſia ſub Inuocatione S. Iacobi Apoſtoli, de Carnificeria nuncupati) in ſuburbio Vrbis Pariſiacæ (quod noſtræ teſtantur Tabulæ) eſſet. Vnde Lectori conjiciendum relinquitur quantum lapſu temporum eidem Vrbi acceſſerit incrementum, vbi Martinianam hanc ædem non modo, ſed & Templarios atque adeo*

vniuerſa ſuis ipſius muris incluſa hac parte comprehendi contigit.

IN MANV DOMNI HVGONIS.] *Chopinus de Sacra Polit. lib. 3. Tit. 4.* Religioſum beati Martini Conuentum ſubiici rex ipſe voluit Cluniacenſi Abbæ ſeu Ætherarchæ, an. 1079. *Idem Monaſticon. lib. 2. Tit. 1. art. 5.* Primariis accenſetur Cluniacenſis Ordinis Conuentuum ſanis Martinianum Pariſienſe, quod Henrici primi Regis Conditoris filius ſucceſſorque Philippus mirè locupletauit, perpetuóque ſubmiſſum voluit Hugoni, ac poſteris Cluniaci Ætheriarchis, luculento Diplomate, apud Benedictinum Floriacenſe Cœnobium exarato, an. 1079. quod Martiniano Chartario adſeruatur.

DOMNI ODONIS HONESTISS. PRIORIS.] *De hoc Reuerendo noſtro Priore, inferiùs & pro ſuo loco, id eſt in Catalogo Reuerendiſſ. Priorum S. Martini de Campis.*

IN CVRIAM S. MARTINI IBIMVS.] *Quanta ſemper Chriſtianiſſimorum Regum in Martinianum ſuum Cœnobium deuotio, quamque propenſus animus extiterit, hac vel ſola periodo ſufficiat demonſtraſſe, ipſos ſcilicet conſentire, ſibi ius ab ipſis Priore & Monachis Martinianis fieri & reddi, & iuſtitiam (vt eſt in contextu) per manum Prioris & Monachorum recipere. De hac autem voce CVRIA, ac vnde eæ quæ Senatibus ſubſunt Iuridicæ ſedes, huiuſmodi olim nomine inſignitæ appellatæque fuerint, fuſè, doctè, & eleganter libro cui Titulum fecit. LES OVVERTVRES DES PARLEMENTS, folio 119. edit. 2. Ludouicus Dorleans. Similes itidem pro Abbatia S. Dionyſij in Francia loquendi viſuntur formulæ in Theat. Antiquit. Pariſienſium lib. 4. fol. 1132. vbi ſic Ludouicus VI.* Contra regiam etiam Maieſtatem noſtram ſi quis iniuſtè aliquid commiſerit, clamorem de illo ad Abbatem faciemus, & iuſtitiam nobis fieri non exigemus, niſi tantum in Curia S. Dionyſii, &c. Actum Pariſius, An. M. CXI.

DE MORTE MEDITANTES.] *Vtinam tam piè, tamque Chriſtianè ſentirent, qui temporalibus ita inhiant, vt non conferendi, ſed auferendi rapiendique inſit & dominetur illis immoderata cupido.*

GORDVM PISCIVM.] *Alio etiam nomine dicitur Vanna. Piſcatoria eſt (ſi retia parti inferiori apponi ſolita, demas) immobilis, trianguli figuram præ ſe ferens.*

DOMNI MATHÆI VEN. EPI.] *Mathæus iſte tertius fuit Prior S. Martini de Campis, cuius vitam & elogium conſcripſit Petrus noſter Clun. Mirac. lib. 2. cap. 4. & ſequentibus. Ad quem memini olim vidiſſe in Bibliotheca Clariſſ. viri & dum viueret, in Senatu Pariſienſi Conſiliarij Pauli Petauij, Codicem M. S. Quæſtionum Theologicarum, per quendam Anglum, noſtri vt arbitror Clun. Ordinis Monachum, dicatum. At cuius, ne quidem liminaris epiſtolæ copiam, hic inſerendam, ab ipſo obtinere valui.*

ADELAIDIS REGINÆ.] *Hæc Adelais filia fuit Humberti Comitis de Moriana, vt notauit Aimoinus.*

VVILLELMI DE VVARLANDA.] In Chriſti nomine. Ego Ludouicus Dei diſpenſante miſericordia, in Regem Francorum ſublimatus, notum fieri volo tàm futuris quàm & inſtantib. Quoniam noſtram adiit præſentiam VVillelmus de VVarlanda fidelis noſter, rogans ac obnixè deprecās, quatenus de pedagio ſuo apud Bunzeias collecto, quod à nobis in feodū tenebat, viginti ſolidos, quos pro anima Alberti cuiuſdam cognati ſui, beato Martino dederat, donaremus; & fratrib. ibidem Deo militantibus pro animarum patris mei & matris meæ, prædeceſſorumque noſtrorum remedio in perpetuum poſſidendos, concederemus, quod ita & fecimus. Verum vt hoc ratum & firmum permaneat in ſempiternum, præſentem Cartam noſtri authoritate ſigilli firmatam & corroboratam fieri diſpoſuimus, quæ & plenè perfectèque eleemoſinam iſtam factam exponat, & in munimentum ſtabilitatis perpetuò exiſtat. Actum Pariſius, Anno Incarnati Verbi M. CXV. Regni noſtri VII. Adelaidis Reginæ primo. Aſtantibus in Palatio noſtro quorum nomina ſubtitulata ſunt, & ſigna. *An. 1115.*

Signum Anſelli Dapiferi.

S. Giſleberti Buticularii.

S. Hugonis Conſtabularii.

S. VVidonis Camerarii.

Data per manum Stephani Cancellarii.

ECCLESIAM S. DIONYSII DE CARCERE.] *Chopinus de ſacra Polit. lib. 2 Tit.* 8. Prior, *inquit*, & Monachi S. Martini de Campis Lutetiæ, ſunt Domini Eccleſiæ S. Dionyſii de la Chartre, in eadem vrbe, per mutuam ceſſionem quam fecerunt ſuæ Eccleſiæ Montiſmartyrum cum ſuis appenditiis, anno M. CXXXIII. Ludouico le Gros, Regi Franciæ, Adelaidi Reginæ, & eorum filio Ludouico, vt iſtam Monialibus donarent, & in Abbatiam Sanctimonialium erigerent. *Quia verò Prioratuum & Eccleſiarum, quæ Martiniano noſtro Conuentui ſubſunt, Catalogum, & ea quæ ad illarum notitiam pertinere videbuntur, inferiùs Deo dante, ſumus allaturi, eò lectorem idcirco remittimus.*

DOMNO HENRICO FRATRE MEO.] *Fuit hic multis Sacerdotiis ac præcipuis Gallici regni inſulis Pontificalibus inſignitus, vt ex Andrea du Cheſne Turonenſi Geographo Regio docet Anthonius Loiſelius, in eodem Henrico L V. Beluacenſi Epiſcopo. De quo ſic Guilliel. de Nangis, ſub an.* 1140. Henricus frater Regis Franciæ Ludouici, apud Clareuallem Monachus effectus eſt, qui non multùm poſt ad Epiſcopatum Beluacenſem eſt aſſumptus.

MOLENDINO VNO MIBRAII.] *Ex M. S. Fratris Renati Macei Vindocinenſis Monachi, cui Titulus. LE BON PRINCE.*

L'Empereur vient par la Couſtellerie
Iuſqu'au carfour nommé la Vannerie,
Ou fut iadis la planche de Mibray,
Tel nom portoit pour la vague & le bray
Getté de Seyne en vne creuſe tranche
Entre le pont que l'on paſſoit à planche,
Et on l'oſtoit pour eſtre en ſeureté, &c.

An. 1116. CENTVM ETIAM SOLIDOS.] In Chriſti nomine. Ego Ludouicus Dei gratia Rex Francorum. Notum fieri volo tàm futuris quàm inſtantibus, Quoniam noſtram adiit præſentiam Burchardus de Montemorenciaco,

rogans & obnixè deprecans, quatenus pro animarum patris mei & matris meæ prædeceſſorumque noſtrorum remedio, centum ſolidos, quos Eccleſiæ Cluniacenſi, & quadraginta ſolidos quos Eccleſiæ ſimiliter beati Martini in Campis pro anima ſua dederat, quoniam de feodo noſtro erant, in perpetuum habendos concederemus. Diſpoſuit equidem Burchardus vt vnoquoque anno ſupradictis Eccleſiis iſti denarii redderentur, & de pedagio ſuo quod eſt in camino Pontiſarenſi accipientur. Centum ſcilicet ſolidi Eccleſiæ Cluniacenſi in capite Ieiunii, & XL. ſolidi Eccleſiæ beati Martini in eiuſdem ſancti feſto hiemali. Cuius petitioni, prout dignum eſt, adquieuimus. Verùm vt hoc ratum & firmum permaneat in ſempiternum, præſentem Cartam noſtri authoritate ſigilli firmatam & corroboratam fieri diſpoſuimus, quæ & hanc eleemoſinam ab ipſo Burchardo factam, & à nobis conceſſam demonſtret, & in munimentum ſtabilitatis perpetuò exiſtat. Actum Pariſius anno Incarnati Verbi M.CXVI. Regni noſtri octauo.

BVRCARDVS DE MONTEMORENCIACO.] *Chopinus de ſacra Polit: lib. 2. Tit. 3.* In noſtra quoque Gallia, *inquit*, nobilitatis primores auidè expetierunt quondam Cœnobiarchias aliarumque præfecturas Eccleſiarum, vt licentiùs diuini iuris abuterentur. Tradit enim Hiſtoriographus Ludouici VI. & VII. Regum, Baronem Ebalum Ruciacenſem, filiumque eius Guiſcardũ ſibi vſurpaſſe ſacras Rhemenſis Eccleſiæ facultates. Burcardum item Montmorentium Toparcham, Dionyſiani prædia Monaſterii, ſed quorum nefarios conatus Rex Ludouicus Craſſus repreſſerit.

ITEM CARTA ALTERA MATHEI DE Montemorentiaco pro eadem ſumma centum ſolidorum.

EGo Mathæus de Montemorenciaco, vniuerſis ad quos præſens ſcriptum peruenerit, Notũ facio, quòd illuſtris vir bonæ memoriæ Burchardus proauus meus, diuini amo- *An. 1100*

ris inſtinctu, centũ ſolidos Eccleſiæ Cluniacenſi ad luminare, & Eccleſiæ beati Martini de Campis XL. ſolidos in perpetuam eleemoſinam contulit, &c. Actum anno ab Incarnatione Domini M.CC.

Hæc autem carta longior atque prolixior eſt, quàm hîc referimus, at cuius deductio neceſſaria minimè viſa eſt.

ADELENDIS QVÆ GENTA COGNOMINATVR.] *Nobilis, diues, & potens femina, vt hoc dono apertiſſimè conſtat, quo etiamnum Martiniana domus potitur & gaudet. Eſt autem iuris omnimodi feodum, & vt loquuntur, alta, media & inferioris Iuſtitiæ in Pariſienſi. quod olerum dicitur, foro ſitum. Vnicum, vt arbitror, olim hoſpitium, nunc verò quadrifariam locitatum, hilcum valdè & vetuſtate nimia vndique fatiſcens. Aiunt autem dictam Gentam ad partem dextram Altaris Sacelli ſancto Ioſepho apud nos ſacri fuiſſe ſepultam, vbi etiamnum veteris Matronæ imago ſupina aliquantulum prominens, muro concamerato, conſpicitur; at inſcriptione carens, quæ fidem faciat.*

IN SVBVRBIO PARISIENSI.] *Illud ipſum eſt, quod paulo antè diximus Parochialem Eccleſiam S. Iacobi de Macello ſeu Carnificeria (quæ tum exigua Monachalis erat Capella) in Suburbio Pariſienſi fuiſſe fundatam. Quod conſtat ex Diplomatibus Calixti ſecundi anni M. CXIX. Innocentii ſecundi M. CXLII. & Eugenij tertij M. CXLVII. in Cartulario noſtro repoſitis.*

QVI CAMPELLVS APPELLATVR.] *Huiuſmodi forum (quod etiam tum in Pariſienſi erat ſuburbio, nunc verò in ipſius penè vrbis meditullio) Gallicè olim dicebatur,* Le marché Champeaux. *Sic autem Guilliel. de Nangis in Chronol. ſua ad annum M. CLXXXIII.* Philippus, *inquit,* Rex Francorum Synagogas Iudæorum per Regnũ ſuum deſtruere fecit, & in pleriſque Eccleſias conſtrui procurauit. Nemus Vicennarum iuxta Pariſius muro clauſit, & Pariſius in platea quam Campellos nominauit, hallas conſtrui, & mercatum in eis inſtituit fieri.

HISTORIÆ REGALIS MONASTERII S. MARTINI DE CAMPIS PARIS. ORD. CLVNIACENSIS,

LIBER SECVNDVS.

IN QVO STATVTA ET ARRESTA Reformationis eiuſdem Monaſterij continentur.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

IN MARTINIANÆ REFORMATIONIS

STATVTA ANNI M. V^c.

PRÆFATIO.

OMnia quæ ſub Sole ſunt, ſua habere primordia, ſua principia, ſuos progreſſus, occaſum ſuum, certum atque compertum eſt. Quod in rebus creatis non ſolùm, verum etiam circa ipſum cultum diuinum experiri & in dies comperiri auſim aſſerere. Habuit ſiquidem Religio Chriſtiana ſuam in multis infantiam & pueritiam. Teſtis illa, de qua Actuum quarto, Primitiua Eccleſia. Teſtes qui poſtea orbe toto Chriſto nomina dedere, fidemque Chriſtianam ſanguinis ſui ſpontanea profuſione, adauxere. Teſtes Inſtituti noſtri atque profeſſionis authores & patroni. Teſtes denique Martiniani huius noſtri Cœnobii primi ac priſci Patres & incolæ, homines ſcilicet, nihil præter Chriſtum ſpirantes, quique nobis in Monaſtica Religione ſummum ac ſupremum deuotionis feruorem & dictis & factis imi-

tandum propoſuerunt. At ipſo ſenſim paulatimque decreſcente & deferueſcente, omnia ruere, cuncta dilabi, peſſum ire cœperunt. Sed quod dolendum nobis maximè, atque deplorandum, iſtud quod vrbis imò orbis totius olim fax & lampas extitit Monaſterium, quodque cæteris quà longè latéque patet Christiana Religio Monaſticis locis tantùm antiſtetit,

Quantùm lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

Ab illis, quibus vita Religioſa ſternitur, intemperiis haud An. 1500. *abſtinuit. Praerat olim & Abbatiæ & Ordini* Cluniac. *Reuerendiſſ. in Chriſto Pater & D. Domnus Iacobus de Amboſia Claromontenſis Epiſcopus. Hic pro ſua quam in omnes dicti Ordinis Conuentus obtinebat authoritate,* Vocatis ſecum (*verba ſunt Placiti Senatûs*) compluribus Patribus in ſacra pagina Doctoribus, Reformationem zelantibus, fecit de conſenſu omnium Religioſorum dicti Prioratûs S. Martini, certa Statuta, per quæ inter cætera, Communitas erat introducta, conformis Regulæ S. Benedicti: ſecundum quam omnia bona Prioratûs & aliorum Officiorum pro Religione neceſſariorum, in Communi recipi, & ſuper denariis pecuniæ pro ſubueniendo ad onera omnium Officiariorum per ipſam Regulam S. Benedicti in vera Religione introductorum, tradi debent. *Hæc ſequuntur.*

STATVTA REFORMATIONIS MARTINIANÆ.

ANNI M. Vᶜ.

LOVIS par la grace de Dieu Roy de France. Sçauoir faiſons à tous preſens & à venir: Nous auoir receu l'humble ſupplication de nos chers & bien amez les Religieux, Prieur & Conuent de S. Martin des Champs en noſtre bonne ville de Paris, contenant que des l'an mil ſoixante, feu de loüable memoire le Roy Henry premier de ce nom erigea & inſtitua en ladite Egliſe (qui eſt de l'ancienne fondation de nos predeceſſeurs,) certain nombre de Chanoines Reguliers, auec leur Pere Abbé, de l'Ordre de S. Auguſtin, pour y dire, faire & celebrer deuotement le ſeruice diuin, & pour l'entretenement d'iceux, & de ladite Egliſe, & afin de viure deſlors & à touſiourſmais regulierement & en commun, les fonda & dotta de pluſieurs heritages, reuenus, & biens temporels. Et apres ſon deceds, en l'an mil ſoixante cinq, le Roy Philippes ſon fils, auſſi premier de ce nom, leur ratiffia, approuua, & confirma leſdits heritages, reuenus, & bienfaicts.

Et depuis, en l'an mil ſoixante dixneuf, viuant lors Monſieur S. Hugues Abbé de Cluny, apres aucunes raiſonnables remonſtrances faites audit Roy Philippes meſmes, pour le bien, dotation & augmentation de ladite Egliſe, & dudit ſeruice diuin, donna icelle maiſon & Egliſe S. Martin audit S. Hugues Abbé de Cluny, lequel S. Hugues, du vouloir & conſentement dudit feu Roy Philippes reduiſit, tranſmua, & conuertit leſdits Abbé & Chanoines Reguliers, à l'Ordre & Religion de Cluny ſoubs la Reigle & obſeruance Reguliere de Monſieur S. Benoiſt. En laquelle Reigle & obſeruance Reguliere les Religieux, Prieur, & Conuent dudit S. Martin des Champs ont depuis regulie-

rement & par long temps, veſcu en Commun, & à vne ſeule bource & deſpenſe, en enſuiuant l'intention & fondation deſdits feux Roys Henry & Philippes, nos predeceſſeurs.

Toutesfois en ſucceſſion de temps, & par la faute, coulpe, & negligence d'aucuns predeceſſeurs d'iceux Religieux, & de leurs Officiers, ils diſcontinuerent de viure en Commun & reguliere obſeruance, ainſi qu'ils eſtoient tenus & obligez, ſelon ladite Reigle, Ordre, & fondation, ains y contreuenans, veſquirent par quelque temps diſtinctement & partialement comme proprietaires, & à leurs volontez, ſans auoir eſgard à leur profeſſion, & premiere inſtitution & fondation, ny au grand ſcandalle qui en aduenoit à icelle Religion, ny pareillement aux reparations qui eſtoient neceſſaires à leurdite Egliſe & Conuent, qui tomboit en grande ruine & decadence.

Quoy voyant par noſtre amé & feal Couſin & Conſeiller Iacques d'Amboiſe Eueſque de Clermont, & Abbé dudit Cluny, pour le bon zele, charité, & deuotion qu'il a touſiours eu, comme encores il a audit Ordre, Reigle & Religion, & de pourueoir de tout ſon pouuoir à la malle vie, verſation, & Reformation deſdits Religieux non reformez: dés l'an mil cinq cens, en reformant leſdits Religieux, Prieur & Conuent, oſta, & aboliſt leſdites partialitez comme vicieuſes, & de mauuais exemple, & reduiſit & remit iceux Religieux, Prieur & Conuent, & leurs Officiers & Suppoſts en leur eſtre, premiere fondation, & obſeruation reguliere, où ils ont touſiours depuis veſcu en Commun, en vne ſeule bource, & deſpenſe: & fait pluſieurs grandes & belles reparations neceſſaires à leurdite Egliſe, en laquelle ils font & continuent ledit ſeruice diuin, ſolennellement & en grande & feruente deuotion, à l'intention de nous, & de noſdits predeceſſeurs Roys leurs Fondateurs, & ont touſiours bon vouloir de continuer, & y perſeuerer de bien en mieux.

Et neantmoins pour plus grande ſeureté d'icelle Refor-

mation, & à ce qu'elle ſoit & demeure à tout iamais perpetuellement ſtable, ferme, perdurable, & en ſon eſtre & entier. Noſtredit Couſin Abbé de Cluny, a ſoubs noſtre bon plaiſir, & en enſuiuant leurdit Ordre, Reigle & profeſſion, & l'intention de noſdits predeceſſeurs Roys, fait pluſieurs Articles, Statuts, & Ordonnances, deſquelles la teneur eſt telle.

Vniuerſis præsẽtes litteras inſpecturis, Iacobus de Ambaſia miſeratione diuina Epiſcopus & Dominus Claromontenſis, ſacrique Monaſterii, & totius ordinis Cluniacenſis, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Abbas, Salutem in Domino. Notum facimus, Quòd quia conſtat Monaſterium noſtrum S. Martini à Campis Pariſius, à primæua ſui inſtitutione, fuiſſe filiali prærogatiua præfati Monaſterii noſtri Cluniacenſis meritò decoratum & inſignitum: tùm propter ſingularem conformitatem, quam inter cætera Ordinis noſtri Monaſteria dicto noſtro Monaſt. Cluniac. habere dignoſcitur, tùm quia retrofluxis temporibus in ipſo floruerunt magni nominis & ſanctimoniæ Priores, prout vera teſtimonia in Archiuis noſtris reperimus, & in authenticis voluminibus vidimus contineri. Tum quia in Monarchali & nobiliſſima Ciuitate Pariſienſi ſitum ſit, in refugium aliorum Monaſteriorum dicti Ordinis, in Prouincia & Regno Franciæ exiſtentium.

His & aliis de cauſis animum noſtrum meritò mouentibus, Nos ab anno Domini Mileſimo quingenteſimo, die ſancta Epiphaniæ, quæ eſt ſexta menſis Ianuarii, venerabilem & chariſſimum fratrem noſtrum Philippum Bourgoin, tunc Priorem Clauſtralem, nunc verò Priorem Maiorem Cluniacenſem, dicto Monaſterio S. Martini de Campis præfecimus, & Priorem inſtituimus, introductis ibidem ſecum venerabilibus & dilectis fratribus noſtris, Domnis Ioanne Raulin, Sacræ Theologiæ Broſeſſore, Andræa de Vieri, Petro de Villannes, Ioanne Gerlãdi, Valerio Fremin, Anthonio de Caſtro, Mathæo Rondet, Richardo Monachi, Petro Muncrie, Guillelmo de Marunec, Iacobo Brunn, Iaco-

bo Sapientis, Franciſco de Monte Lambert, & Hugone de Candria, Religioſis dicti Ordinis noſtri Cluniac. à præfato Monaſterio noſtro Clun. per nos adductis, pro Reformatione Monaſterii S. Martini de Campis ſub infrà ſcriptorum Articulorum & Ordinationum noſtrarũ antiquis Statutis & Inſtitutionibus præfati Monaſterii Clun. conformium obſeruatione inibi tenenda, & obſeruanda : Fueruntque ex tunc dicti Articuli & Ordinationes, in eodem Monaſterio S. Martini, per Dei gratiam obſeruatæ. Vndè vſu & experientia docentibus, cõperimus eoſdem Articulos & Ordinationes fuiſſe perſalubres, & ad regularem obſeruantiam accommodatiſſimas.

Idcirco nos die datæ præſentium, conuocatis & congregatis in Capitulo dicti S. Martini, omnibus eiuſdem Monaſterii fratribus, præfatos Articulos & Ordinationes in præſentia noſtra legi, & publicari alta & intelligibili voce fecimus, aſſiſtentibus nobis & aſſentientibus venerabilibus & chariſſimis etiam fratribus noſtris, præfato Bourgoin Priore Maiore Clun. DD. Ioanne de la Magdelaine, de Charitate ſupra Ligerim, Ioanne de Rebe, S. Lupi de Aſſerento, Ioanne de Damna-petra Barbiſolij, Iurium Doctoribus, & Dalmaco de Rumilli Decretorum Licentiato, Montis-Amberti, Prioratuum dicti Ordinis, reſpectiuè Prioribus, eiuſdem Ordinis Religioſis.

Poſt quorum quidem prædictorum Articulorum & Ordinationum lecturam & publicationem, nos eoſdem Articulos & Ordinationes de vnanimi omnium exiſtentium illic conſenſu, authoritate noſtra approbauimus, omologauimus & confirmauimus, perpetuæque firmitatis robur habere in dicto Monaſterio noſtro S. Martini perpetuò tenendas & obſeruandas decreuimus, proùt per præſentes approbamus, omologamus, confirmamus, & decernimus. Volentes & ordinantes, quòd quotienſcumque à modo ipſum Monaſterium S. Martini de Campis vacare, ſeu Prioris præſentia deſtitui contigerit, morte, ceſſione, aut alio quouis modo, inibi per nos aut ſucceſſores noſtros præficia-

tur

tur & inſtituatur de fratribus Ordinis noſtri, aliquis expreſsè profeſſus & reformatus, qui ſit potens opere & ſermone, & de cuius fructu omninò ſperetur.

Cui in primis & ante omnia Articuli & præfatæ Ordinationes præſententur, quas coram nobis, aut ſucceſſoribus noſtris, aut Vicario diſtinctè, alta & intelligibili voce legat, vel legi audiat, & ipſis perlectis iuret illas pro poſſe tenere & obſeruare, & ad hoc de expreſſo eius conſenſu moneatur per nos, ſucceſſores, vel Vicarium ad id poteſtatem habentem: ſub pœna priuationis & eiectionis ab ipſo Monaſt. S. Martini de Campis, in euentum quod prædictos Articulos & Ordinationes, ſeu eorum aliquem negligeret obſeruare, ſeu illis quomodolibet auſu temerario contraire præſumeret. Nec antè recipiatur, quin prius ſic (vt præmittitur) iurauerit, & de ſuo conſenſu monitus fuerit.

Et idem de Officiariis dicti Monaſt. qui etiam ſub ſimili pœna iurent, & de ſuis conſenſibus moneantur obſeruare prædictos Articulos & Ordinationes quando inſtituentur Priorem, nec aliàs recipiantur.

Quibus ſic (vt præmittitur) factis, confirmatis, decretis, & ordinatis, præfatus Bourgoin Prior & D. Richardus le Moyne Subprior, & D. D. Ioannes Biſſieu Sacriſta, Symon de la Ruelle Infirmarius, Nicolaus Regis Magiſter Nouiciorum, & Michaël Goupil, in Ordine ſocii, ſucceſſiuè in manibus noſtris tacto Codice, in quo dicti Articuli & Ordinationes inſcriptæ erant, vnanimiter iurauerunt ſe eoſdem Articulos & Ordinationes perpetuò ſub dicta priuationis pœna, & eiectionis à ſuis Beneficiis & Officiis, reſpectiuè obſeruaturos.

Poſtmodum præfatus Bourgoin nobis humiliter ſupplicauit, quatenus attentis eius ſenio, & valetudine, oneribuſque officio ſuo ratione Maioris Prior. Clun. & arduorum negotiorum Ordini incumbentium, eundem Bourgoin ab onere eiuſdem Monaſt. S. Martini, quod in manibus noſtris purè & ſimpliciter reſignare ſe dixit, (proût per reddituram clauis Arcæ communis dicti Monaſt. purè, liberè, &

ſimpliciter reſignauit) abſoluere dignaremur. Cuius ſupplicationi tamquam iuſtæ & rationabili annuentes, reſignationemque huiuſmodi admittentes, ipſum Bourgoin ab onere dicti Monaſt. abſoluimus.

Et dein venerabilem & chariſſimum fratrem noſtrum Domnum Stephanum Gentilz, præfati Monaſterij Religioſum, & Ordinis eiuſdem expreſsè profeſſum, virum apprimè reformatum, ſermone & opere potentem, qui præfatæ lecturæ, & publicationi Articulorum & Ordinationum prædictarum interfuerat, eaſque de verbo ad verbum, (vt nobis fidem fecit) audierat & intellexerat, eidem Monaſterio præfecimus, & per traditionem prædictæ clauis Arcæ communis, Priorem inſtituimus, iurando per eum (proût in manibus noſtris tacto Codice præfato iurauit) quòd eoſdem Articulos & Ordinationes integrè pro poſſe ſuo tenebit & obſeruabit, quem ad hæc de conſenſu ſuo monuimus ſub pœna priuationis, & eiectionis ab eodem Monaſterio, in euentum quòd dictos Articulos & Ordinationes neglexerit obſeruare, aut illis quomodolibet auſu temerario contraire præſumpſerit.

Quibus peractis, de dicto Capitulo vnà cum dictis fratribus egredientes, ad Eccleſiam more ſolito perreximus proceſſionaliter, aſſuetam cantando Pſalmodiam *Verba mea*, &c. Quâ finitâ dictus Bourgoin, qui (vt præmittitur) ab onere dicti Monaſterii abſolutus fuerat, ſequentem verſum in medio Chori ter cantauit, videlicet, Verſ.

Pſal. 85.17. *Benedictus es Domine Deus, qui adiuuiſti me, & conſolatus es me.*

Choro viciſſim reſpondente, eumdem Verſum repetendo, Deinde nos Verſiculos & Orationem ſequentes, Choro reſpondente, cantauimus.

Pſal. 5.2 Verſ. *Saluum fac ſeruum tuum,*
Reſp. *Deus meus ſperantem in te.*
Pſal. 19.2. Verſ. *Mitte ei Domine auxilium de ſancto.*
Reſp. *Et de Syon tuere eum.*
Verſ. *Dominus vobiſcum,*

Reſp. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte, qui piè ſeruientibus tibi mirificus retributor exiſtis: hunc famulum tuum qui in hac Domo tua vſque nunc fideliter laborauit, & tibi, ſeruiſque tuis obediendo, ſuum te auxiliante adminiſtrauit officium: laboribus ſuis ſolitâ pietate reſponde, & pius remunerator appare, & præſta: vt in hac Domo tua, aut alia ſibi per obedientiam deputanda, iugiter permaneat, & mercedem laborum ſuorum hîc, & in retributione iuſtorum, à te percipiat, largitoremque omnium bonorum te eſſe non dubitet. Qui viuis & regnas per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Quâ finitâ atque completâ, & reſponſo, Amen, præfatus Gentils Prior inſtitutus, in medio Chori accedens, ter cantauit Verſiculum.

Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me feſtina. Pſal. 69. 1.

Choro viciſſim reſpondente, & eundem Verſiculum repetente, & dein nos ſequentes Verſiculos & Orationem, Choro nobis reſpondente, ſubiunximus & cantauimus.

Verſ. *Saluum fac ſeruum tuum.* Pſa. 65. 17.

Reſp. *Deus meus ſperantem in te.*

Verſ. *Mitte ei Domine auxilium de ſancto.* Pſal. 19 2.

Reſp. *Et de Syon tuere eum.*

Verſ. *Dominus vobiſcum.*

Reſp. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

TVam clementiſſime Pater Omnipotentiam ſupplices deprecamur, vt infundere digneris ſuper hunc famulum tuum (quem tuo, ſeruorumque tuorum ſeruitio mancipauimus) ſpiritum ſapientiæ & intellectus, diſcretioniſque dona: & in hac Domo tua ita agere, & iniunctum ſibi officium ita adminiſtrare, vt & tibi placere valeat, & vtilitatem ſeruorum tuorum te auxiliante perfectiſſimè impleat, propter quod & in futuro ſeculo mercedem laborum ſuorum in conſortio Sanctorum tuorum à te piiſſimo lar-

gitore percipiat. Per Dominum noſtrum, &c.

Quam formam & ritum volumus à modò in eiuſmodi deſtitutionibus & inſtitutionibus Priorum dicti Monaſterij S. Martini, per nos ſucceſſoreſque noſtros, aut Vicarium ad hoc deputatum inuiolabiliter obſeruari. Tenor autem Ordinationum & Articulorum prædictorum talis eſt.

HÆc ſunt Statuta & Ordinationes factæ & inſtitutæ pro Reformatione Monaſterij S. Martini de Campis Pariſius, Anno Domini milleſimo quingenteſimo, die ſancta Epiphaniæ, quæ eſt ſexta Ianuarii. Et primò, conformiter ad Regulam S. Patris noſtri Benedicti, & præcipuè ad quatuor eius Capitula, videlicet trigeſimum primum, quod eſt, de Cellerario Monaſterii: trigeſimum ſecundum, quod eſt, de ferramentis & rebus Monaſterii: trigeſimum tertium, quod eſt, Si monachi debeant proprium habere: & trigeſimum quartum, quod eſt, Si omnes æqualiter debeant neceſſaria accipere. Et ad antiqua Statuta & inſtitutiones Ordinis Cluniacenſis.

Statuitur & ordinatur, Quòd omnia bona præfati Monaſterii S. Martini de Campis, tàm ad cauſam Prioris, quàm ad cauſam Conuentus & Officiariorum eiuſdem Monaſterii, videlicet Sacriſtiæ, Cellerariæ, Hoſpitalariæ, Infirmariæ, Cantoriæ, Subſacriſtiæ, & alia quæcunque bona, quouis modo & ex quauis cauſa, Religioſis dicti loci prouenientia, ſiue in granis, vinis, pecuniis, ſiue in aliis quibuſcumque rebus, erunt in communi, & recipientur, cuſtodientur, & diſtribuentur prout in præfatis Articulis Regulæ continetur. Pro cuiuſquidem ſanctæ Communitatis faciliori & commodiori obſeruatione.

Ordinatur in primis, Quòd in dicto Monaſterio S. Martini de Campis ordinetur & conſtituatur per Priorem & Seniores eiuſdem Monaſterii Theſaurarius ſiue Receptor generalis, qui omnes & ſingulos denarios, necnon grana, & vina, tàm ratione, & ob cauſam redditum Prioris, Conuentus & Officiariorum eiuſdem, quàm donorum, Miſſa-

rum, aut aliàs quomodolibet vel ex quacumque cauſa dicti Monaſterij Religioſis prouenientia, habeat recipere: ſuper quorum receptione, ipſe & non alius quictantias dabit, nec facultatem aut poteſtatem recipiendi aliquis alius habere poſſit, præter eum, niſi ſub ipſo: & qualibet hebdomada, de pecuniis per eum receptis, manus ſuas euacuabit & exonerabit, rationemque Burſariis ad huiuſmodi pecunias recipiendum deputatis & commiſſis, qualibet hebdomada reddere curabit.

Similiter quoque granorum, & vinorum per eum receptorum, rationem quolibet anno Priori, Suppriori, & Senioribus reddet, & Papirum receptæ, tàm denariorum, quàm granorum & vinorum, in bona & debita forma, conficere tenebitur, nec poterit tam grana, quàm vina exponere venditioni, aut ad firmam dare, nec aliquando de eis diſponere, niſi de licentia & authoritate Prioris, aut eius Vicarii generalis, cum conſilio Seniorum.

Quiquidem Theſaurarius ſiue Receptor generalis poterit ab officio ſuo per dictum Priorem & Seniores quotiens opus fuerit, abſolui & deſtitui. Item in dicto Monaſterio, videlicet in Theſauro eiuſdem, erit Arca communis, tribus ſeris, & totidem clauibus munita, in qua omnes & ſinguli prædicti denarii, aut quoduis argentum aliud & aurum, tàm monetatum, quàm non monetatum, reponentur & cuſtodiæ mandabuntur. Quarum clauium Prior, aut in eius abſentia, Vicarius ipſius vnam, Subprior aliam, & vnus ex Senioribus eiuſdem Monaſterii per dictum Priorem & Seniores deputatus, aliam, habebunt. Ita quod prædicta Arca aperiri aut claudi non poſſit, nec debeat, niſi in trium prædictorum Burſariorum, aut aliorum vices eorumdem gerentium, præſentia: proniſo quòd in dicta apertione aut clauſura, ſint ad minus duo de dictis tribus Burſariis.

Item per Priorem & Seniores prædictos ordinabitur & conſtituetur Cellerarius Manualis, cui pro neceſſariis ad onus & officium ſuum requiſitis, tradentur per manus Burſariorum, qualibet hebdomada, aut quotiens opus fuerit,

pecuniæ ſufficientes. Quiquidem Cellerarius, de pecuniis per eum ſic receptis, diſtribuet reliquis, onera in prædicto Monaſterio habentibus, quantum opus fuerit, ſecundum exigentiam onerum & adminiſtrationum ſuarum, qui rationem pecuniarum ſic receptarum, & per eos expoſitarum, eidem Cellerario qualibet hebdomada reddere teneantur, & ſuper his Regiſtrum conficere, nec tradant aut diſtribuant dicti Burſarii cuipiam pecunias quoquomodo præterquàm dicto Cellerario. Qui Cellerarius, de pecuniis receptis, & per eum expoſitis, dictis Burſariis quolibet menſe rationem reddere teneatur, & ſuper hoc Regiſtrum conficere: & poterit dictus Cellerarius per Priorem & Seniores, quotiens opus fuerit, abſoluj & deſtitui.

Inhibetur autem omnibus aliis & ſingulis Religioſis (ab his quibus per præſentem Articulum pro eorum adminiſtrationibus, pecunias habere aut ſeruare, modo præmiſſo permittitur) nec aliquam pecuniæ ſummam, quantumcumque paruam, quouis modo receptam, ſeu quacumque de cauſa prouenientem, apud ſe, per viginti quatuor horarum ſpacium reſeruare audeant, quinimò prædicto Theſaurario ſeu Receptori tradere feſtinent. Quiquidem Receptor de dictis pecuniis ſic receptis, ſicut & de cæteris, rationem reddere teneatur.

Item quotiens Priorem pro negotiis aut neceſſitatibus Domus, extra domum ire aut proficiſci aliquò contigerit, dictus Cellerarius tradet Secretario aut Capellano eiuſdem Prioris, ſummam pro itinere, eleemoſinis, & negotiis peragendis neceſſariam. Qui Secretarius aut Capellanus miſias & expenſas articulatim, & per partes deſcribet, & de eiſdem rationem dicto Cellerario reddere tenebitur.

Similiter tradet dictus Cellerarius pecunias Officiariis & aliis Religioſis, quotiens eos cum licentia extra Monaſterium ire & aliquò proficiſci contigerit. Qui etiam Officiarii & Religioſi miſias & expenſas per eos in via factas, articulatim & per partes deſcribere, & dicto Cellerario rationem reddere teneantur.

Item habeat inſuper dictus Cellerarius repoſita & deſcripta nomina & cognomina omnium & ſingulorum Religioſorum, & Conuerſorum, necnon Seruitorum Monaſterii, diemque & annum aduentus & receſſus eorumdem.

Item quòd Regula Patris noſtri Benedicti & Statuta Ordinis Clun. præſertim præfatæ Regulæ conformia ab omnibus obſeruentur, & quòd fratres in cunctis cerimoniis & obſeruantiis Regularibus Monaſterio Clun. (cuius dictum Monaſterium S. Martini eſt filia) ſe conforment. Per Seniores autem intelliguntur Subprior, duo Socii in Ordine, Magiſter Nouiciorum, Receptor generalis, Cellerarius, & præcipui Officiarii: ſine quibus (vt dictum eſt) Prior nihil agat arduum.

Item quòd Prior, cuius electa eſt induſtria præſidendi, ſit attentus, diligens, & ſollicitus in cunctis, & præcipuè circa curam & regimen animarum, & ſæpè audiat confeſſiones, & præcipuè nouiter receptorum, & ſaltem ſemel in anno omnium fratrum Nouiciorum, & Conuerſorum.

Quod fratres in Refectorio ſic reficiantur, vt nulla ſit neceſſitas, nulla ſuperfluitas, quòd numquam ſint ocioſi, ſed occupentur in exercitationibus fructuoſis, ſecundum talenta & gratias eis à Domino conceſſas. Quòd præcepta Dei, vota Regulæ, & Statuta Ordinis obſeruentur. Culpas & vitia diſtrictè corrigat & puniat. Infirmi benè & diligenter tractentur, tam ſpiritualiter, quàm corporaliter, cum omni charitate & zelo, abſque tamen ſuperfluitate.

Et vt in ſingulis prædictis Prior ipſe commodiùs intendere valeat, præſentem ſe ſæpiùs exhibeat in Clauſtris, in Infirmaria, & aliis locis Regularibus, ſanus cum ſanis, cum infirmis infirmus conuerſetur. Comedat in Refectorio, pernoctet in Dormitorio, & non alibi, niſi extante rationabili cauſa. Hoſpites & pauperes tractari procuret, proût neceſſitas exiget, & congruitas pro qualitate perſonarum. Sit vigil, ne Officiarii in ſuis Adminiſtrationibus temporalibus animas perdant, aut detrimentum Monaſterii faciant. Intendat & procuret quòd iura Monaſterii ſedulò conſeruentur.

Alienata ſi quæ ſint recuperentur, res & bona diligenter recipiantur, tutè cuſtodiantur, & diſtribuantur diſcretè. Et denique tanquam bonus Paſtor ſe gerat, & oues ſuas nunquam deſerat. Nomina autem fratrum Monaſterii qui prædictis interfuerunt hæc ſunt.

Domnus Stephanus Gentils Prior, Richardus le Moyne Subprior, Ioannes Biſſieu Sacriſta, Symon de la Ruelle Infirmarius, Michaël Goupil primus Socius in Ordine, & Magiſter Nouiciorum, Symon le Lieure Cellerarius, Germanus Nicolas Subſacriſta, Ioannes Garciet Hoſpitalarius, Franciſcus Cicongne, Nicolaus Verard, Gauffridus Raülin, Ioannes Verdun, Ioannes Ialoux, Henricus Chifretot, Nicolaus Aunay, Carolus Loyſon, Reginaldus Rouſſel, Guillelmus Flamen, Hugo Perdriel, Iacobus Louuet, Claudius Belle, Ioannes Larcher, Nicolaus de Campis, Iacobus Iacquinet Cantor, Oliuerius le Pot, Robertus de Billy, Dionyſius Pocquelin: Omnes ſupra dicti Sacerdotes, & Profeſſi.

Reginaldus Pion, Franciſcus Hauuille, Symon Laurens, Adrianus Hotman', Adrianus Benedicti, Ioannes Populi, Iacobus Boyenual, Charolus le Borgne, Nicolaus l'Anglois, Miletus de Noéz, Richardus Foüel, Ioannes Norquier, Petrus Beguin, Carolus Militis, Mathæus de Beaumont, Nicolaus de Mara, Petrus Rabet, Claudius Turquet, Symon Malle-terre, Stephanus Bellard, Reginaldus le Maignen: Omnes Nouicii.

Acta ſunt hæc in dicto Capitulo præfati Monaſterii S. Martini de Campis Pariſienſis, præſentibus venerabilibus & diſcretis viris Magiſtris Thoma Vvarnet ſacræ Theologiæ Profeſſore, Curato Parrochialis Eccleſiæ S. Nicolai de Campis, Lyonetto de Gueteuille Requeſtarum Palatii Pariſien. Graffario, Carolo Bourgoin S. Iacobi de Carnificeria Pariſien. Foucaudo Momer in ſuprema Parlementi Curia Aduocato, S. Petri de Chalioto ſecùs Pariſios Curatis, Iurium licentiatis, vnà cum pluribus aliis teſtibus ad hæc vocatis & rogatis, die decima menſis Decembris, anno

Domini

Domini milleſimo quingenteſimo octauo. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium, Sigillum noſtrum vnà cum ſigno & ſubſcriptione Notarii & Secretarij noſtri ſubſignati, præſentibus litteris duximus apponendum, die & anno quibus ſuprà. Ainſi ſigné. De præcepto dicti Domini mei Reuerendiſſimi, Signatum Baſtardi.

Leſquels Statuts, Articles, & Ordonnances, ont en plain Chapitre dudit Cluny, & par les Diffiniteurs dudit Ordre, eſté approuuez & ratiffiez, & par les Religieux Prieur, & Conuent ſupplians acceptez & ratiffiez. Deſquelles approbation, & acceptation attachez auſdits Statuts & Articles, les teneurs, ainſi s'enſuiuent.

Frater Philippus Bourgoin, Baccalarius in ſacra pagina formatus, humilis Prior Maior Monaſterii Clun. totúſque eiuſdem Monaſterii Conuentus, Capitulantes, & Capitulum noſtrum tenentes, in Capitulo dicti Monaſterii ad ſonum Campanæ in vnum (vt moris eſt) congregati. Vniuerſis & ſingulis præſentes litteras inſpecturis, & legi audituris in Domino ſalutem ſempiternam.

Notum facimus. Quòd viſis per nos Ordinationibus & Articulis ſuperioribus diebus per Reuerendiſſ. in Chriſto Patrem & Dominum D. Iacobum de Ambaſia permiſſione diuina Epiſcopum & Dominum Claromontis, & Abbatem Clun. ſuper modo & vita regularibus, ac inſtitutione, ſeu deſtitutione Prioris ſeu Officiariorum Prioratus ſui Conuentualis S. Martini de Campis Pariſien. Ordinis Clun. ac ſuper modo & forma viuendi regulariter in eodem ſuo Prioratu, per ipſum Priorem, Officiarios, ac Religioſos inibi exiſtentes & in perpetuum commorantes, factis. Et quia dicti Articuli & Ordinationes ſunt Regulæ beati Patris noſtri Benedicti omninò conformes, viſa inſuper confirmatione per eundem Reuerendiſſ. Dominum de eiſdem Articulis, & Ordinatione facta, quibus hæ noſtræ præſentes ſub Sigillo noſtro, & dicti Conuentus originaliter annectuntur.

Idcirco eoſdem Articulos & Ordinationes & ſingula om-

nia in eiſdem contenta & deſcripta, tamquam ritè, ſanctè, canonicè facta & geſta approbauimus, laudauimus, & omologauimus, ac rata & grata habuimus: ac per præſentes laudamus, approbamus, ac omologamus. In quorum præmiſſorum teſtimonium præſentibus noſtra fecimus apponi ſigilla. Datum in Clun. Monaſterio ac dicto Capitulo, die viceſima menſis Aprilis, anno Domini milleſimo quingenteſimo nono. Ainſi ſigné. Per dictos Domnos Priorem Maiorem, & cæteros Monachos dicti Conuentus, Sic ratificatum. Pellicier.

Nos Diffinitores Capituli generalis ſacri Ordinis Clun. Authoritate Apoſtolica electi & ordinati ſeu deputati, totum Ordinem prædictum repræſentãtes. Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, eorúmque tenorem legi audituris notum facimus, Quòd viſis per nos & habita lectura in Camera Diffinitorii Monaſterii Clun. Statutis & Ordinationibus, ſuper vita Regulari & modo viuendi, inſtitutione, & deſtitutione venerabilium & chariſſimorum fratrum noſtrorum Domnorum Prioris, & Officiariorum Prioratus S. Martini de Campis Pariſien. Ordinis noſtri Clun. in quaterno ſiue ſiſterno pergameni deſcriptis, cui hæ noſtræ præſentes annectuntur, etiam viſa ratificatione & approbatione dictorum Statutorum per Reuerendiſſ. Patrem, venerabileſque & chariſſimos fratres noſtros, Domnos Priorem Maiorem, & Conuentum Clun. facta: conſideratis cauſis & mediis in eiſdem Statutis deſignatis, Prædicta Statuta & Ordinationes approbauimus, laudauimus, & ratificauimus, ac in eiſdem conſenſum præbuimus & præbemus pariter & aſſenſum.

In cuius rei teſtimonium Sigilla Domnorum de Charitate, S. Eutropii Xanctonenſis, de Barbiſolio, S. Margaretæ in Campania, de Rampone, & de Sanconio Prioratuum Priorum, noſtrorum Condiffinitorum, in abſentia aliorum, & noſtra, litteris præſentibus duximus apponenda Sigilla. Actum & datum in Diffinitorio Capituli generalis ſacri Ordinis Clun. prædicti, die penultima menſis Aprilis,

Anno Domini milleſimo quingenteſimo nono, Ainſi ſigné per Reuerendos Patres, De Puteo.

Mais encores pour plus grande approbation d'iceux, ils nous ont fait humblement ſupplier & requerir, que attendu qu'icelle Egliſe S. Martin eſt de la fondation de nous & noſdits predeceſſeurs Roys de France: Il nous plaiſe iceux Statuts, Ordonnances & Articles auoir pour aggreables, & les leur faire garder, obſeruer, & entretenir perpetuellement & à touſiours, & leur octroyer nos lettres à ce conuenables.

Pourquoy nous ces choſes conſiderées, qui ſommes Protecteurs & Gardes des Egliſes de noſtre Royaume, & meſmes de celles qui ſont de la fondation de noſdits predeceſſeurs Roys, & nous, deſirans auſſi ſingulierement icelle Egliſe S. Martin, qui eſt, (comme dit eſt) de fondation Royalle, eſtre entretenuë, & les Religieux d'icelle viure ſelon leur Reigle & Ordre, en commun & vnion, ſelon l'intention & fondation de noſdits predeceſſeurs Roys.

Apres ce que nous auons fait voir par les gens de noſtre Conſeil, leſdits Statuts, Articles, & Ordonnances cy-deſſus inſerées, & eu ſur ce leurs aduis & deliberation, inclinans liberallement à leur ſupplication. Pour ces cauſes, & autres à ce nous mouuans, & meſmement à ce que ſoyons participans des prieres deſdits ſuppliants.

Nous leſdits Articles, Statuts & Ordonnances auons loüees & eu pour agreables, & à iceux nous ſommes conſentis & accordez, & par la teneur de ces preſentes, de noſtre grace ſpeciale, certaine ſcience, plaine puiſſance, & authorité Royale, voulons, conſentons, & nous plaiſt: Que d'oreſnauant, perpetuellement, & à touſiours, ſoient tenus, gardez, & entretenus en ladite Egliſe S. Martin des Châps, de poinct en poinct, ſelon leur forme & teneur, inuiolablement, & ſans enfraindre par leſdits Prieur, Conuent, Religieux, & leurs ſucceſſeurs dudit Conuent, & Egliſe de S. Martin des Champs.

Si donnons en mandement par leſdites preſentes à nos

amez & feaux Conſeillers de noſtre Cour de Parlement de Paris, au Preuoſt dudit Paris, & à tous nos autres Iuſticiers & Officiers, ou à leurs Lieutenans preſens & à venir, & à chacun d'eux ſi comme il appartiendra. Que de nos preſens vouloir, & conſentement, enſemble de tout le contenu en ceſdites preſentes, ils faſſent, ſouffrent, & laiſſent leſdits ſuppliants, & leurs ſucceſſeurs Religieux, Prieur & Conuent de ladite Egliſe & Monaſtere de S. Martin des Champs, iouïr & vſer plainement, paiſiblement, & perpetuellement: Et leſdits Statuts, Ordonnances, & Articles, faſſent comme dit eſt, tenir, garder, & obſeruer de poinct en poinct ſelon leur forme & teneur. En contraignant à ce faire & ſouffrir, tous ceux qu'il appartiendra, & qui pour ce ſeront à contraindre realement & de fait. Meſmes leſdits ſupplians & leurs ſucceſſeurs Religieux, Officiers, & Prieurs de S. Martin, à quelque tiltre qu'ils ſoient ou puiſſent eſtre cy-apres au temps à venir pourueus, ayent à viure en commun & obſeruance Reguliere ſelon iceux Articles, Statuts, & Ordonnances, par prinſe de leur Temporel, & par toutes autres voyes & manieres deuës & raiſonnables, en leur donnant quand il appartiendra ayde, port, faueur, conſeil, & main forte ſi meſtier eſt. Car ainſi nous plaiſt-il eſtre fait.

Et afin que ce ſoit choſe ferme, & ſtable à tout iamais, Nous auons fait mettre noſtre Seel à ceſdites preſentes, ſauf en autres choſes noſtre droict, & l'autruy en toutes. Donné à Blois au mois de Nouembre, l'an de grace mil cinq cens douze, & de noſtre Regne le quinzieſme: Ainſi ſigné par le Roy, l'Eueſque de Paris, & autres preſents. Robertet.

Lecta, publicata, & regiſtrata audito Procuratore Regis Pariſius in Parlamento vigeſima quarta die Ianuarii. Anno Domini milleſimo quingenteſimo duodecimo. Ainſi ſigné, Pichon. Viſa. Contentor, Maillard. Scellé en cire verte, ſur ſoye rouge & verte, du grand Sceel du Roy.

ENREGISTREMENT DES STATVTS DE S. Martin des Champs au Parlement de Paris.

Extraict des Regiſtres de Parlement.

SVr les Lettres patentes octroyees par le Roy à Bloys, au mois de Nouembre dernier, par leſquelles ledit Sieur a loüé, & eu pour aggreables les Articles, Statuts & Ordonnances faites pour les Religieux, Prieur, & Conuent de S. Martin des Champs à Paris, touchant la Reformation & entretenement dudit Prieuré; Prieur & Religieux, icelles leües. Bochart pour leſdits impetrans a requis que ſur icelles ſoit mis. *Lecta, publicata & regiſtrata.* Barmes pour le Procureur du Roy, dit qu'il a veu leſdites Lettres, & oüy la lecture d'icelles, & qu'il luy ſemble que ladite Reformation ainſi faite eſt conforme à toute diſpoſition du droict commun, & à la loy diuine, pour l'entretenement de tous vœux eſſentiaux, *quæ ſunt in Regula Monachali.* Car les grands maux qu'on a veu aduenir en l'Ordre, (ſoit bruit, diſcorde, & ſcandale) a eſté par ce que *Religioſi videbantur proprietarij, & nulla erat abdicatio proprietatis inter eos.* Or de preſent eſdites Lettres on voit que les Statuts ſont faits pour abdiquer la proprieté de tous les Religieux eſtans audit Prieuré, *quæ eſt vera executio voti paupertatis.* Et à conſiderer tous les Articles, il n'y en a pas vn qui ne ſoit fondé en vraye charité. Eſt dit par iceux *de intereſſendo omnibus horis,* manger en Refectoir, & dormir en Dortoir. Or on ne peut mieux *conſulere caſtitati,* que par ladite forme d'eſtre touſiours occupez au Seruice Diuin, & viure en ladite Communité, laquelle n'eſt *ſolùm* introduitte *per Canones, imò per Apoſtolos, ſua deferentes, & Chriſtum imitantes.*

Dit auſſi que leſdits trois vœux de Religion ont eſté trouuez *non ſolùm in legibus ſcriptis, imò* parauant, & à ce propos allegué *dictum Ciceronis lib. 2. de legib.* Que, *Inter leges*

quæ neque tolli, neque abrogari poſſunt, & inter eas quæ non cœperunt eſſe leges cum ſcriptæ ſunt, ſed cum ortæ, ortæ ſunt autem cum mente diuina. Hanc excipiunt. Ad Diuos caſtè adeunto, pietatem adhibento, opes amoueto, qui ſecus faxit, Deus ipſe vindex erit. Et pour ce, attendu le conſentement du Roy, qui eſt Fondateur dudit Prieuré, ainſi qu'il luy eſt apparu par les fondations de Henry, Philippes, & Louys le Gros, lequel conſentement eſt ſi bien fait que mieux ne pourroit; il ne veut empeſcher que ſur leſdites Lettres ne ſoit mis. *Lecta, publicata, & regiſtrata.*

La Cour a ordonné & ordonne que ſur leſdites Lettres ſera mis. *Lecta, publicata, & regiſtrata, audito Procuratore Regis.* Fait en Parlement le vingt-quatrieſme iour de Ianuier l'an mil cinq cens douze. Signé, Voyſin.

ARRESTVM SEV PLACITVM SENATVS *Pariſienſis pro Hoſpitalario & Statutis Reformationis Monaſterij S. Martini de Campis.*

An. 1516. FRanciſcus Dei gratia Francorum Rex, Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem. Notum facimus, Quod cum in noſtra Parlamenti Curia conſtitutis Religioſis, Priore, & Conuentu Eccleſiæ S. Martini de Campis Pariſius, actoribus, certarúmque litterarum per eos à nobis obtentarum integrationem requirentibus ex vna parte, & Guillelmo Stinc, & Guillelmo le Flamen Religioſis defenſoribus ex parte altera, vel earundem partium Procuratoribus, dicti actores dici & proponi feciſſent.

Quòd defunctus inclitæ memoriæ Henricus huius nominis primus, Franciæ Rex, prædeceſſor noſter, dictam Eccleſiam ſeu Monaſterium S. Martini, cum certo Religioſorum numero, ſecundum Ordinem S. Auguſt. ſub conditione, quòd illi in Commune viuerent, & de omnibus bonis & reuenuta vnam ſolam burſam communem haberent, pro ibidem obſeruantiam Regularem cuſtodiendo, in bona

Reformatione viuendo, ſeruicium diuinum, hoſpitalitatem in conſimilibus Monaſteriis Regularibus fieri ſolitam, faciendo: fundauerat. Vbi dicti Religioſi ſub dicta Regulâ S. Auguſtini certo longo poſt tempore vixerant.

Dicto verò Rege Henrico poſteà ab humanis exempto, defunctus etiam inclitæ memoriæ Philippus huius nominis primus, Franciæ Rex, prædeceſſor noſter ſucceſſerat, qui donationem & fundationem per dictum Regem Henricum eius prædeceſſorem factam, dictis Religioſis vt totum (proût vita Regularis Religioſorum exigebat) in Communi eſſet, confirmauerat.

Verùm, Anno Domini milleſimo ſeptuageſimo nono, tempore dicti Regis Philippi, in Abbatia Cluniaci præerat vnus Abbas vocatus Hugo, qui ſanctæ vitæ extabat: cuius occaſione dictus Prioratus S. Martini Ordini Cluniaci vnitus, & ſub illo tranſlatus, & Religioſi eiuſdem de dicto Ordine S. Auguſtini ad dictum Ordinem, & ſub Regula S. Benedicti tranſmutati fuerant.

Eo autem tempore in dicto Ordine S. Benedicti ſecundùm Statutum ipſius Ordinis, bona Monaſteriorum in Communi erant, & exindè per longum tempus dicta obſeruantia Regularis: & vita Reformata in prædicto Monaſterio S. Martini obſeruatæ, & omnis reuenuta tàm Prioratus, quàm Officiorum, & præſertim Hoſpitalarii eiuſdem Monaſterii, in communi & vnica burſa, extiterant.

Verumtamen decurſu temporis, ob negligentias Priorum Commendatariorum dicti Prioratus, qui in eo reſidentias non fecerunt, huiuſmodi Monaſterium in partialitates prolapſum fuerat, adeò quòd nonnulli ex Officiariis & etiam Religioſis ipſius Monaſterii, bona & reuenutam particulariter habuerant, & eo modo & diuiſione quæ inter eos euenerat, dictum Monaſterium in deformitatem corruerat. Eo modo, quòd licet tempore præſenti, octuaginta Religioſi & ampliùs in dicto Monaſt. exiſtant reformatè viuentes, retroactis tamen temporibus, & ante prædictam Reformationem in huiuſmodi Monaſterio ſolum decem,

aut duodecim Religioſi fuerant. Quia tunc Officiarii ſuorum Officiorum, & Prior ſui Prioratus reuenutas, quæ pro intertenemento dictorum Religioſorum, & ipſius Monaſterii erant principale, capiebant.

Et hâc de cauſâ Epiſcopus Claromontenſis tunc prædictæ Abbatiæ Cluniaci Abbas, cognoſcens prædictam deformitatem, cauſâ partialitatum prænotatarum (quia prædicti Officiarij ipſius Monaſterii reuenutam ſuorum dictorum Officiorum percipiebant) aduenisse, charitate motus prædictum Monaſterium S. Martini reformari procurauerat. Et huiuſmodi Reformationem faciendo, per eundem Abbatem & Diffinitores dicti Ordinis Cluniaci, qui iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habebant: Quòd in futurum omnia Officia, & reuenutæ dicti Monaſterii S. Martini in Communi & in vnâ burſâ, & Archâ communi ponerentur, decretum fuerat. Et ab hinc reuenuta non ſolùm dictorum Officiorum, ſed etiam prædicti Prioratus in Communi poſita extiterat, de quâ Prior ipſius Monaſterii vnum ſolum denarium minimè recipiebat: nec pluſquam vnus ex aliis Religioſis habebat. Et in prædictâ Reformatione omnia ipſius Monaſterii Officia, ſcilicet Cellerarii & Hoſpitalarii (de quo erat quæſtio) & alia erant deſignata.

Sed veniebat intelligendum, quòd tempore iam dictæ Reformationis prædictum Officium Hoſpitalarii per Ioannem le Feure Religioſum Ordinis S. Auguſt. in commenda tenebatur. Et quia ipſe le Feure fructus dicti Officii Hoſpitalarii in Communi ſicut alii Officiarii & Religioſi ipſius Monaſterii poſuerant, ponere recuſauerat: orta fuerat quæſtio, ſuper qua poſteà interuenerat compoſitio, per quam dictus le Feure Commendatarius vita eius comite, ob ipſius ætatem antiquam, dicto Officio Hoſpitalarii & reuenutâ eiuſdem gaudere, certamque denariorum ſummam pro intertenemento dictæ Hoſpitalitatis tradere debebat, ac prædictam Reformationem per reſignationem dicti Officii Hoſpitalarii minimè impedire promiſerat. Quo verò ad cætera ipſius Monaſterii Officia, illorumque fructus & re-

uenutæ,

uenutæ, à tempore Reformationis prænotatæ, ſemper in Communi fuerant. Quod per nos; qui iam dicti Monaſterii Fundator ſumus, ſeu prædeceſſorem noſtrum approbatum, & per dictam Curiam noſtram, Procuratore noſtro Generali audito ac requirente, emologatum: & denique per ſummum Pontificem admiſſum extiterat, ita quod de his quæ ad Reformationem requirebantur, nihil deerat.

Poſtmodùm verò prænominatus le Feure Commendatarius dicti Officii Hoſpitalarii in menſe Octobris nouiſſimè decurſi tributum naturæ perſoluerat. De quo certioratus dictus Prior, ſupradictum Guilielmum le Flamen ipſius Monaſterii Religioſum reformatum, ad prælibatum Hoſpitalarii Officium commiſerat, & reuenutam eiuſdem Officii, ſicuti de aliis Officiis ipſius Monaſterii, capere facere, pro illam inſequendo Reformationem præmemoratam in Communi ponendo, voluerat. Verumtamen antè dictus Guilielmus Stinc Defenſor, qui prædicti Ordinis Clun. Religioſus minimè erat, & pluralitatem beneficiorum & penſionum habebat, prætendens ſibi de ſæpè dicto Hoſpitalarii Officio, medio reſignationis per iamdictum le Feure factæ, prouiſum fuiſſe, & illud per eum in Commendam teneri. In loca de Clamard & de Creſpieres, & alia loca ad huiuſmodi Officium Hoſpitalarii ſpectantia ſe intruſerat, & reuenutam ac bona ad ipſum Officium ſpectantia & pertinentia capere niſus fuerat, & quotidie nitebatur, Reformationem prænotatam perturbando. Per quam viam (ſi illa locum haberet) tota ipſa Reformatio, quæ erat talis quæ ab omnibus noſcebatur, penitùs adnihilaretur. Quoniam tractu temporis cætera dicti Monaſterii Officia in manus Commendatariorum deuenire poſſent, & etiam Prior reuenutam Prioratus capere vellet, & ſic Religioſi intertenerì nequirent, & eo modo dicta Reformatio diſtraheretur & adnullaretur. Ea propter ipſi Actores à nobis litteras præmiſſorum narratiuas dictæ Curiæ noſtræ directas, per quas ſupradictam Reformationem intertenerì, dictique Officii Hoſpitalarii reuenutam in Communi pro huiuſmodi Re-

formationem intertenendo, poni mandabamus, obtinuerant.

Quare concludendo pertinenter iidem Actores dictas litteras ſibi integrari, & hoc faciendo cognitionem huiuſmodi materiæ per dictam Curiam noſtram, vt prædicta Reformatio admiſſa & in ipſa Curia regiſtrata interteneretur, retineri: & huiuſmodi Reformationem inſequendo, reuenutam prælibati Officii Hoſpitalarii Communi Burſæ eiuſdem Monaſterii S. Martini cum aliis applicari, & præfatum Stinc Defenſorem, ad omne id quod de dicto Officio perceperat, in dicto Conuentu S. Martini reponendum compelli, ac in expenſis condemnari, & caſu quo ipſe Defenſor, de tunc in promptu defendendo protellare vellet, ei defenſiones de quicquam de reuenutâ præfati Officii percipiendo fieri, & quòd in caſu dilationis prædicta prouiſio ipſis Actoribus fieret, & cum eis Procurator noſter Generalis ſe adiungeret, petiiſſent & requiſiiſſent.

Supradictus verò Guilielmus Stinc Defenſor ex aduerſo dicebat. Quòd prædicti Actores primâ inſtantiâ in dictâ Curiâ noſtrâ veniebant, & ideò ſibi pro ad primam diem veniendo dilationem dari oportebat. Et quo ad defenſiones per dictas partes aduerſas requiſitas, quòd eadem Curia noſtra de dictâ cauſâ nondum erat ſaiſita, attento quòd ipſe ad finem non procedendi tendere, & coram Iudice ordinario remitti, poſtulare poterat. Ipſi etiam Actores ſuas cauſas in dictâ Curiâ noſtrâ commiſſas non habebant, & ſic ad prædictas defenſiones, niſi in terminis generalibus de non attentando faciendum non erat propoſitum, & quod ſibi ipſi Defenſori onera quæ dictus le Feure eius prædeceſſor geſſerat, gerere offerenti, dilatio pro ſuper hoc veniendo concedi debebat. Memorato autem Guilielmo le Flamen dicti Officii Hoſpitalarii Titulario, ſupradictas litteras per dictos Actores obtentas, integrari conſentiente.

Quibus partibus ſic (vt præcauetur) auditis, eadem Curia noſtra quòd die craſtinâ proximo ſequente poſt prandium prælibatus Stinc Defenſor veniret, ſuper demandâ

ſeu petitione dictorum Actorum, ſaltem ſuper dictis inhibitionibus per eoſdem Actores requiſitis defenſurus, ordinaſſet. Quamquidem ordinationem inſequendo, dictâ craſtinâ die prænominatus Stinc Defenſor dici & etiam proponi feciſſet. Quòd ſtante Reformatione per dictos Actores allegata, ipſe Defenſor Titularius, & fructus dicti Officii Hoſpitalarii S. Martini percipiens, ſicuti dictus le Féure eius prædeceſſor remaneret: & quòd in hoc nulla erat repugnantia. Et pro hoc oſtendendo, & ad ſuas rationes & media veniendo, quòd ipſi, cum prædictis Actoribus prædictum Monaſterium S. Martini eſſe benè reformatum, & dictos eiuſdem Monaſterii Religioſos in bona Reformatione viuere, dicentibus, conueniebat, & dictam Reformationem nullo modo perturbare, imò ſuo toto poſſe illam conſeruare & augmentare volebat.

Verùm per fundationem dicti Prioratus S. Martini, quæ Regia & Laica erat, diuerſa Officia & præſertim Officia Hoſpitalarii & Celerarii, in huiuſmodi Prioratu fuerant inſtituta, & prædicto Officio Hoſpitalarii adminiſtratio complurium iurium, terrarum, & hæreditagiorum particularium pertinebat: proût ipſi Defenſori, per certum antiquum librum Concordata inter Hoſpitalarium & Religioſos Priorem & Conuentum S. Martini facta, & alios titulos eiuſdem Monaſterii continentem, conſtiterat. Et non mirum erat ſi exindè hoc fuerat continuatum. Nam adminiſtratio Communitatem per dictam Reformationem requiſitam non auferebat, quia ipſe Hoſpitalarius in proprietate ſolum vſum habebat.

Certum etiam erat, quòd Religioſus tenens beneficium adminiſtrationem habens, non propterea dicebatur difformatus. Ille enim huiuſmodi adminiſtrationem de conniuentia Abbatis & permiſſione iuris habebat. Et in Ordine S. Auguſtini (qui de excellentibus Ordinibus erat vnus) proprietas in adminiſtratione extabat. Nam omnes Prioratus dicti Ordinis erant Curati, & ſecundùm iura, Priores qui erant dilapidatores deiici poterant. Et niſi ipſi Priores

formationem intertenendo, poni mandabamus, obtinuerant.

Quare concludendo pertinenter iidem Actores dictas litteras ſibi integrari, & hoc faciendo cognitionem huiuſmodi materiæ per dictam Curiam noſtram, vt prædicta Reformatio admiſſa & in ipſa Curia regiſtrata intertenerctur, retineri: & huiuſmodi Reformationem inſequendo, reuenutam prælibati Officii Hoſpitalarii Communi Burſæ eiuſdem Monaſterii S. Martini cum aliis applicari, & præfatum Stinc Defenſorem, ad omne id quod de dicto Officio perceperat, in dicto Conuentu S. Martini reponendum compelli, ac in expenſis condemnari, & caſu quo ipſe Defenſor, de tunc in promptu defendendo protellare vellet, ei defenſiones de quicquam de reuenutâ præfati Officii percipiendo fieri, & quòd in caſu dilationis prædicta prouiſio ipſis Actoribus fieret, & cum eis Procurator noſter Generalis ſe adiungeret, petiiſſent & requiſiiſſent.

Supradictus verò Guilielmus Stinc Defenſor ex aduerſo dicebat. Quòd prædicti Actores primâ inſtantiâ in dictâ Curiâ noſtrâ veniebant, & ideò ſibi pro ad primam diem veniendo dilationem dari oportebat. Et quo ad defenſiones per dictas partes aduerſas requiſitas, quòd eadem Curia noſtra de dictâ cauſâ nondum erat ſaiſita, attento quòd ipſe ad finem non procedendi tendere, & coram Iudice ordinario remitti, poſtulare poterat. Ipſi etiam Actores ſuas cauſas in dictâ Curiâ noſtrâ commiſſas non habebant, & ſic ad prædictas defenſiones, niſi in terminis generalibus de non attentando faciendum non erat propoſitum, & quod ſibi ipſi Defenſori onera quæ dictus le Feure eius prædeceſſor geſſerat, gerere offerenti, dilatio pro ſuper hoc veniendo concedi debebat. Memorato autem Guilielmo le Flamen dicti Officii Hoſpitalarii Titulario, ſupradictas litteras per dictos Actores obtentas, integrari conſentiente.

Quibus partibus ſic (vt præcauetur) auditis, eadem Curia noſtra quòd die craſtinâ proximo ſequente poſt prandium prælibatus Stinc Defenſor veniret, ſuper demandâ

ſeu petitione dictorum Actorum, ſaltem ſuper dictis inhibitionibus per eoſdem Actores requiſitis defenſurus, ordinaſſet. Quamquidem ordinationem inſequendo, dictâ craſtinâ die prænominatus Stinc Defenſor dici & etiam proponi feciſſet. Quòd ſtante Reformatione per dictos Actores allegata, ipſe Defenſor Titularius, & fructus dicti Officii Hoſpitalarii S. Martini percipiens, ſicuti dictus le Féure eius prædeceſſor remaneret: & quòd in hoc nulla erat repugnantia. Et pro hoc oſtendendo, & ad ſuas rationes & media veniendo, quòd ipſi, cum prædictis Actoribus prædictum Monaſterium S. Martini eſſe benè reformatum, & dictos eiuſdem Monaſterii Religioſos in bona Reformatione viuere, dicentibus, conueniebat, & dictam Reformationem nullo modo perturbare, imò ſuo toto poſſe illam conſeruare & augmentare volebat.

Verùm per fundationem dicti Prioratus S. Martini, quæ Regia & Laica erat, diuerſa Officia & præſertim Officia Hoſpitalarii & Celerarii, in huiuſmodi Prioratu fuerant inſtituta, & prædicto Officio Hoſpitalarii adminiſtratio complurium iurium, terrarum, & hæreditagiorum particularium pertinebat: proût ipſi Defenſori, per certum antiquum librum Concordata inter Hoſpitalarium & Religioſos Priorem & Conuentum S. Martini facta, & alios titulos eiuſdem Monaſterii continentem, conſtiterat. Et non mirum erat ſi exindè hoc fuerat continuatum. Nam adminiſtratio Communitatem per dictam Reformationem requiſitam non auferebat, quia ipſe Hoſpitalarius in proprietate ſolum vſum habebat.

Certum etiam erat, quòd Religioſus tenens beneficium adminiſtrationem habens, non propterea dicebatur difformatus. Ille enim huiuſmodi adminiſtrationem de conniuentia Abbatis & permiſſione iuris habebat. Et in Ordine S. Auguſtini (qui de excellentibus Ordinibus erat vnus) proprietas in adminiſtratione extabat. Nam omnes Prioratus dicti Ordinis erant Curati, & ſecundùm iura, Priores qui erant dilapidatores deiici poterant. Et niſi ipſi Priores

eſſent proprietarii adminiſtrationem habentes, eſſe dilapidatores non poſſent neque deiici, cùm priuatio habitum præſupponat. Et licet dictus Hoſpitalarius exiſtat Officium & beneficium intitulatum, adminiſtrationem particularem habens, & de huiuſmodi adminiſtratione ab omni æuo, Hoſpitalarii dicti Monaſterii, & præſertim vltimus Hoſpitalarius prædeceſſor ipſius Defenſoris, vſque ad menſem Octobris nouiſſimum abſque contradictione, etiam ſtante Reformatione prætacta, gauiſi fuiſſent, nihilominus prælibati actores ſub vmbrâ dictæ Reformationis per nonnullos Religioſos Cluniacenſes factæ, quam per nos fuiſſe approbatam dicebant, prætendentes ipſum Defenſorem eidem Reformationi contrauenire, ſub eorum relatu quaſdam litteras dictæ noſtræ Curiæ directas, pro fructus & reuenutas dicti Officii Hoſpitalarii in Communi ponendo, & in burſa communi dictæ Reformationis ponendo, à nobis obtinuerant. Et ſuâ demandâ ſic (vt præmittitur) factâ, ipſi Defenſori per prouiſionem inhibitiones de quicquam ex reuenuta dicti Beneficii eiuſdem Defenſoris percipiendo fieri requiſierant. Super quibus dicta Curia noſtra, quòd idem Defenſor veniret deffenſurus, appunctauerat.

Dicebat vlteriùs dictus Defenſor, quòd ſi prædicta Reformatio facta fuiſſet eo modo quo fieri debebat, præſens quæſtio non eueniſſet, & huiuſmodi Reformatio vt ſtabat, nulla erat & ſubſiſtere non valebat. Nam per eam dictum Officium Hoſpitalarii, & cætera Officia dicti Prioratus S. Martini, ſuppreſſa fuiſſe non comperiebantur, imò illa manebant Officia intitulata, veluti dicti Actores in eorum litigato confeſſi fuerant, dicentes prædictum Officium Hoſpitalarii, vt vacans prædicto le Flamen per Priorem ipſius Monaſterii fuiſſe collatum. Et ſic ſtante tali Reformatione, in qua Beneficia non erant ſuppreſſa, ſed ſolum fructus eorum in Communi ponentur, hoc de iure ſubſiſtere non valebat, & per huiuſmodi Reformationem tituli dictorum Beneficiorum ſupprimi debuerant, cùm de iure omnis ſectio Beneficiorum prohibita exiſtat. Sed ipſe Defenſor erat

verus Titularius, per ſummum Pontificem medio reſignationis in eiuſdem Defenſoris fauorem per prædictum le Feure vltimum Titularium & poſſeſſorem dicti Officii Hoſpitalarii factæ, cum derogatione ampliſſima omnium Statutorum prouiſus: adeo quòd ſuus Titulus calumniari non poterat. Et ſic neceſſariò oportebat adminiſtrationem reuenutæ & bonorum dicti Officii eidem Defenſori remanere, cùm nemo ſuis ſumptibus militare teneatur. Et nihilominus ipſe Defenſor, ſicut dictus eius prædeceſſor, etiam ad ordinationem dictæ Curiæ noſtræ, facere & contribuere paratus erat, & interim emolumento dictæ adminiſtrationis carere non debebat. Et in ſimili caſu, ratione Beneficii Camerarii Eccleſiæ Lugdunenſis, cuius Titulus vni, & fructus alteri traditi erant, per Areſtum ipſius Curiæ noſtræ fuerat prohibitum.

Verùm vt prædicti Actores prætendebant, ſuprà dicta Reformatio, per quam Officia in Titulum remanebant, fuerat per dictum ſummum Pontificem approbata, & etiam per primitiuam fundationem dicti Monaſterii, (quæ Laicalis erat) prædictum Officium Hoſpitalarii propriam & particularem adminiſtrationem habebat, cuius Titulus per huiuſmodi Reformationem non erat ſuppreſſus, & etiam illud cum ſuis iuribus & ad vitam, & cum facultate diſponendi de reſiduo fructuum eiuſdem, dictus ſummus Pontifex ipſi Defenſori contulerat, & ſic cum ſua integritate manere debebat.

Et prætereà poſt annum milleſimum quingenteſimum, quo tempore dicta Reformatio fuerat facta, dictum Officium Hoſpitalarii cum ſua integritate prænominato le Feure prædeceſſori ipſius Defenſoris remanſerat, & per hoc dicta Reformatio non fuerat impedita neque perturbata, imò integra ſteterat. Dicti quoque Actores, prælibatum le Feure prædeceſſorem eiuſdem Defenſoris Hoſpitalarium cum adminiſtratione totali (quam prius habebat) manere voluerant & approbauerant, & pro oneribus huiuſmodi Officii, idem le Feure prædeceſſor cum prædictis actori-

bus pro quolibet anno appunctauerat: ipſe verò Defenſor, ſicut dictus eius prædeceſſor facere offerebat, & ideò non erat inconueniens eundem Defenſorem manere, & dictam Reformationem teneri. Ex quibus ſequebatur, attento quod Titulus ipſius Defenſoris & adminiſtratio, in perniciem dictæ Reformationis non erant. Quod idem Defenſor, qui loco antiqui poſſeſſoris veniebat, in ſua poſſeſſione manere debebat, & ei defenſiones per iamdictos actores petitæ minimè fierent, ac ita dici & declarari, necnon prædictos Actores ad ipſi Reformationem, confirmationem Apoſtolicam, & fundationem, per eos in dicto eorum litigato allegatas, exhibendum & oſtendendum, necnon in expenſis condemnari, idem Defenſor petebat & requirebat.

Procurator verò noſter Generalis ex aduerſo dici etiam atque proponi feciſſet, Quòd per defunctum inclitæ memoriæ Henricum huius nominis primum & vltimum Franciæ Regem prædeceſſorem noſtrum, dictum Monaſterium S. Martini de Campis in villa noſtra Pariſienſi fuerat fundatum, & in huiuſmodi fundatione, largitiones & donationes Monachis cœnabialiter viuentibus factæ extiterant. Quam quidem donationem inſequendo, Monachi dicti Monaſterii quæ ſibi donata fuerant, in Communi perceperant & inter ſe, in tali & tam magna charitate diſpertiti fuerant, quòd eandem alimoniam, minor eorumdem vſque ad maiorem perceperant, vnde murmura quæ Religioni communiter inſurgere videbantur, illo tempore ceſſauerant.

Sed ſucceſſu temporis, auaritia Prioris & Officiariorum dicti Monaſterii, & vt pauperes Religioſi libertatem peccandi, & ſua libita faciendi obtinerent, adminiſtratio inter ipſius Monaſterii Priorem & Officiarios pro obſeruantia Regulari, ſecundùm dictum Ordinem S. Benedicti neceſſarios, fuerat adeò diuiſa, quòd dictus Prior tres aut quatuor mille, Infirmarius verò ſexcentum libras, & Hoſpitalarius ſimilem ſummam capiebant: & pauperes Religioſi, profeſſi, Presbyteri, Officia non habentes, manebant nudi, & fa-

melici contra omnem fraternitatem & charitatem. Et propterea iſto tempore Domus dicti Monaſterii S. Martini viſa fuit Domus omnis iniquitatis & peccati: receptaculum pauperum & miſerabilium filiarum dictæ villæ noſtræ Pariſius, quouſque dicta Curia noſtra Sancto Spiritu in hoc illuminata, cognoſcens magnam & opulentam fundationem dictæ Domus, & deformitatem ibidem exiſtentem, quod Religioſi eiuſdem ſecundùm Ordinem S. Benedicti reformatè viuerent, ordinauerat.

Quamquidem Ordinationem inſequendo Epiſcopus Claromontenſis tunc Abbas Cluniaci, vocatis ſecum compluribus patribus in ſacra pagina Doctoribus, Reformationem zelantibus, fecerat de conſenſu omnium Religioſorum dicti Prioratus S. Martini certa Statuta, per quæ inter cætera Communitas erat introducta, conformis Regulæ S. Benedicti, ſecundùm quam omnia bona Prioratus & aliorum Officiorum pro Religione neceſſariorum, in Communi recipi & ſuper denariis pecunias pro ſubueniendo ad onera omnium Officiariorum per ipſam Regulam S. Benedicti in vera Religione introductorum, tradi debent. Quodquidem Statutum ſuper dicta Regula S. Benedicti captum, & per dictum Abbatem & Conuentum Clun. & etiam per Diffinitores Ordinis Clun. confirmatum, & deinde quatenus per huiuſmodi Reformationem, Fundatio dicti Monaſterii (quæ Regalis erat) fuiſſe immutata reperiri poſſet, per nos ſeu defunctum chariſſimum Dominum & conſanguineum prædeceſſorem noſtrum expreſsè approbatum, & huiuſmodi approbatione in prædicta Curia noſtra publicata, verificata, & regiſtrata, per dictum ſummum Pontificem etiam approbatum extiterat. A quo tempore inſequendo huiuſmodi Statutum in ipſo Monaſterio S. Martini talis Communitas fuerat obſeruata, & per quatuordecim annos continuata, Quod vſque ad præſens in ipſo Monaſterio, vbi anteà duodecim Religioſi aut tredecim ſolum degebant, ſeptuaginta aut octuaginta Religioſi reformati, vitam angelicam geſſerant & gerebant.

Et nihilominus ſæpedictus Defenſor ſuperuenerat, qui ſub vmbra cuiuſdam Prouiſionis Apoſtolicæ per eum obtentæ, clauſulam ſequentem gerentis videlicet, Ita tamen quòd tibi liceat de fructibus diſponere, ſicut & hi qui in Titulum tenent, fructus certarum terrarum, quas ad prælibatum Officium Hoſpitalarii eſſe deſtinatas prætendebat (abſque eos in Communi burſa prænotata ponendo) capere. Et hoc faciendo prædictam Communitatem eneruare, & conſequenter totam Reformationem ſæpè dictam violare conabatur. Quoniam ſi hoc facere dicto Stine Defenſori ſub vmbra dictæ prouiſionis Apoſtolicæ permitteretur, cæteri Officiarii ipſius ceruices erigere, & reſignationes facere, ac ſimiles Prouiſiones Apoſtolicas obtinere poſſent, in tantùm quod ſemota dicta Communitate, reuenuta pro duodecim Religioſos aut quatuordecim nutriendo non ſufficeret, & totum reſiduum dictorum Religioſorum, qui in huiuſmodi Monaſterio fuerant & erant recepti, in exilium poni conueniret.

Et ſuper hoc veniebat conſiderandum. Quòd ſi prælibata Curia noſtra, dum prædictum Monaſterium de malo, in perfectionem boni reduxerat, gloriam & meritum habuerat, niſi tamen nunc obuiaret & reſiſteret, demeritum pateretur, & in dedecus maius honore, quem in dicta Reformatione habuerat, laberetur. Nam impoſſibile erat dictam Reformationem ſtare; niſi vera Communitas totius proprietatis ſubſtantialis abdicatiua in Religione intertenéatur, & perfectè obſeruetur. Quæ debitè obſeruata in Religione omnem ambitionem, auaritiam & rancorem tollebat. Æqualitas enim ex Communitate procedebat, pacemque, amicitiam, & concordiam inter Fratres nutriebat. Sed ſi pro vna adminiſtratione alter ex dictis Religioſis, pecuniam ad eius libitum vſque ad ſuum deceſſum detentiuè poſſidebat, impoſſibile erat originem inuidiæ, ambitionis, auariciæ, & omnium malorum impediri. Cuius medio pro obſeruantia veræ Religionis, coniunctæ fundationi factæ per nos ſeu dictum prædeceſſorem noſtrum, qui intellexerat

rat quod dicti Religioſi Cœnobialiter id eſt in Communi viuerent, attento quod per donationes tàm per nos ſeu prædeceſſores noſtros quàm per particulares de terris, quibus ante prædictam Reformationem Hoſpitalarius dicti Monaſterii gaudebat, & prælibatus Stinc Defenſor de præſenti gaudere prætendebat, factas: conſtabat illas non Hoſpitalario, ſed Religioſis fuiſſe factas, ipſæ res ſic donatæ alicui contra voluntatem Donatoris appropriari nequibant. Sed attento quod donatio ex merâ liberalitate procedebat, verba, modos, & conditiones in huiuſmodi donatione appoſitos & appoſita ita obſeruari oportebat, quod pro illa non obſeruando dominium rerum donatarum in Donatorem retranſibat.

Nec obſtare poterat, dicere per iam dictum Defenſorem quod prædicta Reformatio introducta non erat benè neque debitè facta. Et quod ſi prælibati Actores bonum conſilium habuiſſent, Officia dicti Monaſterii beati Martini authoritate Apoſtolicâ ſupprimi feciſſent. Nam hoc dicere, malum pro Reformatione erat conſilium. Religioſi enim Ordinis S. Benedicti Regulæ ipſius Ordinis per ſedem Apoſtolicam confirmatæ, in qua præcepta infinita de Officio Hoſpitalarii, & aliis Officiis habebantur, dediti & aſcripti extabant: & ſi ſecundùm conſilium dicti Defenſoris ipſa Officia ſupprimerentur, omnia Capitula de huiuſmodi Officiis mentionem facientia, de dictâ Regulâ deleri oporteret. Quamquam ipſa Officia valde neceſſaria exiſtant. Nam Prior ſeu Abbas ſolus ad infirmos vacare, confeſſiones audire, eleemoſinas facere & recipere non valeret: & erat neceſſarium cum cæteris onera partiri. Et ſi dicta Communitas obſeruabatur, Officiarii dicti Monaſterii, qui anteà pro ad receptionem denariorum ſuis Officiis deſtinatorum vacando, onus ipſorum ſuorum Officiorum in Charitate conſiſtens, relinquebant. Omnia ad dicta ſua Officia neceſſaria habere ſecuri erant, & onus ſolùm diſtribuendi abſque labore, denarios proſequendi & recipiendi haberent, & eo modo omnia officia charitatis honeſtè exercerentur.

Nec etiam valebat dicere, Quòd fundatio dicti Monaſterii immutari potuerat, & quòd tractu temporis adminiſtratio eiuſdem Monaſterii fuerat ſecta & diuiſa, & hoc medio inferre quod illa Communitas ſubſtantialis ipſius Monaſterii etiam tractu temporis potuerat immutari. Quoniam ſi qua immutatio fuerat, illa per pactiones prohibitas (quarum principium notoriè fuerat erroneum) interuenerat, & tales pactiones, (faciendo Reformationem) potuerant per viam legis de facili eneruari.

Quare ex præmiſſis & aliis per ipſum Procuratorem noſtrum propoſitis & allegatis, concludendo petiiſſet & requiſiiſſet idem Procurator noſter, Quòd prænominato Stinc Defenſori inhibitiones de non capiendo neque percipiendo vllos fructus ex terris quas ad prælibatum Officium Hoſpitalarii deſtinatas eſſe prætendebat, fierent. Quinimò dicti fructus in Communi pro ad omnes neceſſitates dictæ Religionis ſubueniendo, ſecundùm tenorem Reformationis prænotatæ, & iuxta prædictas litteras, à nobis per iam dictos Actores impetratas ponerentur.

Supradicti verò Actores replicando ex aduerſo dicebant, Quòd prænominatus Stinc Defenſor ſolùm tendebat ad calumniandum Reformationem in prædicto Monaſterio S. Martini factam, & hoc faciendo errabat: & velle impugnare quod per tot notabiles perſonas ea quæ pro Reformatione dicti Monaſterii, & pro ſtatum Regularem obſeruari faciendo erant neceſſaria, cognoſcentes: fuerat deliberatum, & contrauenire dictæ ſanctiſſimæ & fructuoſiſſimæ Reformationi per nos, ſeu prædeceſſorem noſtrum, & demùm per dictum Summum Pontificem approbatæ, erat magna temeritas. Et eidem Defenſori ſuffragari non poterat, dicere per eum quòd Officia dicti Monaſterii abſque eorum ſuppreſſione, in Communi fuerant poſita, quoniam hoc non erat nouum, imò pro conſeruatione dictæ Reformationis, & vt Officiarii ad huiuſmodi Officia deputati, quòd omnia iuxta ſtatum Reformationis adminiſtrarentur, reſpectum ſemper haberent, fuerat & erat neceſſarium.

Nam Reformatio prædicta diu ſubſiſtere non poſſet, niſi eſſent Officiarii, dictum reſpectum habentes, ſi enim omnia ex ordinatione ſolius Prioris fierent, & poſteà Prior quoquomodo vicioſus aut negligens efficeretur, tota prædicta Reformatio in breui corrueret, quæ tamen dimittendo dictos Officiarios (qui in partem ſollicitudinis aſſumebantur) conſeruari poterat.

Dicto etiam Defenſori minùs ſuffragari poterat, dicere per eum quòd Officiarii ſine dote eſſe non valebant, quoniam Religioſo dotem præter victum, veſtitum, & meritum futuræ gloriæ, habere non licebat. Dictus etiam Prior S. Martini, nullam aliam dotem habere ſperabat. Quare eſſet extraneum quòd Officiarii inferiores reuenutam diſtinctam, & maiorem dotem haberent, quàm dictus Prior. Secundùm etiam inſtitutiones Regulæ S. Benedicti, Prior totum onus minimè habere, imò Officiarij, & præſertim Hoſpitalarius, qui hoſpitalitatem exerceat, deputari debebant. Et nihilominus omnia per huiuſmodi Regulam in Communi erant, nec reperiretur dotem pro Officiis dicti Monaſterii per fundatores eiuſdem aſſignatam fuiſſe. Donationes enim Religioſis ipſius Monaſterii in Communi factæ fuerant. Et ſi Prior & Officiarii inter ſe temporale & bona huiuſmodi Monaſterii diuiſerant, hoc per deformitatem & contra intentionem fundatorum fuerat. Et etiam Reformatio in dicto Monaſterio facta, nihil aliud erat quàm reductio ad priſtinum ſtatum, ſucceſſione temporis deprauatum. Et licet prænominatus le Feure prædeceſſor dicti Defenſoris non fuerit Reformatus, hoc tamen non fuerat neceſſarium, quia antè prædictam Reformationem erat prædicti Officii Hoſpitalarii ad vitam Commendatarius, & ſic eum ad faciendam ipſam Reformationem vocari non fuerat requiſitum, quæ tamen Reformatio maximè in præiudicium ſucceſſoris in Officio tenuerat. Dictus etiam le Feure prædeceſſor ipſius Deffenſoris ob eius antiquam ætatem fuerat toleratus, qui huiuſmodi Reformationem per reſignationem Officii dicti Hoſpitalarii non

impedire promiſerat. Et niſi de præſenti contra interpriſiam, quam ſæpè dictus Stinc Defenſor ſuper iam dicta Reformatione facere conabatur, prouideretur: alii Officiarii dicti Monaſterii ſua Officia ad vtilitatem Commendatariorum minimè Reformatorum reſignare poſſent. Quiquidem Commendatarii ad ſe fructus, quos ad ipſa ſua Officia fuiſſe deſtinata prætenderent, applicare vellent, & eo modo dicta Reformatio penitus aboleretur. Quia niſi reuenuta ipſorum Officiorum in Communi reciperetur, medietatem Religioſorum dicti Monaſterii, qui inibi Deo famulabantur, eiici conueniret, cùm reuenuta pro illos alimentando & intertenendo non ſufficeret. Dicta enim Curia noſtra in omnibus Reformationibus & maximè Monaſteriorum de Latiniaco & de Cagia, ſemper reuenutam Officiorum in Communi poſuerat. Et in caſu præſenti, ex reuenutâ dicti Officii Hoſpitalarii numerus Religioſorum dicti Monaſterii Beati Martini augeretur, & hoſpitalitas meliùs quàm anteà obſeruaretur. Ac ſicut ſuprà ipſi Actores concludebant.

Prænominato autem Stinc plura in contrarium replicante, & inter cætera dicente, Quòd non obſtantibus per iam dictos Actores & Procuratorem noſtrum deductis & allegatis ſub vmbrâ prædictæ Reformationis ius ipſius Defenſoris maximè attento eius Titulo Beneficiali, de quo per dictum ſummum Pontificem erat prouiſus, impediri, & eidem Defenſori adminiſtratio dicti ſui Beneficii, ſtante Titulo, auferri non poterant. Sed dictus titulus proût partes aduerſæ fuerant confeſſæ non erat ſuppreſſus, imò vt prius ſtabat. Quare Statutum, quo fructus dicti Beneficii in Communi poni cauebatur, ſubſiſtere non valebat. Repugnantiam enim continebat, & eius confirmationes per nos & dictum ſummum Pontificem factæ, de nihilo ſeruiebant, cùm huiuſmodi Statutum non eſſet confirmandum, & tales confirmationes in communi nihil addebant.

Nec obſtabat dicere per iamdictos Actores, quod ex pactione appoſita in fundatione dicti Monaſterii Officia eiuſ-

dem fuerant in Communi poſita, quia non fuerant ſuppreſſa, imò in eſſe ſuo manſerant: & ſic attento quod titulus remanſerat, de quo ipſe Defenſor prouiſus extabat, fructus de dicto beneficio contentioſo ſeparari non potuerant. Minùs etiam obſtare poterat dicere, quod à primâ fundatione dicti Monaſterii omnis reuenuta eiuſdem in Communi extabat, quoniam à quadringentis annis & vltra, quo dicta fundatio fuerat facta, illa per Priores & Religioſos dicti Monaſterii alterata extiterat, & Officiis ipſius Monaſterii & fructibus eorumdem in Titulo Officiarii ipſorum per tempus immemoriale gauiſi fuerant, & per talem gaudentiam & præſcriptionem, iura ſummi Pontificis & ſupremi Imperii etiam præſcriberentur. Dictum etiam Officium contentioſum exinde in titulo per complures adminiſtratores proprios tentum fuerat, ac denique ſicut ſupra concludente.

Super quibus dictis partibus ad plenum in earum litigato hinc inde auditis, dicta Curia noſtra partes ipſas ad quicquid vellent infrà triduum pro omni dilatione penes eam ponendum & producendum abſque contradictis, & ad conſilium tàm ſuper prouiſione quàm ſuper iam dictarum litterarum noſtrarum integratione, appunctaſſet, & nihilominus quod prænominatus Guilielmus Stinc Defenſor, de fructibus quos de Officio prætacto perciperet cautionem præſtaret, pro de illis per ipſam Curiam noſtram (vt deceret) ordinando, dicto litigato ad finem tàm prouiſionis quàm integrationis dictarum litterarum à nobis emanatarum, per dictas partes vltrò citróque ampliato, ordinaſſet.

Tandem viſis per ſæpè dictam Curiam noſtram prædictis litteris à nobis per ſupradictos Actores impetratis, litigato dictarum partium in ipſa decima octaua, decima nona, & viceſima diebus Decembris nouiſſimè lapſi, facto: conſenſu dicti Guilielmi le Flamen, & oblatione dicti Guilielmi Stinc in prædicto litigato contentis, prouiſione Apoſtolicâ per reſignationem dicti defuncti Ioannis le Feure de prædicto Hoſpitalarii Officio, poſt lecturam & publicatio-

nem litterarum patentium dicti defuncti chariſſimi Domini & conſanguinei prædeceſſoris noſtri Regis Ludouici nouiſſimi, ſuper intertenemento Reformationis prænotatæ in huiuſmodi Curiâ noſtra factam, prælibato Stinc facta, productionibus dictarum partium, certóque eiuſdem Curiæ noſtræ Arreſto interlocutorio, per quod eiſdem partibus ſuæ productiones fuerant communicatæ, contra quas ipſæ partes hinc inde proceſſum prædictum pro contradictis ampliauerunt, ac audito dicto Procuratore noſtro Generali, atque conſideratis conſiderandis, & quæ Curiam ipſam in hac parte mouere poterant aut debebant.

Præfata Curia noſtra per ſuum Areſtum prædictas litteras à nobis impetratas integrando, quod fructus, proficua, reuenutæ, & emolumenta prædicti Officii Hoſpitalariatus, inſequendo Reformationem prætactam in Communi ponentur, applicandi Burſæ communi dicti Monaſterii S. Martini de Campis, cum aliis bonis dicti Prioratus & Officiorum eiuſdem, ordinauit & ordinat, dictóque Stinc ne fructus vllos aut reuenutam dicti Officii Hoſpitalariatus capiat neque percipiat, nec etiam ſupradictos Actores in perceptione dictorum fructuum impediat, ſub pœna emendæ arbitrariæ: ad ipſius Curiæ noſtræ diſcretionem, inhibuit & inhibet, ipſum quoque Stinc ad eiſdem Actoribus fructus & reuenutam, per eum poſt decimam octauam diem Decembris vltimo decurſi captos & perceptos, ſi illi in natura exiſtant, ſin autem ſub æſtimatione communi reddendum & reſtituendum, & abſque expenſis, & ex cauſa, condemnauit atque condemnat.

In cuius rei teſtimonium præſentibus litteris noſtrum iuſſimus apponi ſigillum. Datum Pariſius in Parlamento noſtro ſexta die Aprilis, anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo ſexto, antè Paſcha, & Regni noſtri tertio. Et ſupra plicam, per Arreſtum Curiæ. Le Camus, & ſigillatum maiore ſigillo, cera crocea, ſub duplici cauda pergameni, & ſex minoribus ſigillis hinc inde pendentibus.

ALTERVM ARRESTVM EIVSDEM SENATVS pro Officio Hoſpitalariatus S. Martini de Campis, & Statutis eiuſdem Monaſterij.

FRanciſcus Dei gratia Francorum Rex. Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem. Notum facimus quod cum ſuper executione certi noſtræ Parlamenti Curiæ Arreſti, ad vtilitatem dilectorum noſtrorum, Religioſorum, Prioris, & Conuentus Eccleſiæ S. Martini de Campis Pariſius Actorum, & certarum literarum per eos à nobis obtentarum integrationem requirentium: contra Guilelmum Stinc, & Guilelmum le Flamen Religioſos Defenſores, ſexta die Aprilis, anno milleſimo quingenteſimo decimo ſexto antè Paſcha, lati: per quod dicta Curia noſtra prædictas literas à nobis impetratas integrando, quod fructus, proficua, reuenutæ, & emolumenta Officii Hoſtellariæ iamdicti Prioratus, inſequendo Reformationem eiuſdem in Communi ponerentur, applicandi Communi dicti Monaſterii S. Martini de Campis, cum aliis bonis eiuſdem Prioratus & Officiorum illius ordinauerat: dictóque Stinc ne vllos fructus aut reuenutam prædicti Officii Hoſtellariæ caperet neque perciperet, nec etiam ſupradictos Actores in perceptione dictorum fructuum impediret, ſub pœna emẽdæ arbitrariæ ad ipſius Curiæ noſtræ diſcretionem, inhibuerat: ipſum quoque Stinc ad eiſdem Actoribus fructus & reuenutam per eum poſt decimam octauam diem Decembris tunc vltimo decurſi, captos & perceptos: ſi illi in natura exiſterent, ſin autem ſub æſtimatione communi reddendum & reſtituendum, & abſque expenſis, & ex cauſa condemnauerat, coram altero ex dilectis & fidelibus noſtris in prædicta Curia noſtra Conſiliariis per eam ſuper dicti Areſti executione commiſſo & deputato, procedendo; conſtitutis ſupradictis Religioſis Priore & Conuentu S. Martini de Campis, in prædicta executionis Arreſti materia actori- An. 1519.

bus, & adhuc eiſdem Religioſis, Priore, & Conuentu dicti S. Martini de Campis, & præfato Guilelmo le Flamen, etiam Religioſo, integrationi certæ Requeſtæ per ante dictum Guilelmum Stinc vltima die Septembris anno 1517. ipſi Curiæ noſtræ præſentatæ Defenſoribus ex vna parte, & prædicto Guilelmo Stinc Religioſo, Magiſtro Hoſpitalis ſeu Domus Dei Pariſius in dicta materia executionis Arreſti Defenſore, ac prædictæ Requeſtæ per eum dictæ noſtræ Curiæ porrectæ integrationem requirente ex altera: vel earundem partium Procuratoribus, memorati Religioſi, Prior & Conuentus dicti S. Martini de Campis Actores, executionem prædicti Arreſti, & hoc faciendo, quod præfatus Guilel. Stinc Religioſus, Defenſor, ad eiſdem Actoribus fructus, proficua, reuenutas, emolumenta prædicti Officii Hoſtellariæ iamdicti Monaſterii S. Martini, cuius idem Stinc Defenſor ſe eſſe prouiſum dicebat ex poſt 18. diem menſis Decemb. dicto anno 1516. obuentos reddendum & reſtituendum, pro illos in Communi ponendo, & Burſæ communi eiuſdem Prioratus, cum cæteris bonis illius, ac aliorum Officiorum eiuſdem applicando, cogeretur & compelleretur, Præfatóque Stinc defenſiones ne aliquos fructus ſeu reuenutam prædicti Officii Hoſtellariæ caperet aut perciperet, nec ipſos Actores in dictorum fructuum perceptione impediret, ſub pœnis in dicto Arreſto contentis, fierent, Pariterque quòd idem Stinc ad eiſdem Actoribus fructus & reuenutas per eum ex poſt prædictam 18. diem dicti menſis Decembris, anno prædicto 1516. captos & perceptos, ſi illi in rerum natura extarent: ſin autem illorum iuſtum valorem & æſtimationem, reddendum & reſtituendum, necnon iamdictis Actoribus omnes & ſingulas literas, Titulos, papiros cenſuales, Compotos, & alia documenta, de prædicti Officii Hoſtellariæ reuenutâ mentionem facientes, tradendum & deliberandum, pro illos ſi opus eſſet, in dictæ Eccleſiæ Theſauro & Archiuis ad illorum conſeruationem ponendo, ac etiam pro eiuſdem Officii fructus & reuenutas recipiendo & leuando, etiam cogeretur

geretur & compelleretur, & in eorundem Actorum expenſis, damno, & intereſſe idem Stinc condamnaretur: petiiſſent & requiſiiſſent. Memorato autem Stinc vt executioni prædicti Arreſti Defenſore ad huiuſmodi executionem defendendo, quod per Arreſtum eiuſdem Curiæ noſtræ, de cuius executione vertebatur quæſtio, prædictum Officium ſeu Beneficium Hoſtellariæ prædicti Monaſterii S. Martini de Campis ſibi amotum non fuerat; quinimò ipſe illius verus Titularius & canonicus remanſerat. Ob quod rationi congruum extabat, attento ſuo Titulo, quod ipſe in fructibus & reuenutâ prædicti Officii ſeu Beneficii Hoſtellariæ particeps foret: ſaltem quod ipſe portionem competentem, canonicam & rationabilem, ſuper iamdictis fructibus & reuenutâ eiuſdem Officii haberet, dicente. Et idcirco dictæ ſuæ requeſtæ integrationem requirendo, quod ad prædicti Arreſti executionem procedendo, & ſuas defenſiones contra eam proponendo, ſibi prouiſionem prædictam in quantùm dictam canonicam portionem tangebat, ſuper iamdicti Officii Hoſtellariæ fructibus & reuenutâ, aut aliam talem prouiſionem quæ rationis eſſet, fieri: & quod ad prædicti Areſti executionem nullimè procederetur, niſi eodem medio prædicta prouiſio ſibi fieret, expenſas petendo: requirente.

Super quibus dictis partibus auditis, præfatus Conſiliarius noſter, dicti Arreſti executor, partes prædictas ad per aduertiſſamenta ſcribendum & illis reſpondendum, necnon ad quicquid eis bonum videretur apud eum ponendum & producendum, & in iure pro ſuper hoc ordinando: aut ſuum rapportum ipſi Curiæ noſtræ faciendo, apunctuaſſet.

Tandem viſis per iamdictam Curiam noſtram Areſto prænotato, inter præfatos Religioſos, Priorem, & Conuentum dicti S. Martini de Campis, le Flamen, & Stinc, dicta ſexta die Aprilis, anno milleſimo quingenteſimo decimo ſexto, ante Paſcha dato, aduertiſſamentis, reſponſionibus iamdictorum Religioſorum, Prioris, & Conuentus, & Stinc, & quod pro aduertiſſamento præfatus le Flamen il-

lud prædictorum de S. Martino impliauit, & cæteris prædictas partes apud dicti Areſti executorem poſitis & productis vnà cum appunctamentis ius audiendi eius relatione audita, atque conſideratis conſiderandis, & quæ Curiam ipſam in hac parte mouere poterant aut debebant.

Præfata Curia noſtra per ſuum Arreſtum, quod iamdictus Stinc ad prædictis Religioſis Priori & Conuentui dicti S. Martini de Campis Pariſius, fructus, proficua, reuenutas, & emolumenta per eum de prædicto Officio Hoſtellariæ, & poſt decimam octauam diem Decembris milleſimo quingenteſimo decimo ſexto captos & perceptos, ſi illi in natura exiſtant: ſin autem, illorum iuſtum valorem, ſub æſtimatione communi, dictum Arreſtum in ſequendo, reddendum & reſtituendum, & vlteriùs ad eis omnes & ſingulas litteras, Titulos, papiros cenſuales, compotos, & alia documenta quos apud ſe habet, de eiuſdem Officii reuenuta mentionem facientes, tradendum & deliberandum, pro illos in Communi cum cæteris iamdicti Prioratus, & Officiorum eiuſdem bonis, ponendo: omnibus viis & modis debitis & rationabilibus compelletur, eundem ab integratione prædictæ ſuæ requeſtæ depellendo, & abſque expenſis, & ex cauſa: ordinauit & ordinat.

In cuius rei teſtimonium, noſtrum præſentibus litteris iuſſimus apponi ſigillum. Datum Pariſius in Parlamento noſtro viceſima die Februarii, anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo nono, & Regni noſtri ſexto.

LETTRES DE CONFIRMATION ET approbation des Statuts du Prieuré de S. Martin des Champs: du Roy François premier de ce nom, 1530. au mois de Mars.

An. 1530. FRançois par la grace de Dieu Roy de France, Sçauoir faiſons à tous preſens & à venir. Nous auoir receuë l'humble ſupplication de nos bien amez & deuots Orateurs

les Religieux Prieur & Conuent de l'Egliſe & Monaſtere S. Martin des Champs à Paris de l'Ordre de Cluny, Contenant que ledit Monaſtere, & autres membres dependans d'iceluy, ſont de l'ancienne fondation de nos predeceſſeurs, leſquels pour l'entretenement d'eux & de leurs Egliſes, & affin d'y viure dés lors à touſiours regulierement & en Commun, les fonderent & doterent de pluſieurs heritages, rentes, reuenus, & autres biens temporels Suiuant laquelle fondation leſdits ſupplians, & Prieurez Conuentuels dudit Prieuré S. Martin, ont depuis par long temps veſcu regulierement en Commun, à vne ſeule Bourſe & deſpence. Toutesfois par ſucceſſion de temps, par la faute & negligence d'aucuns leurs predeceſſeurs ils diſcontinuerent viure en Commun & reguliere obſeruance ainſi qu'ils eſtoient tenus & obligez faire ſelon leur Reigle, Ordre, & fondation: Ains en y contreuenant veſquirent par quelque eſpace de temps diuiſément & partiallement, comme proprietaires & à leur volonté, ſans auoir regard à leur Profeſſion, premiere inſtitution & fondation, ne au grand ſcandalle qui en aduenoit à icelle Religion, ne pareillement aux reparations qui eſtoient neceſſaires à leurs Egliſes & Conuents, qui tomboient en grand ruine & decadence.

Quoy voyant par feu Iacques d'Amboiſe, en ſon viuant Eueſque de Clermont, & Abbé dudit Cluny. Pour la bonne Charité & deuotion qu'il auoit touſiours eu audit Ordre, Reigle, & Religion, & afin de pourueoir de tout ſon pouuoir à la Reformation deſdits Religieux non reformez. Dés l'an mil cinq cens, en reformant leſdits ſupplians, oſta & abolit leſdites partialitez & manieres de viure en particulier, comme odieuſe & de mauuais exemple: Reduiſit & remit iceux ſupplians, leurs Officiers & Suppoſts, à leur premiere fondation & obſeruance Reguliere, ou ils ont touſiours depuis veſcu, comme encores ſont, en Commun, à vne ſeule Bource & deſpence. A l'occaſion dequoy ledit Prieure de S. Martin des Champs a touſiours deſpuis

flory de plus en plus. Et ont fait, & font iceux ſupplians, de grandes hoſpitalitez & aumoſnes par chacun iour, auec pluſieurs belles grandes reparations neceſſaires en leur Egliſe, en laquelle ils font continuellement le ſeruice diuin ſolemnellement en grande deuotion. Et pour plus grande ſeureté, & à ce que la deſſuſdite reformation demouraſt perpetuellement ferme, perdurable & en ſon entier : ledit feu Abbé de Cluny, en enſuiuant leur Ordre, Reigle, & Profeſſion, à l'intention de nos predeceſſeurs Roys, fit deſlors pluſieurs Statuts & Ordonnances, leſquels Statuts & Ordonnances ont en plain Chapitre dudit Cluny, & par les Diffiniteurs de l'Ordre eſté approuuez & ratiffiez, & par leſdits ſupplians acceptez : Et encores pour plus grande approbation, ont eſté confirmez par noſtre S. Pere le Pape, conſentis & accordez par Lettres Patentes de feu noſtre tres-cher Seigneur & beau-pere le Roy Louys dernier decedé, que Dieu abſolue, leuës, publiees, & enregiſtrees en noſtre Cour, ouy ſur ce noſtre Procureur General.

Suiuant leſquels Statuts tous les Religieux, Prieur, Officiers, & Conuent dudit Monaſtere S. Martin des Champs, & autres Prieurez Conuentuels deſpendans dudit Monaſtere, C'eſt à ſçauoir Noſtre Dame de Gournay ſur Marne, & S. Nicolas d'Acy les Senlis, ont touſiours depuis la Reformation en iceux Monaſteres introduite, veſcu Reguliere ment & en Commun, fait profeſſion expreſſe de viure ſelon iceux. Toutesfois pour ce que leſdits Statuts & approbation d'iceux ſont faits ſpeciallement pour leſdits Religieux, Prieur, Officiers, & Conuent dudit S. Martin des Champs ſupplians: Nous ont leſdits ſupplians humblement fait ſupplier & requerir, Qu'attendu que les membres dudit Prieuré S. Martin des Champs ſont de la fondation de nous & nos predeceſſeurs, comme eſt ledit Monaſtere S. Martin, & ſans faire mention des membres deſpendans dudit Prieuré S. Martin, combien qu'il ſe doiue entendre, & n'y ait raiſon de diuerſité plus en l'vn qu'en l'autre, ains au contraire ſe doiuent les membres conformer & ſuiuir le

Chef, leur octroyer nos lettres d'approbation deſdits Statuts, pour iceux eſtre gardez & obſeruez en tous les Prieurez Conuentuels deſpendans dudit Monaſtere S. Martin. Et meſmes aux Prieurez de Gournay & S. Nicolas d'Acy, deſſus declarez.

Pourquoy nous ces choſes conſiderees, qui ſommes protecteurs & garde de toutes bonnes Reformations des Egliſes de noſtre Royaume, meſmement de celles qui ſont de fondation de nos predeceſſeurs & de nous, deſirans auſſi les membres deſpendans dudit S. Martin, & meſmes iceux Prieurez de Gournay, & ſainct Nicolas d'Acy, eſtre entretenus comme le Monaſtere S. Martin, & les Religieux d'iceux membres viure ſelon leur Reigle & Ordre en Commun iuxte la fondation & intention de nos predeceſſeurs Roys.

Apres ce qu'auons fait voir par les gens de noſtre Conſeil leſdits Statuts, Articles, Ordonnances, & approbation d'iceux, en ſur ce leur aduis. Pour ces cauſes & autres à ce nous mouuans, & que ſoyons participans es Prieres & Oraiſons deſdits ſupplians.

Nous leſdits Articles, Statuts, Ordonnances & approbations deſſuſdites, auons loüez & aggreez, conſentis & accordez, & par la teneur de ces preſentes loüons & aggreons, conſentons, & accordons, de noſtre grace, pleine puiſſance, & authorité Royalle, voulons, conſentons, & nous plaiſt. Que d'oreſnauant, perpetuellement, & à touſiours ils ſoient gardez, tenus, entretenus & obſeruez en ladite Egliſe S. Martin des Champs, de point en point ſelon leur forme & teneur inuiolablement, & ſans enfraindre, tant par leſdits Religieux, Prieur, Officiers, & Conuent S. Martin des Champs ſupplians: que leurs ſucceſſeurs eſdits Conuent & Egliſe S. Martin. Et auſſi eſdits Prieurez de Gournay, & S. Nicolas d'Acy, Conuentuels, & aux autres Conuentuels membres deſpendans dudit Prieuré S. Martin des Champs.

Si donnons en mandement par ceſdites preſentes à nos

amez & feaux Conſeillers les gens tenans noſtre Cour de Parlement à Paris, Preuoſt dudit Paris ou ſon Lieutenant, & à tous nos autres Iuſticiers, ou à leurs Lieutenans preſens & à venir, & à chacun d'eux ſi comme à luy appartiendra. Que de nos preſens, vouloir, conſentement, & de tout le contenu en ceſdites preſentes, ils faſſent, ſouffrent & laiſſent leſdits ſupplians, leurſdits ſucceſſeurs Religieux, Prieur, Officiers, & Conuent de ladite Egliſe & Monaſtere S. Martin des Champs, & autres Prieurez Conuentuels dependans d'iceluy, iouyr, & vſer plainement, paiſiblement, & perpetuellement. Et leſdits Statuts, Ordonnances, & Articles, faſſent comme dit eſt, garder, tenir, entretenir, & accomplir de point en point, ſelon leur forme & teneur. En contraignant à ce faire & ſouffrir tous ceux qu'il appartiendra, & que pour ce ſeront à contraindre, reaument & de fait. Meſmement leſdits ſupplians, leurs ſucceſſeurs, Religieux, Prieur, Officiers & Conuent dudit S. Martin, & les Religieux, Prieurs, Officiers & Conuents deſdits Prieurez Conuentuels, membres dependans dudit Prieuré S. Martin. Et y viure en Commun & obſeruance Reguliere ſelon iceux Articles, Statuts, & Ordonnances, par prinſe de leur temporel, & par toutes autres voyes & manieres deuës & raiſonnables, en leur donnant pouuoir faire quand il appartiendra, ayde, port, faueur, conſeil, & main forte, ſi meſtier eſt. Car ainſi nous plaiſt-il eſtre fait. Et afin que ce ſoit choſe ferme & ſtable à touſiours, Nous auons fait mettre noſtre ſceel à ceſdites preſentes, ſauf en toutes autres choſes noſtre droit, & l'autruy. Donné à Paris au mois de Mars l'an de grace 1530. auant Paſques, & de noſtre regne le dixſeptieſme.

LEONIS X. SVMMI PONT. SVPER dictis Statutis, Bulla, eiuſdemque per Officialem Pariſienſem publicatio.

VNiuerſis præſentes literas, ſeu præſens publicum Inſtrumentum inſpecturis. Officialis Pariſienſis Iudex ſeu Commiſſarius in hac parte, vna cum quibuſdam alijs noſtris in hac parte Collegis, cum illa clauſula. Quatenus ipſi vel duo, aut vnus eorum, per ſe vel alium, ſeu alios, à Sancta ſede Apoſtolica, quoad infra ſcripta ſpecialiter deputatus, ſalutem in Domino & præſentibus dare fidem.

Ne poſt obtenta priuilegia vel auctentica alia documenta, propter vetuſtatem, viarum periculoſa diſcrimina, aut aliàs facultas probandi deperiret, Conditores iurium debitè de remedio prouiderunt, vt eis authoritate Iudicis ordinarii, vel ab eo delegati, ſolemniter exemplarium exemplo ſeu tranſſumpto huiuſmodi, fides vt Originali debeat adhiberi.

Accedens igitur ad præſentiam noſtram annò Domini milleſimo quingenteſimo decimo ſexto, Indictione quinta, die verò Martis in octauis Hyemalis S. Martini, decima octaua menſis Nouembris, Pontificatus Sanctiſſ. in Christo Patris & Domini noſtri, Domini Leonis diuina prouidentia Papæ decimi, anno quarto, circa horam tertiam poſt meridiem, nobis Officiali tunc in Capitulo Prioratus Conuentualis S. Martini de Campis, Pariſius exiſtente, congregato ibidem Religioſorum tàm Clericorum, Nouiciorum, quàm Conuerſorum eiuſdem Prioratus, inferiùs deſcriptorum, ad ſonum Campanæ congregatorum, ac etiam nonnullorum ſæcularium aliquo numero: Vir venerabilis atque deuotus Religioſus Frater Stephanus Gentils Prior eiuſdem Prioratus S. Martini, tàm pro ſe, quàm pro nomine dicti Conuentus (vt dicebat) quaſdam litteras Apoſtolicas eiuſdem Domini noſtri Papæ, eius vera bulla

plumbæa, cum filis ſericeis, rubei crocæique colorum, more ſolito Curiæ Romanæ bullatas & plumbatas, ſanas, & integras, omnique vicio & ſuſpicione carentes exhibuit, oſtendit, & præſentauit. In quibus dicebat teneri quædam Statuta, Ordinationes, & Priuilegia, dicto Priori authoritate Apoſtolica conceſſa, petens eapropter & requirens Statuta & Ordinationes ac Priuilegia huiuſmodi, in eodem Prioratu & membris ab eo dependentibus, ſub certis cenſuris & pœnis obſeruari.

Et cum hoc ex eo quod dictæ litteræ Apoſtolicæ non valeant commodè (ſicut dicebat) per ſingula quæque loca, ad ſingulos actus, ad quos & in quibus ſibi, & aliis quorum intereſt, neceſſarium forſan exiſteret exhiberi & deferri, ipſas litteras ad opus ipſum in dicto Capitulo publicaremus, ſeu publicari faceremus, eáſque ad perpetuam rei memoriam tranſcribi & tranſſumi mandaremus, & tranſſumptum ipſarum in formam publicam redigi, ſigillique Curiæ Pariſien. prædictæ roborari decerneremus, earum quoque tranſſumpto, noſtris authoritate & decreto interuenientibus, fidem plenariam adhiberi in iudicio & extrà, ſicuti in Originalibus litteris ante dictis. Cuius quidem Domni Prioris ſupplicationi ſeu requeſtæ, tamquam iuri & rationi conſonæ fauorabiliter annuentes, Nos Officialis præfatus, prædictas litteras Apoſtolicas cum ea qua decuit reuerentia, accepiſſe noueritis, ſub hac verborum forma.

Leo Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Apoſtolicæ nobis (meritis licet imparibus) deſuper iniunctæ ſeruitutis officium nos admonet & inducit; vt circa ea quæ pro fœlici ſtatu, & ſalubri directione Monaſteriorum, & aliorum locorum quorumlibet, ac perſonarum in illis, ſub Religionis iugo Domino famulantium, etiam ad diuini cultus perſeuerantiam, opportuna fore conſpicimus: operoſis ſtudiis iugiter intendamus, ac his quæ propter ea proceſſiſſe dicuntur, vt illibata perſiſtant: libenter cum à nobis petitur Apoſtolici muniminis præſidium, propenſiùs impartiamur.

Sanè

Sanè pro parte dilectorum filiorum Prioris, & Conuentus Prioratus S. Martini de Campis Pariſien. Clun. Ordinis, nobis nuper exhibita petitio continebat. Quòd nuper cùm dictus Prioratus, qui à Monaſterio Clun. Matiſcon. Diœceſis ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinente, dependet, & cuius perſonæ à primœua obſeruantia, & antiquo viuendi modo exciderant, per venerabilem fratrem noſtrum Iacobum, Epiſcopum Claromontenſem, tunc dicti Monaſterij Abbatem, reformatus fuiſſet, præfatus Iacobus Epiſcopus, tunc Abbas, pro huiuſmodi reformatione, & regularis obſeruantiæ in dicto Prioratu conſeruatione, nonnulla Statuta & Ordinationes iuxta Regulam S. Benedicti, & Regularia Inſtituta dicti Clun. Ordinis: ac præfati Prioratus fundationem, & antiquam illius obſeruantiam, de conſenſu ipſorum Prioris & Conuentus fecit, & edidit: & deinde Capitulum generale, & ſucceſſiuè tunc Diffinitores eiuſdem Ordinis, Statuta & Ordinationes prædictas approbarunt, & confirmarunt, proût in eiſdem Statutis & conſuetudinibus, ac ſuper confirmatione & approbatione prædictis, Capituli & Diffinitorum prædictorum reſpectiuè confectis litteris, quæ diligenter examinari, & illorum tenores de verbo ad verbum, ſignis & caracteribus omiſſis, præſentibus inſeri fecimus, plenius continetur.

Quare pro parte Prioris & Conuentus prædictorum, aſſerentium retroactis temporibus in præfato Prioratu & illius membris in Miſſarum & diuinorum Officiorum celebratione tot additiones & mutationes, vltrà & præter ac contra antiqua dicti Ordinis Inſtituta, ac Prioratus & prædictorum membrorum fundationem, ſucceſſiuè factas fuiſſe, quòd Officium ipſum longè à primæua eius inſtitutione alteratum & immutatum, ac difficile & quaſi impoſſibile exiſtit tàm prolixum Officium tractim & deuotè, vt decet, cantare & exoluere, ac cum hoc Regularis diſciplinæ obſeruantiam, inſtitutionem, ceremonias, & onera adimplere: nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt Statutis & Ordi-

nationibus prædictis, pro illorum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adducere, ac aliàs pro fœlici ac ſalubri ſtatu dicti Prioratus, in præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui Monaſteriorum, Regularium locorum omnium, ac in illis Domino famulantium perſonarum ſalubrem ſtatum, & regularis obſeruantiæ conſeruationem & augmentum, ſinceris deſideramus affectibus, Priorem & Conuentum præfatos, ac eorum ſingulos, à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Sententiis Eccleſiaſticis, cenſuris, & pœnis, à iure vel ab homine, quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Statuta & Ordinationes prædictas, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium approbamus & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & firmiter obſeruari debere decernimus, ſupplentes omnes & ſingulos deffectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem: & inſuper ne ex Religioſorum reformatorum tranſlatione, vel non reformatorum introductione, ſeu commixtione vel penuria, huiuſmodi reformationem labefieri, aut deficere contingat, authoritate & tenore prædictis.

Statuimus & ordinamus, quod Religioſi & Nouicii dicti Prioratus ſic reformati, ſub huiuſmodi reformatione benè viuentes, indè amoueri vel extrahi, ſeu de loco ad locum transferri, vel non reformati inibi poni aut introduci, etiam per Abbatem dicti Monaſterii Clun. pro tempore exiſtentem, qui (ſicut accepimus) dicti Prioratus Ordinarius Collator & Superior exiſtit, aut per quamcumque perſonam, quauis authoritate fulgentem, ſine conſenſu Prioris, & Conuentus prædictorum, nullatenus poſſint, niſi per Priorem præfatum, & pro reformatione membrorum Prioratus huiuſmodi, ac obſeruantiæ regularis conſeruatione dumtaxat.

Quo caſu Prior dicti Prioratus pro tempore exiſtens dictos Religioſos de loco ad locum transferre, & tranſlatorum loco alios ponere, & ſubrogare, ad nutumque ſuum reuocare, ac in Prioratu & membris prædictis quoſcúmque Clericos ad profeſſionem expreſſam ſecundùm Regularia Inſtituta dicti Ordinis admittere, & recipere, nulla ſuper hoc ab ipſo Abbate Clun. petita licentia, necnon quotiens oportunum fuerit, quæcumque Ornamenta Eccleſiaſtica benedicere poſſit & valeat.

Quocirca dilectis filiis Pariſienſi, Meldenſi, ac Siluanectenſi Officialibus per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe vel alium, ſeu alios, præſentes litteras & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte Prioris & Conuentus prædictorum fuerint ſuper hoc requiſiti, ſolemniter publicantes, ac eis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra, Statuta & Ordinationes prædictas, iuxta illorum tenorem firmiter obſeruari, Non permittentes Priorem pro tempore exiſtentem, & Conuentum præfatos, contra eorumdem Statutorum ac Ordinationum tenorem, per dictum Abbatem pro tempore exiſtentem, ſeu quoſcúmque alios, quomodolibet indebitè moleſtari, necnon reſecatis reſecandis, & mutatis mutandis, Officium diurnum & nocturnum, ac Miſſarum & aliorum diuinorum Officiorum huiuſmodi, ſecundum primæuam dicti Ordinis Inſtitutionem, & Prioratus & membrorum prædictorum fundationem ordinent & redigant, & in priſtinum, ac eum in quo antè additiones & commutationes huiuſmodi erat, aut alium conuenientem Regularem ſtatum & ritum, iuxta Regularia inſtituta præfati Ordinis, reponant. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Nonobſtantibus Ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſterii, Prioratus, & Ordinis prædictorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quâuis firmitate aliâ roboratis, Statutis, & conſuetudinibus, necnon quibuſuis priui-

legiis & indultis, Monaſterio, & illius Abbati pro tempore exiſtenti, ac Prioratui & Ordini prædictis, ſub quibuſcúmque tenoribus & formis conceſſis, quomodolibet forſan contrariis, quibus tenores illorum ac ſi verbo ad verbum inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus contrariis quibuſcúmque, aut ſi præfato Abbati vel quibuſuis aliis, communiter vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de Verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Habentur ſuprà litteris omnelegationis Ludouici 12.

Tenores verò Statutorum & Ordinationum, ac litterarum prædictarum ſequuntur & ſunt tales. Hæc ſunt Statuta & ordinationes factæ & inſtitutæ pro Reformatione Monaſterii S. Martini de Campis, &c.

Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, decreti, ſuppletionis, Statuti, ordinationis, mandati, & derogationis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millefimo quingenteſimo decimo ſexto, decimo ſexto Calendas Octobris, Pontificatus noſtri anno quarto, Signatum Bembus, & ſuprà plicam.. Ioannes Cheminart, & à tergo, Regiſtrata apud me Bembum..

Poſt quarumquidem litterarum præſentationem & receptionem, ac lecturam ipſarum de verbo ad verbum palam & publicè in dicto Capitulo Prioratus Sancti Martini, & per Notarium publicum ſubſignatum etiam Curiæ noſtræ Pariſienſis. iuratum, de mandato noſtro factas: Monuimus omnes & ſingulos dicti Prioratus Religioſos, quatenus Statuta & Ordinationes ac cætera omnia & ſingula in præinſertis litteris Apoſtolicis contenta, obſeruent & cuſtodiant,

& quantum in eis erit, ab aliis faciant obſeruari. Declarantes inſequendo dicta Statuta & Ordinationes, atque Statutum præfati Domini noſtri Papæ, Quod Religioſi & Nouicii dicti Prioratus ſic reformati, ſub dicta reformatione benè viuentes, indè amoueri vel extrahi, ſeu de loco ad locum transferri, vel non reformati ibidem poni aut introduci, etiam per Abbatem dicti Monaſterii Clun. pro tempore exiſtentem, qui (ſicut fertur) dicti Prioratus Ordinarius Collator exiſtit & Superior, aut per quamcumque perſonam, quauis authoritate fulgentem, ſine conſenſu ipſorum Prioris & Conuentus, nullatenus poſſe, niſi per Priorem dicti Prioratus, & pro Reformatione membrorum Prioratus huiuſmodi, ac obſeruantiæ regularis conſeruatione duntaxat.

Quo caſu, Prior dicti Prioratus, qui pro tempore erit, dictos Religioſos de loco ad locum transferre, & tranſlatorum loco alios ponere & ſubrogare, & ad nutum ſuum reuocare, ac in Prioratu & membris prædictis quoſcunque Clericos ad profeſſionem expreſſam ſecundum Regularia Inſtituta dicti Ordinis admittere ac recipere, nullâ ſuper hoc ab ipſo Abbate Clun. petitâ licentiâ, necnon quotiens opportunum fuerit, quæcumque Ornamenta Eccleſiaſtica benedicere poſſe & debere: iure Reuerendi Patris Domini Epiſcopi Pariſienſis in omnibus & per omnia ſaluo.

Et quia ipſas litteras Apoſtolicas, ſanas & integras, omnique vicio & ſiniſtra ſuſpicione carentes inuenimus, & verâ Bullâ plumbeâ ipſius Domini Leonis Papæ decimi moderni bullatas, vt primâ facie apparebat, litteras ipſas de verbo ad verbum tranſcribi, publicari, exemplari, & collationari per Notarium publicum, præſentibus teſtibus infrà ſcriptis, in hanc formam publicam redigi mandauimus, ipſiſque litteris exemplatis, publicatis, tranſcriptis, & collationatis, nos Exemplari ſeu tranſcripto aut tranſſumpto huiuſmodi, noſtram tàm Apoſtolicam quàm ordinariam & iuridiciariam authoritatem interpoſuimus & interponimus pariter & decretum. Volentes & decernentes te-

nore præſentium de cætero, huiuſmodi tranſcripto ſeu tranſſumpto ipſarum litterarum Apoſtolicarum, in omnibus & per omnia, fidem plenariam adhiberi debere, & fore adhibendam in iudicio & extrà, ſicut in Originalibus litteris antè dictis, ipſaſque litteras antedictas eandem vim & eundem vigorem obtinere perpetuò & habere, ſicut ipſæ litteræ Originales ſi in iudicio forent exhibitæ & oſtenſæ.

In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum, præſentes litteras, ſiue præſens publicum Inſtrumentum, per prædictum Notarium publicum, Curiæ etiam noſtræ iuratum, exinde confici ac ſubſcribi, & ſigillo Curiæ noſtræ Pariſien. atque noſtro Signeto ſigillari iuſſimus & mandauimus. Datum & actum in dicto Capitulo S. Martini, anno, indictione, menſe, die & Pontificatu prædictis.

Nomina autem Religioſorum, qui publicationi præinſertarum litterarum Apoſtolicarum interfuerunt, ſunt hæc, Dominus Stephanus Gentilz Prior, Richardus le Moyne Subprior, Michael Goupil Cellerarius, Bertrandus de Laſſus Socius in ordine, Germanus Nicolas Prior de Roynuilla, & Subſacriſta, Claudius Belle Cantor, Petrus Tretien Sub-hoſtellarius, Ioannes Larcher, Hugo Perdriel, Robertus de Cultura, Petrus Pointe Magiſter Nouiciorum, Ludouicus Pion, Symon Laurens, Ludouicus de Praſt, Carolus Loyſon, Martinus Oger, Carolus Militis, Iacobus Boyenual, Rolandus de Balz, Guillelmus Flamen Hoſpitalarius, Nicolaus de Campis, Dionyſius Rebours, Iacobus Carmeau, Anthonius Taillefer, Robertus Gouſſet, Petrus Rabet, Petrus Beguin, Nicolaus Langloys, Carolus le Borgne, Stephanus Bellard, Reginaldus Guillet, Egidius Raunart, Blaſius Carreau, Hieronymus Gaudefroy, Petrus du Boys, Franciſcus Guimond, Ioannes Remund, Ioannes Ialoux, omnes iſti ſupra dicti Presbyteri.

Nicolaus Denys, Renatus Brinaut, Franciſcus Boucher, Nicolaus du Vigneau, Natalis Bourgeoys, Thomas Villain, Petrus Caignet, Anthonius le Cointe, Ioannes Lan-

gloys, Franciſcus de Laſſus, Robertus Boiſſon, Renatus Barbeau, Michael Coignet, Adrianus le Liéure, Blaſius Gentils, Ioannes Machault, Egidius Broutefauge, Eduardus de Franchiſia, Anthonius de Bethune, Ioannes Girard. Omnes ſupradicti Nouicii.

Frater Michael Bruneau, Guillelmus Mailly, Ioannes de Nuc, Rogerius le Feure, Petrus Bruneau, Stephanus Colombel, Nicolaus de Launoy, Ioannes Vaudin, Hugo Flacher, Ambroſius Moullon, Aymondus Boiſier, Guillelmus Mercier. Omnes ipſi ſupradicti Conuerſi.

Præſentibus ibidem honorabili & circunſpecto viro, Magiſtro Rogerio Barmes, Aduocato Regio in ſua ſuprema Parlamenti Curia Pariſienſi, Dominis & Magiſtris Ioanne Morelot Secretario Regio, Ioanne du Moulin, Oliuerio de Fontenay, Ioanne Vaultier, in Caſtello Pariſienſi Procuratoribus, & Magiſtris Petro Richeuillain, & Martiali Voiſin Presbytero Curato de Conflantio, eiuſdem Monaſt. Secretario, ac negotiorum eiuſdem Domus geſtoribus. In præſentia quorum, ſuprà ſcripta Domini noſtri Papæ Bulla ad Originale de verbo ad verbum collationata fuit, omnibus & ſingulis teſtibus ad præmiſſa reſpectiuè vocatis atque rogatis.

Et ego Andreas Riboteau Presbyter Pictauenſis Diœceſis, Baccalarius in Decretis, publicus Apoſtolica & Imperiali authoritatibus, Curiarúmque conſeruationis priuilegiorum Apoſtolicorum ſtudii famoſæ Vniuerſitatis, ac Epiſcopalis Pariſienſis Notarius Iuratus, quia præinſertarum litterarum Apoſtolicarum præſentationi, receptioni, publicationi, monitioni, decreto, & earumdem collationi, cæteriſque præmiſſis dum ſic dicerentur, agerentur, & fierent, vnà cum prænominatis teſtibus præſens fui, eaque ſic fieri vidi, ſciui, & audiui. Idcirco huic præſenti publico inſtrumento, manu alterius fideliter ſcripto, Signum meum publicum appoſui conſuetum, in fidem & teſtimonium veritatis præmiſſorum requiſitus & rogatus, Sic ſignatum, Riboteau.

PAVLI TERTII SVMMI PONT. SVPER dictis Statutis, Bulla, eiuſdemque per Officialem Pariſienſem publicatio.

ADrianus Tabary in Iuribus licentiatus, Officialis & Canonicus Pariſienſis, Iudex & executor in hac parte, vnà cum quibuſdam aliis noſtris in hac parte Collegis, cum illâ clauſulâ. Quatenus ipſi vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, &c. à Sanctiſſimo in Chriſto Patre & Domino noſtro, Domino Paulo Papa tertio, & moderno, per litteras Apoſtolicas eiuſdem Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ, de, & ſuper approbatione & confirmatione Statutorum & Ordinationum, pro Reformatione regularis obſeruantiæ in Prioratu S. Martini de Campis Pariſienſis Ordinis Cluniacen. membro à Monaſterio Cluniacen. Matiſcon. Diocceſis, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinente, immediatè dependente, introductæ: perpetuatione, manutentione, conſeruatione, & inuiolabili obſeruatione, conformiter ad Regulam Beati Benedicti, & antiquas præfati Monaſterii Clun. inſtitutiones, & eiuſdem Prioratus S. Martini fundationem, & antiquam obſeruantiam factarum, editarum, & inſtitutarum, ſub data Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo octauo, decimo octauo Calendas Octobris, Pontificatus præfati Sanctiſſimi Domini noſtri Pauli Papæ Tertii, anno quarto decimo confectas, ad infrà ſcripta commiſſus & deputatus.

VNiuerſis præſentes litteras inſpecturis, lecturis pariter & audituris, Salutem in Domino. Notum facimus, quòd anno Domini milleſimo quingenteſimo, quadrageſimo octauo, indictione ſeptima, die verò menſis Aprilis decima ſexta ante Paſcha, Pontificatus eiuſdem Sanctiſſimi Domini noſtri, Domini Pauli diuina prouidentia Papæ Tertii anno decimo quinto, in Capitulo eiuſdem Prioratus

S. Martini

S. Martini de Campis, circiter horam vndecimam de mane, coram nobis Adriano Tabary Officiali & Canonico Pariſienſi, iudice & executore in hac parte præfato, ab eodem Domino noſtro Papa commiſſo & deputato, Reuerendo Patre Domno Germano Nicolas Priore, & Religioſis viris, Domnis Hieronymo Gaudefroy Subpriore & Sacriſta, Claudio Belle Hoſtellario, Stephano Bellard Socio in ordine, Hugone Perdriel Infirmario, Ioanne Quentin Cellerario, Guillelmo Penneau Receptore manuali, & Priore de Maroliis, Ludouico de Praſt, Petro Gringet, Roberto Gouſſet, Ioanne Rouſſel, Natale Bourgeoys, Petro du Boys, Thoma Villain, Cellerario manuali, Blaſio Gentils Priore de Pringiaco, Egidio Broutefauge, Ioanne Gerard, Theobaldo Chappelier, Priore de Creſſon-eſſart, Chriſtoforo Conteſſe, Ioanne Minet, Iacobo Paulmier, Roberto Bertelin, Ludouico Machault, Claudio Beguin, Ioanne Belin Magiſtro Nouiciorum, Philippo Meſſier Subſacriſta, Mathurino Camuſet, Bonauentura Carré, Nicolao de Lor, Priore de Creſſiaco, Michaële Violle, Anthonio Bureau, Claudio Pernet, Ludouico d'Albiac, Richardo le Pot, Euſtachio Fremin, Dionyſio Martineau, Anthonio Chauueau, Iacobo le Féure, Guillelmo Germain, Dauide Daniel, Anthonio Vialar, Presbyteris eiuſdem Monaſterii S. Martini de Campis, Religioſis expreſsè profeſſis, necnon.

Domnis Carolo Chartier, Theobaldo Chappellier, Philippo Baudichon, Ludouico Boulduc, Claudio Porcher, Ioanne Heron, Ioanne Chouart, Iacobo Rouſſel, Petro Guyon, Petro Becquet, Nouiciis eiuſdem Monaſterii nondum profeſſis, ac

Fratribus Ioanne Vaudin, Ioanne Alingre, Nicolao Iourlain, Petro Rauerdy, & Paſchaſio Gouffrain, antè fati Prioratus fratribus conuerſis ſeu Laïcis, omnibus in eodem Prioratu commorantibus & degentibus, ac illius totum Conuentum facientibus, in dicto loco Capitulari, ad ſonum Campanæ more ſolito, propter infrà ſcriptum ſi-

mul congregatis, conuocatis & comparentibus.

Præfatus Reuerendus Domnus Germanus Nicolas Prior, tàm pro ſe, quàm nomine dictorum Conuentus & Religioſorum omnium ibidem exiſtentium, petiit & requiſiuit à nobis, quatenus ad prædictarum litterarum Apoſtolicarum, nobis ex parte ſua propterea tunc exhibitarum publicationem, fulminationem, & executionem, iuxtà mandatum & formam in eiſdem contentam, procedere: Statutáque & Ordinationes & omnia in ipſis contenta, in dicto Prioratu,& membris iniungere & mandare vellemus & dignaremur. Cui quidem petitioni & requeſtæ tamquam iuri & rationi conſonæ benignè annuentes: huiuſmodi litteras Apoſtolicas, Nos Adrianus Officialis & Canonicus, Iudex præfatus, præfati Domini noſtri Papæ eius verâ bullâ plumbeâ, cum filis ſericeis, rubei croceique colorum, more Curiæ Romanæ bullatas & plumbatas, ſanas & integras, omnique vicio & ſuſpicione carentes, cum quâ decuit reuerentiâ, à nobis receptas, altâ & intelligibili voce, omnibus ſuprà nominatis audientibus, per prouidum virum Magiſtrum Anthonium Guibert, Clericum, publicum authoritate Apoſtolica, Curiarumque Epiſcopalis, & conſeruationis priuilegiorum Apoſtolicorum Vniuerſitatis Pariſienſis Notarium Iuratum ſubſcriptum, formam quæ ſequitur continentes: de verbo ad verbum, palàm publicè legi, recitari, & publicari fecimus.

Paulus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Alto diuinæ prouidentiæ conſilio, ſummi Sacerdotii curam (meritis licet imparibus) gerentes in terris, ad vniuerſa regularia & pia loca pro illorum & perſonarum in eis Deo dicatarum ſalubri directione, iuxta eorum primæuæ inſtitutionis Regulam & obſeruantiam confouenda, noſtræ vigilantiæ intuitum frequenter dirigimus, & his quæ propterea prouidâ conſideratione proceſſiſſe dicuntur, inconcuſſa ſoliditate roborentur, libenter cum à nobis petitur, Apoſtolici muniminis firmitatem propenſiùs impartimur. Sanè pro parte dilectorum filiorum

Germani Nicolas, Prioris moderni, & Conuentus Prioratus S. Martini de Campis Pariſienſis Clun. Ordinis, nobis nuper exhibita petitio continebat. Quòd aliàs cum dictus Prioratus, qui à Monaſterio Clun. Matiſc. Diœceſis ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinente, dependet, & cuius perſonæ à primæua obſeruantia, & antiquo regulari viuendi modo exciderant, per bonæ memoriæ Iacobum de Ambaſia, dum viueret Epiſcopum Claromontenſem: & tunc dicti Monaſterii Abbatem, tunc in humanis agentem, reformaretur, & ad melioris vitæ frugem reduceretur, ſeu reformatus & reductus fuiſſet. Præfatus Iacobus Epiſcopus, tunc Abbas pro huiuſmodi Reformatione & regularis obſeruantiæ in dicto Prioratu introductione & conſeruatione, nonnulla Statuta & Ordinationes conformiter ad regulam Beati Benedicti, & antiquas præfati Monaſterii Clun. Inſtitutiones, & eiuſdem Prioratus fundationem & antiquam obſeruantiam, fecit & edidit, & poſtmodum illa confirmauit, approbauit, & omologauit, ac ea & forſan aliàs & alia in dicto Prioratu perpetuò tenenda & obſeruanda decreuit, proûtin ipſius Iacobi Epiſcopi & Abbatis indè confectis litteris & inſtrumento continetur. Quæ omnia & ſingula diligenter examinari, & illorum tenores de verbo ad verbum, ſignis & caracteribus omiſſis, præſentibus inſeri fecimus, modo & forma quæ ſequuntur.

Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, Iacobus de Ambaſia, &c. *Vide ſuprà.*

Quare pro parte Germani Nicolas Prioris & Conuentus prædictorum, aſſerentium Statuta & Ordinationes huiuſmodi, & omnia præinſerta, poſtmodum tamquam ritè, ſanctè, & Canonicè facta per Priorem Maiorem & Conuentum ſeu Capitulum dicti Monaſterii Clun. à quo dictus Prioratus (vt præfertur) dependet primò, & deinde per tunc Diffinitores Capituli Generalis dicti Ordinis, totum Ordinem Cluniacenſem repræſentantes, ac ſucceſſiuè præclaræ memoriæ Ludouicum & Franciſcum nuper & vltimos defunctos Francorum Reges, vti maiorum & præde-

ceſſorum ſuorum Franciæ Regum, ipſius Prioratus fundatorum, ſucceſſores, ſupremumque Pariſienſem Senatum, laudata, approbata, & omolagata, ac à tempore quo (vt præfertur) edita & introducta fuerunt in dicto Prioratu S. Martini, hactenus ab ipſius Prioratus Prioribus, Officiariis, & Monachis, illibatè & diligenter obſeruata, ac etiam per præfatum Senatum Pariſienſem, pro illorum obſeruatione, & ea inſequendo in iudicio contradictorio iudicatum & diffinitum extitiſſe. Quodque illorum prætextu, Regularis diſciplinæ ſtatus inibi ac nonnullis locis vicinis florère, & indè fidelium deuotionem manuteneri, imò plerumque augeri: in Dei laudem & animarum ſalutem, facilè conſpicitur, nobis fuit humiliter ſupplicatum: vt Statutis & Ordinationibus prædictis, pro illorum ſubſiſtentiâ firmiori, robur noſtræ approbationis adiicere, ac aliàs in præmiſſis oportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui Religionem vtique florère & augeri, ſinceris exoptamus affectibus, Germanum Nicolas Priorem ac Conuentum præfatos, & ſingulares perſonas Conuentus eiuſdem, à quibuſcumque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure vel ab homine, quâuis occaſione vel causâ latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum: harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, ac litterarum ſeu inſtrumenti prædictorum veriores tenores, præſentibus pro expreſſis & inſertis habentes: huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Statuta & Ordinationes ac alia præmiſſa, proût illa concernunt, omnia & ſingula in litteris ſeu Inſtrumento huiuſmodi contenta, iam forſan aliàs in parte vel toto, authoritate Apoſtolica approbata & confirmata, ac indè ſequuta quæcunque, eâdem Apoſtolicâ authoritate, tenore præſentium, ex certa ſcientia approbamus & confirmamus, ac illis perpetuæ ac inuiolabilis firmitatis robur adiicimus. Omnes & ſingulos iuris & facti defectus, ſi

qui forſan interuenerint, in eiſdem, ſupplemus, necnon illa valida & efficacia fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri, & inuiolabiliter obſeruari debere.

Necnon Germanum Nicolas Priorem, eiuſque in dicto Prioratu ſucceſſores & officiarios præfatos, ac Monaſterii Conuentum, eiuſque Abbates & Ordinis prædicti Diffinitores, ab eiſdem Statutis & Ordinationibus aliiſque præmiſſis nullatenus reſilire poſſe, ſed ad omnimodam illorum obſeruationem teneri, & obligatos eſſe, cenſuriſque & pœnis Eccleſiaſticis ad id cogi, & compelli poſſe, ac eiſdem Statutis & Ordinationibus per quoſuis, etiam nos & ſedem Apoſtolicam quocumque prætextu derogari, aut aliàs illis in aliquo præiudicare minimè poſſe, etſi forſan illis derogetur: Germanum Nicolas Priorem, ac Conuentum, necnon Abbatem & Diffinitores præfatos ad huiuſmodi derogationi parendum minimè teneri, ſicque per quoſcumque iudices & commiſſarios, etiam S.R.E. Cardinales quàuis authoritate fulgentes, ſublatâ eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari & diffiniri debere, ac irritum & inane, ſi ſecùs ſuper his, à quoquam quàuis authoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Quocirca dilectis filiis Abbati S. Maglorii Pariſienſis, ac Pariſienſi & Syluanectenſi Officialibus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, Quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium ſeu alios, præſentes litteras & in eis contenta quæcumque, vbi & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte Germani Nicolas, ac pro tempore exiſtentis Prioris & Conuentus prædictorum, fuerint ſuper hoc requiſiti, ſolemniter publicantes, ac eis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtrâ, Statuta & Ordinationes prædictas, iuxta illorum tenorem firmiter obſeruari. Non permittentes Germanum Nicolas, ac pro tempore exiſtentem Priorem, & Conuentum præfatos, contra eorumdem Statutorum & Ordinationum tenorem, per dictum Abbatem pro tempore exiſtentem,

ſeu quoſcumque alios quomodolibet indebitè moleſtari, Contradictores quoſlibet & rebelles, per cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac cenſuras & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachii ſæcularis, nonobſtantibus fœlicis recordationis Bonifacii Papæ octaui prædeceſſoris noſtri, qua cauetur ne quis extra ſuam Ciuitatem vel Dioceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam diætam à fine ſuæ Dioceſis ad iudicium euocetur: ſeu ne iudices à ſede prædicta deputati, extra Ciuitatem vel Dioceſim in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, aut alii vel aliis vices ſuas committere præſumant, & de duabus diætis in Concilio Generali editis, dummodo non vltra tres diætas aliquis authoritate præſentium non trahatur, & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, necnon fundatione dicti Prioratus S. Martini, Ordinis prædicti iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, Statutis & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, Prioratui, Monaſterio & Ordini præfatis, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficatioribus & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus & aliis decretis in genere, & in ſpecie, etiam motu proprio, & ad inſtantiam quorumuis, etiam Imperatoris, Regum, vel aliorum Principum, aut aliàs quomodolibet, etiam iteratis vicibus in contrarium forſan conceſſis, approbatis & innouatis.

Quibus omnibus etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, indiuidua, & expreſſa, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu aliqua alia expreſſio habenda, aut quæuis alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret: tenores huiuſmodi pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus: contrariis quibuſcumque, aut aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit

ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, adiectionis, ſuppletionis, decreti, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quadrageſimo octauo, decimo octauo Calendas Octobris, Pontificatus noſtri anno quarto decimo, Signatum ſupra plicam, D. de Garna.

Quibuſquidem litteris Apoſtolicis, ſic (vt præmittitur) palàm & publicè lectis, recitatis, & per nos publicatis, ac per eoſdem Reuerendum Domnum Germanum Nicolas Priorem, Conuentum, & Religioſos ſuprà nominatos auditis & intellectis, eos omnes & ſingulos, ac omnes alios quoſcumque cuiuſuis ſtatus vel dignitatis perſonas, quarum intereſt, intererit, vel intereſſe poterit: authoritate prædicta monuimus, & per præſentes monemus, quatenus Statuta & Ordinationes, ac cætera omnia & ſingula in præinſertis litteris Apoſtolicis contenta, quatenus eos & eorum quemlibet reſpectiuè tangunt vel tangere poſſunt, cuſtodiant & obſeruent, & quantum in eis erit, ab aliis obſeruari faciant.

Quibus omnibus & ſingulis, dicti Prior & Conuentus, & Religioſi prænominati, pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis in dicto Prioratu & membris eius conſenſerunt parêre, & obedire promiſerunt, ac illa perpetuò cuſtodire & obſeruare, ac obſeruari facere.

Inſuper omnibus & ſingulis quàuis authoritate vel dignitate præditis, authoritate prædicta ſub pœnis & cenſuris Eccleſiaſticis inhibuimus & prohibuimus, inhibemus & prohibemus, ne dictos Priorem, Conuentum, & Religio-

ſos, & eorum in dicto Prioratu vel membris eius ſucceſſores, in dictorum Statutorum & Ordinationum obſeruantia, & aliis quibuſcúmque in dictis litteris contentis, indebitè moleſtent & perturbent, moleſtari ſeu perturbari faciant aut patiantur, quinimò in illis obſeruandis conſilium, auxilium, & fauorem, ac debitæ defenſionis ſubſidium præſtent. Decernentes hunc noſtrum proceſſum verbalem publicationis, executionis, monitionis, prohibitionis, ac decreti, eſſe dictis Domnis comparentibus, parentibus, & requirentibus tradendum & deliberandum.

In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium, has præſentes litteras, per venerabiles ac prouidos viros, magiſtros Ioannem Boucher Presbyterum, etiam authoritate Apoſtolica, Curiarumque Epiſcopalis, & conſeruationis Priuilegiorum Apoſtolicorum Vniuerſitatis Pariſienſ. Notarium, & præfatum Guibert ſubſignatos: fieri, expediri, & ſignari, ſigillíque noſtri iuſſimus & fecimus appenſione muniri.

Cùm inter Reuerendiſſ. Patrem Aymardum Abbatem Cluniacenſem ex vna, & Fratrem Stephanum Gentils ex altera, certi proceſſus & lites moti eſſent ratione receptionis Nouitiorum Religioſorum prædicti Prioratus, & membrorum ab eodem dependentium ad expreſſam Profeſſionem per dictum Priorem receptorum & recipiendorum, necnon occaſione euocationis ſeu tranſlationis Religioſorum ab eodem Monaſterio S. Martini faciendæ per dictum Reuerendiſſ. conſenſu prædicti Prioris minimè requiſito & obtento. Et etiam ratione viſitationis iamdicti Monaſterii S. Martini. Tandem dictæ partes pro bono pacis interuenientibus certis probis & Religioſis viris deuenerunt ad concordias ſubſequentes, ſub beneplacito tamen ſummi Pontificis, videlicet. Quod Priores & Prioratus S. Martini de Campis, de cætero viſitabuntur per viſitatores Capituli Generalis Cluniacenſis, aut per dictum Reuerendiſſ. ſeu eius Vicarium, aut viſitatorem ab eo mittendum, ſufficientem, idoneum, Ordinem ipſum expreſsè profeſſum, expertum, & Priorem Conuentualem prædicti Ordinis. Quodque dictus Gentils Prior modernus iamdicti Prioratus conſtituetur à prædicto Reuerendiſſimo, ſeu eius ſucceſſore aut ſucceſſoribus, ſi qui ſint in poſterum, vita comite, dicti Prioratus Vicarius perpetuus, Generalis & irreuocabilis prædicti Reuerendiſſ. ſeu eius ſucceſſoris aut ſucceſſorum in prædicto Prioratu & membris ab eodem dependentibus. Cum poteſtate recipiendi Religioſos Nouitios eiuſdem Prioratus, & aliorum ab eodem dependentium ad expreſſam profeſſionem in Ordine Cluniacenſi. Ratificabitque idem Reuerendiſſimus prout & ratas habebit & habet profeſſiones per antea factas, per Religioſos dictorum

Prioratus & dependentium, in manibus iamdicti Prioris, & per eumdem Priorem receptas, abſque eo quod poſſint de ſuper inquietari ſeu moleſtari iamdicti Religioſi Profeſſi. Necnon poterit idem Reuerendiſſ. Fratres Religioſos prædicti Prioratus S. Martini extra dictum Monaſterium euocare & transferre, ſi modo euidens vtilitas aut vrgens neceſſitas id faciendum ſuaſerit, conſilio tamen à prædicto Priore & eius ſucceſſoribus prius requiſito. His mediantibus renuntiant partes hinc inde omnibus proceſſibus ſuper prædictis motis & pendentibus, Bullarum impetrationibus, cæteriſque omnibus ſingula quæ præmittuntur concernentibus. Promittentes prædictæ partes hinc inde, &c. Et ſi contingeret aliquam ex partibus à præſentibus concordatis reſilire, altera ad priſtina iura ipſo facto redibit, & abſque eo quod prædictæ partes, in vim huius concordati, & in eo contentorum, atque exinde geſtorum & gerendorum nouam poſſeſſionem prætendere poſſint & valeant. Acta fuerunt hæc in prædicto Prioratu S. Martini de Campis Pariſienſis die penultima menſis Martii, anno Domini milleſimo quingenteſimo viceſimo quarto poſt Paſcha.

Promettant ledit conſtituant ſur les vœux de ſa Religion, la main miſe au piz, auoir aggreable, tenir ferme, & ſtable à touſiours tout ce qui par ſeſdits Procureurs ſera fait & emologué, touchant ce que dit eſt & qui en depend. En teſmoin de ce, nous à la relation deſdits Notaires auons mis le ſeel de ladite Preuoſté de Paris à ces lettres. Qui paſſées furent l'an 1524. le Mecredy des Feries de Paſques, trentieſme & penultieſme iour de Mars. Ainſi ſigné, Perault & Senechal. Nous ledit appointement & tranſaction, Concordat & Vicariat deſſus tranſcrit, auons emologué & emologons, & condamnons leſdites parties reſpectiuement à iceluy entretenir ſelon ſa forme & teneur. En teſmoin de ce nous auons fait mettre à ces preſentes le ſeel de ladite Preuoſté de Paris. Ce fut fait le Mecredy troiſieſme iour d'Aouſt, l'an mil cinq cens vingt-quatre. Signé, Lormier.

TENOR SEV COPIA VICARIATVS QVEM à Reuerendiſſimo Abbate Cluniac. obtinere ſolent RR. Priores S. Martini à Campis.

CLaudius à Guiſia, miſeratione diuinâ, ſacri Monaſterii totiúſque Ordinis Cluniacenſis Abbas, Reuerendiſſimo in Chriſto Patri, Domno Anthonio Vialar, Archiepiſcopo Bituricenſi, necnon Priori noſtri Prioratus S. Martini de Campis Pariſiis, à dicto noſtro Monaſterio Cluniacenſi immediatè dependentis, ſalutem in Domino. Cùm ſingulis dicti noſtri Ordinis Cluniacenſis in dies emergentibus negotiis, commodè vacare perſonaliter proût vellemus, non poſſimus, cupientes tamen in primis ſpiritualitati & Regularitati prouidere, & in partem ſollicitudinis noſtræ alium eligere, ac loco noſtri ſubrogare: qui ea quæ illi duxerimus committenda fideliter ac ſedulò valeat adimplere. Nos de veſtris Religionis zelo, & in agendo experientia in Domino confidentes, vos noſtrum Vicarium in dicto noſtro Monaſterio Cluniacenſi in Spiritualibus & temporalibus generalem & ſpecialem, ita tamen quod generalitas ſpecialitati non deroget, nec è contra, fecimus, creauimus, & deputauimus: tenoréque præſentium facimus, creamus, & deputamus, citra tamen aliorum noſtrorum Vicariorum reuocationem. Dantes & concedentes vobis plenam & omnimodam poteſtatem, authoritatem, facultatem, & mandatum ſpeciale, quorumcumque Religioſorum ſeu Monachorum & Conuerſorum, dictum noſtrum Ordinem Cluniacenſem profiteri volentium, tàm in dicto Prioratu veſtro S. Martini, & membris eius, quàm aliis eiuſdem Ordinis Prioratibus, Decanatibus, & locis Regularibus, profeſſiones regulares & expreſſas ſecundùm morem antiquum, & huiuſmodi Ordinis Statuta Regularia recipiendi & admittendi, ac eos dicto Ordini aggregandi, & incorporandi, adhibitis ſolemnitatibus aſſue-

tis, Necnon omnes & ſingulos Prioratus, Decanatus & loca ac perſonas dicti noſtri Ordinis nobis ſubditas, in capite & in membris viſitandi, de eorum exceſſibus & delictis inquirendi & informandi, citandi coram vobis, delinquentes & culpabiles puniendi & corrigendi, ac ſi opus ſit incarcerandi, ſuſpendendi & excommunicandi, ac contra eos omnibus viis & modis debitis ac pœnis regularibus, & canonicis procedendi, excommunicatos & ſuſpenſos aut etiam alios quoſlibet in vtróque foro abſoluendi, & abſolui faciendi, eoſdémque à locis & manſionibus dicti Ordinis reuocandi, ac eiſdem manſiones, & loca alia aſſignandi: illiſque de Regulari Subpriore ordinandi, vbi inuenti fuerint Prioratus aut alio nomine Decanatus Conuentuales commendati, cum aliqua penſione annua ſuper fructibus dicti Prioratus, pro emendis libris, ac de ratione victus ordinandi & ſtatuendi, proût vobis ſecundùm Deum & conſcientiam videbitur expedire: etiam ſtatuendi quæ pro reparatione & manutentione regularium locorum, & dictorum Prioratuum & Decanatuum noſtri Ordinis, ædificiorum & domorum neceſſaria eſſe videbuntur. Præſentationes tàm per laïcos, quàm per Clericos de quibuſuis perſonis, Prioratus etiam Conuentuales, præpoſituras, & dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, Officia etiam clauſtralia cæteráque beneficia Eccleſiaſtica cum cura & ſine cura qualitercúmque qualificata, necnon reſignationes & iurium ceſſiones ſimpliciter vel ex cauſa permutationis, Prioratuum, dignitatum etiam Conuentualium, perſonatuum, adminiſtrationum, & Officiorum etiam clauſtralium, cæterorúmque beneficiorum Eccleſiaſticorum, cum cura & ſine cura ſæcularium, etiamſi parrochiales Eccleſiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ fuerint, & Regularium ad noſtram ratione præfati noſtri Monaſterii Cluniacenſis præſentationem, collationem, prouiſionem, inſtitutionem, & quamlibet aliam diſpoſitionem pertinentium, recipiendi & admittendi, illáque & quæcumque alia per reſignationem ſeu per obitum, ſiue quamcumque aliam dimiſſionem,

amiſſionem, vel priuationem, illa nunc & pro tempore obtinentium, aut aliàs quibuſuis modis & ex quorumcumque perſonis eorúmue inhabilitatibus & incapacitatibus vacantia & vacatura, perſonis idoneis & capacibus conferendi, & de illis etiam prouidendi, ac aliàs quomodolibet diſponendi, ſeu conferri & prouideri mandandi, ſeu ad illa quaſcumque perſonas idoneas quibuſvis collatoribus ordinariis, ſeu eorum Vicariis præſentandi ac perſonis præſentatis de beneficiis huiuſmodi ad dictam præſentationem prouideri requirendi: prouiſos & inſtitutos in poſſeſſionem corporalem, realem, & actualem beneficiorum huiuſmodi inducendi & inductos defendendi.

Dantes etiam vobis authoritatem & mandatum ſpeciale nomine noſtro omnia bona, tàm mobilia quàm immobilia, titulos, papiros cenſuales ſiue redituales, ſchedulas, obligationes, numeratam pecuniam, argentariam etiam non monetatam ſpectantem ad Priores, Decanos, Officiarios, ſeu quemlibet illorum cùm vita exceſſerint, ſiue apud eos inuenta fuerint, ſiue alibi ad conſeruationem iuris noſtri coarctandi, & ſigillum regium per Regis Officiarios, aut per Officiarios dicti Prioratus, aut Decanatus apponi faciendi. Statuto etiam à vobis tempore requirendi, & requiri faciendi manum regiam, Sigillúmque regium, aut noſtrum loco & tempore leuari, & dicta mobilia, cæteráque per Inuentarium deſcribi ad iuris noſtri conſeruationem: inſinuationes graduatorum ſimplicium vel nominatorum ab Vniuerſitatibus Studiorum generalium regni Franciæ, eorúmque nomina & cognomina, ſcripturas, litteras, titulos, & copias recipiendi, & aliàs in formâ ſolitâ admittendi, & eiſdem de beneficiis ſub ipſis litteris comprehenſis prouidendi. Ac ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis quaſcumque litteras in meliori & ampliori formâ conficiendi ac deliberandi, & in illis ſigillo noſtro magno vel paruo, proût tibi videbitur vtendi. Præſentes quoque & quaſcumque alias litteras, inſtrumenta, documenta, & ſcripturas, res, & negotia noſtra quomodolibet concernentia, in Graffariorum

& Notariatuum inſinuationum officiis, ſi & vbi opus fuerit, regiſtrari faciendi. Vnum quoque vel plures Vicarium vel Vicarios, qui ſimilem aut limitatam in præmiſſis & circa ea habeat, ſeu habeant poteſtatem ſubſtituendi, cumque vel eos quando vobis placuerit reuocandi, & loco reuocati, alium ſeu alios de nouo ſubſtituendi. Præſenti Vicariatu nihilominus in ſuo robore permanſuro. Et generaliter omnia & ſingula in præmiſſis & circa ea neceſſaria vel quomodolibet oportuna dicendi, faciendi, exequendi, & quæ nos facere, dicere & exequi poſſemus, ſi præſentes & perſonaliter intereſſemus, licet talia forent quæ mandatum ſpecialius exigerent, quàm præſentibus ſit expreſſum. Promittentes bonâ fide, & in verbo Prælati nos ratum, firmum, & gratum habere, & perpetuò habituros totum id & quicquid per vos noſtrum Vicarium, aut à vobis ſubſtituendos actum, dictum, geſtumve fuerit in præmiſſis, ac contra ea non venire in futurum.

In quorum fidem præſentes litteras manu noſtra ſubſcriptas, per Secretarium noſtrum infraſcriptum ſignari, ſigillique noſtri iuſſimus & fecimus appenſione communiri.

Datum Pariſiis in ædibus noſtris Cluniacenſibus, die decimâ quintâ menſis Iulii, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto. Signatum Claudius à Guiſia. Et ſupra plicam. Per Dominum meum Dominum Reuerendum Abbatem Cluniacenſem ſupradictum, Dominis Melchiore Laurens de Alpibus, & Claudio Laurens S. Raphaelis Ordinis Cluniacenſis reſpectiuè Prioribus præſentibus. Signatum Vaillant & ſigillatum maiore ſigillo dicti Domini Reuerendi Abbatis, cerâ rubeâ, ſub duplici caudâ pergameneâ.

ARREST DE LA COVR, DONNANT permiſſion conformement à la Bulle du Pape Leon X. au R. Prieur de S. Martin des Champs, d'admettre & receuoir ſes Religieux & dependans de ſoy à la Profeſſion Monaſtique.

PETITA NEC OBTENTA LICENTIA à Reumo. Abbate Cluniacenſi.

Extraict des Regiſtres de Parlement.

ENtre Frere Iacques Amelot Docteur en la Faculté de Theologie, & Prieur de S. Martin des Champs à Paris, appelant comme d'Abus d'vne citation à luy donnée par le grand Prieur de Cluny. Et les Religieux Prieur & Conuent dudit S. Martin ioincts auec luy, demandeurs en deux Requeſtes, d'vne part. Et Meſſire Claude de Guiſe Abbé de Cluny, & François de Riuo, Pierre Palaſſin inthimez & defendeurs eſdites Requeſtes d'autre. Et ne pourront les qualitez preiudicier aux parties.

Apres que le Maiſtre pour les appellans & demandeurs a demandé defaut tant en l'appel que requeſte, preſent Saulnier Procureur des inthimez & deffendeurs, & que Cauchon a dit, quant à l'appel, eſtre preſt à y deffendre, mais non pas à la Requeſte, que l'on n'a peu ſi promptement auoir nouuelles & memoires de l'Abbé de Cluny, ne receuoir aucunes pieces, eſtant la cauſe de telle conſequence, & qui importe à tout l'Ordre vniuerſel, le plus ancien de tous les autres.

En ſecond lieu, que puis trois ſepmaines auroit eſté tué Maiſtre Noel Boudinot en ceſte ville ſon grand Vicaire, prés du College de Cluny, qui auoit deuers luy la plus grāde partie des tiltres principaux de l'Abbaye de Cluny, qui ont eſté abſtraicts par les Religieux dudit College, dont ils ont

ont accommodé le Prieur de S. Martin des Champs, partie aduerſe, & en tiers lieu, que la cauſe n eſt au Roole, dont l'on plaide, & n'y à aucuns aduenir.

Ce fait, le Maiſtre pour leſdits appellans & demandeurs, Et Cauchon pour l'inthimé & deffendeur ouys, enſemble de Thou pour le Procureur General du Roy, qui a dit, Que la Requeſte des demandeurs a beaucoup plus de beſoin de la prouiſion de la Cour, que non pas l'appel comme d'abus en ſoy. En ceſte Requeſte eſt ſupplié par Dom Iacques Amelot Religieux Prieur de S. Martin des Champs, contre Dom Claude de Guiſe Abbé de Cluny, qu'il recognoiſt & a touſiours eſté ſon Superieur, & ne tend ſa requeſte ſinon à faire droict & reglement ſur la viſitation dudit Prieuré, & profeſſions des Nouices Religieux en ce Prieuré. Et ceſte Requeſte preſentée dés l'an cinq cens ſoixante dix-ſept, à laquelle le defendeur ne veut pas entendre ne deffendre, luy qui a fait mettre la cauſe au Roole des Ieudis.

Quant au Prieur de S. Martin, il ne veut pas empeſcher la viſitation du Prieuré, & reconnoiſt qu'il eſt ſuiect à la viſitation de l'Abbé de Cluny ſon Superieur. Auſſi pour ce droict de viſitation il a payé par chacun an, la ſomme de cent liures au College de Cluny, & n'en eſt rien deu à l'Abbé. Mais il demande vn reglement, à ſçauoir en quel iour & ſaiſon, combien de iours il y aura pour y vacquer, & en quel nombre de Religieux ſe fera ladite viſitation. Diſant que toutes reformations ont accouſtumé eſtre faictes en trois iours, & leſdits trois iours paſſez, c'eſt vn mot ordinaire d'eſtre dit és Monaſteres & Conuents que l'on reforme. *Iam fœtet, quatriduanus eſt.* *Ioa. 11. 39.*

La Cour a entendu la deſpenſe qui a eſté faite en ce Prieuré, non par trois iours, mais par dix-ſept iours & plus, & meſmes que l'on y vouloit auoir & manger les gros poiſſons, & ores que ce fut en Careſme, au lieu de donner vn bon exemple pour la regularité, l'on a voulu auſſi & mieux ſoupper que diſner, & ceux qui vinrent, fut au temps que la Cour voyant quelque deſordre, & mauuais meſnage

en ce Prieuré, ont commis deux des Conſeillers d'icelle, leſquels y furent, & ordonnerent pluſieurs bonnes choſes, qui y deuroient eſtre faites.

Surquoy la Cour ſçauoit ſi bien pouruoir, que graces à Dieu, auſſi-toſt le tout fut appaiſé, & compoſé entre le Prieur & ſes Religieux. Leſquels reformateurs qui eſtoient venus pour vn deſordre qui lors eſtoit au College de Cluny, au lieu d'y aller loger, ſeroient venus audit Prieuré, ou ils auroient voulu faire vn tel & ſi long ſeiour, ſoubs pretexte d'y faire quelque reformation, dont pour lors il n'eſtoit plus de beſoin, & partant y a grandiſſime apparence en la Requeſte du Prieur, & que l'Abbé n'y venant en perſonne, ſoit tenu bailler Vicariat perpetuel & irreuocable au Prieur de S. Martin, qui eſt qualifié, & l'vn des Peres Reformateurs, pour receuoir les Profeſſions de ſes Religieux, conformément à la Bulle du Pape, & accord fait, depuis la fulmination d'icelle. A la charge de la Superiorité, obeiſſance, & recognoiſſance enuers l'Abbé Superieur, *licentia petita, & licet non obtenta.* Et pour le regard de la Reformation, Que le Prieur accorde & demande qu'elle ſe faſſe par l'Abbé en perſonne, ſi faire ſe peut, ſinon par Vicaires, ou deputez au nombre de deux au plus, & que cela ſe faſſe en trois iours.

La Cour, quant a l'appel comme d'abus interiecté par les Prieur & Religieux de S. Martin des Champs, a mis & met les parties hors de Cour & de procez, ſans deſpens, dommages, & intereſts, d'vne part & d'autre, & pour cauſe. Et ayant eſgard à la requeſte faite par ledit Prieur, & concluſions du Procureur General du Roy; Ordonne que l'Abbé de Cluny Superieur ſera tenu dans vn mois prochainement venant, pour toutes prefixions & delaiz, bailler Vicariat perpetuel & irreuocable audit Prieur de S. Martin, tel que le feu Cardinal de Lorraine Abbé de Cluny predeceſſeur dudit Abbé bailla au Prieur dudit S. Martin des Champs, ſuiuant les Statuts de l'Abbaye. Et à faute de bailler par luy ledit Vicariat dedans ledit temps d'vn mois,

& ledit temps paſſé, pourra ledit Prieur receuoir tous Nouices eſtans audit Prieuré, à faire leur profeſſion & vœux aux charges ſuſdites. *Licentia petita, licet non obtenta.* Et faiſant droit au ſurplus ſur les concluſions dudit Procureur, & Requeſte dudit Prieur.

Ordonne que l'Abbé viſitera en perſonne, ſi bon luy ſemble, ou deputera le Grand Prieur, aſſiſté de deux Religieux de l'Ordre de Cluny ſeulement pour faire la viſitation dudit Prieuré, ſuiuant les Statuts & dedans le temps porté par iceux, & ſans qu'ils y puiſſent faire plus grand ſeiour ne deſpenſe, que de trois iours au plus. Fait en Parlement le vingt-deuxieſme iour de Decembre, l'an mil cinq cens ſoixante dix-neuf. Signé, Du Tillet.

HISTORIÆ REGALIS MONASTERII S. MARTINI DE CAMPIS PARIS. ORD. CLVNIACENSIS,

LIBER TERTIVS.

IN QVO NOTITIA SEV CATALOGVS RR. PP. Priorum eiuſdem Monaſterij continetur.

IN NOTITIAM
SEV CATALOGVM
REVERENDISSIMORVM PATRVM PRIORVM
Monaſterii S. Martini de Campis,

PRÆFATIO.

CVm iuxta Eccleſiaſtici conſilium, laudare debeamus viros glorioſos & parentes noſtros in generatione ſua, *me non extra chorum ſaltare æquus cenſebit Lector, ſi Reuerendiſſimos noſtros Cænobiarchas vbicumque repertos, pro virili ab interitu & obliuione adnitar & ſtudeam vindicare. Immane, dum tot Religioſorum virorum meæ menti obuerſatur memoria, dum tot piorum Patrum animum meum ſubit recordatio. Immane, inquam, quanto ipſorum incendar, inflammer, ardeamque deſiderio, vt quos ſcilicet numquam viderim, efflictim amem, & ſtudio non mediocri proſequar & diligam.* Nullum maius (*inquit* Cap. 44.

Plinius) fœlicitatis ſpecimen arbitror, quàm ſemper omnes ſcire cupere, qualis fuerit aliquis. *Natura ſiquidem ſi trahimur ad ſimulachra & effigies magnorum virorum noſcendas, & illa corpora ſiue hoſpitia quibus ſe cæleſtis animus incluſit, quantomagis eos quos in eodem virtutis ambulachro atque certaminis paleſtra prodromos & anteſignanos habuimus, præferre debemus? O quantus animum meum pungit & perurget dolor, ſuum cuique veſtrûm ô Patres hic non poſſe reddere debitum elogium! Deus bone, quàm non labori, quàm non ſudori, quàm non vigiliis parcerem, imò quàm lubens de vobis ſcriptionem non aggrederer, non amplecterer, ſi veſtri amplior mihi ſuppeteret notitia! Vnde ſi virtutes excellentiſſimas, dotes copioſiſſimas, & cætera omnia quibus affatim præditi, coram Deo, Angelis, & hominibus præluxiſtis, minimè recenſeo, non tàm præteriiſſe quàm ignoraſſe velim credatis.*

NOTITIA
SEV
CATALOGVS
REVERENDISS. PP.
PRIORVM MONASTERII
S. Martini de Campis.

Iſti ſunt ſemen cui benedixit Dominus. Eſa. 61.

VVRSIO, *ſiue* VRSVS.
Prior S. Martini Primus.

AIVNT hunc Archiua noſtra à S. Hugonè Cluniac. Antiſtite, Philippo primo regnante, Martiniano noſtro Cænobio, anno Domini milleſimo ſeptuageſimo nono fuiſſe præpoſitum, & in Priorem (Abbatis nomine mutato) conſtitutum. E re ſiquidem eius videbatur, poſt receptam à Rege Martinianam ædem, primis illius Incolis Clericis nimirùm, ſeu Canonicis Auguſtinianis ſummotis, ſui Ordinis & Abbatiæ fratres ſufficere, illiſque in Patrem & Cænobiarcham ſummæ virtutis & Sanctimoniæ virum (qualem ferunt extitiſſe præfatum Vrſum) conſtituere. Ad hunc Hugonem ſequitur, quod eiuſdem Vrſi meminit, *An.1079.*

VRBANI PAPAE SECVNDI, DIPLOMA.

An. 1097. VRbanus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili Fratri Hugoni Cluniacenſi Abbati, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Piæ poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri, quatenus & deuotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & vtilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Tuæ igitur voluntati, & communis filii Vrſionis Prioris poſtulationibus annuentes, B. Martini Monaſterium quod de Campis dicitur, in Pariſienſi Parochia ſitũ, præſentis decreti authoritate munimus, vt quemadmodum cætera Cluniacenſis Cœnobii membra, ſemper ſub Apoſtolicæ Sedis tutela permaneat, & cuncta quæ ad locum ipſum in præſentiarum pertinere videntur. Eccleſia videlicet, de Agenuilla, de Nouauilla, de Mareio, de Monte-Martyrum, de Loueriis, de Caſtenio, de Noa S. Remigii, de Noa S. Martini, de Derenzegio, de Balbineo, de Caleio, de Confluentia, de Capeio, de Fontanis, de Flamma Regia-Villa, de Valle-Villaris, de Mouciaco. Villà quæ dicitur Bonzeia. Nuceium Magnum, Nuceium minus. Anetum, Maioriolas, Sancta Gemma, Rodani-villa, Vrſonis-villa, Clamardum, Soruillare, Penthinum, Ceurennum, Sanctus Hilarius, cum Eccleſiis & pertinentiis earum. Eccleſia etiam de Cona, de Bonella, de Pringegio. Quicquid prætereа idem locus hodie iuſtè poſſidet, vel collatione bonæ memoriæ Henrici Francorum Regis, qui eiuſdem loci Fundator extitit, vel filii eius Philippi, cuius donatione Cella eadem ad veſtrum Cœnobium noſcitur pertinere. Quicquid à quibuſlibet fidelibus de ſuo iure eidem loco collatum eſt, vel in futurum conferri contigerit, firma ſemper & illibata permaneant, tam à te, quàm ab his qui per te vel ſucceſſores tuos eidem loco præpoſiti fuerint, perpetuò poſſidenda, regenda, ac diſponenda. Decernimus ergo vt nulli omninò hominum liceat idem Cœnobium

bium temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare: ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum ſuſtentatione ac gubernatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in craſtinum Eccleſiaſtica ſæcularisue perſona huius Decreti paginam ſciens, contra eam temerè venire tentauerit, ſecundò tertio-ve commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine, diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmium æternæ pacis inueniant. Amen. Datum Nemauſi per manum Ioannis S. R. E. Diaconi Cardinalis, ſecundo Idus Iulii, Indictione IIII. Incarnationis Dominicæ anno milleſimo nonageſimo ſeptimo. Pontificatus autem Domini Vrbani ſecundi Papæ nono.

Huius etiam Reu. Patris meminit Anſellus Epiſcopus Beluacenſis, Cartâ ſuâ data, anno Domini milleſimo nonageſimo nono, pro Altare ſeu Eccleſia de Meru nobis conceſſa, præſente, inquit, Domno Vrſione, Priore Beati Martini. Quamquidem Cartam, vbi de dicto Altare inferius erit diſſerendum, Deo dante ſumus relaturi.

DE COMMVTATIONE VINEARVM,
Carta Vrſionis Prioris S. Martini.

NOtum ſit omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, tàm præſentibus quàm futuris. Quatenus ego Vrſio Dei gratia Monaſterii S. Martini Prior, & Vvalterius Camerarius conſenſu atque voluntate totius Congregationis ipſius Monaſterii cum Herluino filio Aalardi, quaſdam vi- *An. 1099.*

neas commutamus, quæ & noſtræ vtilitati & ſuæ hoc modo magis videntur conuenire. Ipſe enim Herluinus habens quinque quadrantes vineæ apud torcular Drogonis filii Anfredi, noſtris vineis propiores & nobis vtiliores, eos dat nobis, & loco illorum, ſeptem quadrantes noſtros accipit à nobis, qui fuerunt Rainerii defuncti & Haaberti, qui ſunt ſiti ad locum nomine Chandulſaccum, & eo tenore pro commoditate vtrorumque hoc pactum eſt, vt & nos & hic ibi Deo ſeruientes ſupradictam vineam ſine calumnia aliqua habeamus perenniter, & ipſe Herluinus & ſui poſteri illam (quæ fuit noſtra) per ſucceſſionis ſeriem inconuulsè poſſideant. Actum Monaſterio S. Martini à Campis ſecundo Cal. April. regnante Philippo piiſſimo Rege Francorum, viuente Vuilelmo Pariſiacæ ſedis Antiſtite. Anno autem Incarnationis Dominicæ M. LXXXXIX. Indictione ſeptima. Inde ſunt teſtes ex parte ſupradicta. Vvalterus maior, Herlebodus, atque Huardus Rufus. Ex parte verò Herluini Rotgerus, Fulbertus, Ferricus, Bernerus, Gazo, Ambertus, Malgerus, Laurentius, Vvarinus, Teboldus, Oſoldus, Adam, atque Conſtantius, & Petrus Sacerdos.

Eſt autem apud nos vetus admodum M. S. Martyrologium, ſub cuius finem hæc leguntur.

ANniuerſarius dies Domni Vrſi, primi Prioris huius loci, Domno Theobaldo ſucceſſore eius conſtituente, & Domno Hugone Cluniacenſi Abbate præcipiente atque confirmante. Conuentu quoque in Capitulo generaliter concedente, ſic debet celebrari. Ad Veſperas, & Officium & Matutinas, quæ ſolemniter celebrabuntur, omnia ſigna diutiùs pulſabuntur, & Sacerdos ad Veſperas & ad Officium atque Matutinas albâ & cappa reueſtietur. Maius Altare, deinde ſepulturam eius incenſabit. Officium autem ſolemniter celebrabitur, & Lectiones ſuper Lectorium in medio Chori, ab his quibus Armarius præceperit, legentur. Tertium Reſponſorium, duo: Sextum tres, Nonum quatuor cantabunt. Ad Miſſam autem Sacerdos

auratis & pretioſis veſtietur indumentis, & cantabitur Miſſa feſtiuè. Tres Reſponſorium, & quatuor cappis induti cantabunt Tractum. Et Verſus de Offertorio, id eſt *Redemptor animarum*, ab ipſis qui Tractum cantabunt cantabitur. Armarius cappa pretioſa indutus Chorum tenebit. Seniores in Refectorio refectionem ipſo die habebunt, ad quam comparandam, Decanus de Vrſionis-villa decem ſolidos, & ille de Sordida-villa quinque ſolidos, & qui Caſtiniacum cuſtodiet, quinque ſolidos dabit. Dum autem Miſſa Matutinalis cantabitur, duodecim pauperes de pane & vino, & carne pro ipſius anima lautiſſimè reficientur, cæteris verò pauperibus panis & vinum dabitur. Sepulchrum autem eius à primis Veſperis vſque in craſtinum poſt Completorium coopertum erit, & cereus iugiter ante eum ardebit.

Ex ſupraſcriptis non paruum antiquitatis ſtudioſis allucet documentum, circa ritum videlicet atque modum quo maiores noſtri in obeundis ſacris pro defunctis, ac potiſſimum Reuerendiſſ. noſtris Prioribus vſi ſunt. Illud verò mihi videtur hic notandum, nimirum cum de Reuerendi huiuſce Patris ſepultura fit mentio, cuius apud nos reſtat nihil præter parietem fornicatum & concameratum, infra ſcilicet Dormitorij noſtri & Periſtilij portas conſpicuum, quo loci ferunt eum fuiſſe inhumatum. Animo autem meo quodpiam illic olim extitiſſe ſplendidius & honorificentius Monumentum penitiùs inculcant quæ ſequuntur.

Sepulchrum autem eius à primis Veſperis vſque in craſtinum poſt Completorium coopertum erit, & cereus antè eum iugiter ardebit.

Quomodo autem cooperiri poſſet, vbi non Sepulchrum, ſed paries tantum conſpicitur? Quod etiam in eodem M. S. ſequitur, nullatenus omittendum putaui.

SCiant omnes huius Eccleſiæ habitatores futuri & præſentes, Quod rogatu Domni Theobaldi Prioris huius loci, & totius Conuentus voluntate, à Domno Pontio Abbate decretum eſt, vt per omnia ſuccedentia tempora, vnus frater Monachus pro anima Domni Vrſi primi Prioris hu-

ius loci, in hoc Monaſterio ſuſcipiatur, & quando ipſe frater obierit, vnus pauper præbendam eius tamdiu habeat, donec in loco defuncti fratris, alius ſubrogetur.

E pluribus autem litteris & documentis noſtris didici huiuſmodi Monachum appellari ſolitum Monachum Prioris.

ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS CANTVAR. Epiſtolarum lib. 3. Epiſt. 13.

Vvaleranno Cantori Pariſienſis Eccleſiæ.

AVdiui, amice Chariſſ. quia propoſitum ſanctæ conuerſationis eligens, Monaſterium S. Martini ſub chariſſimo amico meo Domno Priore Vrſione ingreſſus fueras, & valde de tanto bono amici mei lætatus ſum. Sed poſtea didici, quia Dominus noſter Epiſcopus tuus, te inde vi retraxerit, & triſtis factus ſum.

Ex Cartulario Prioratus B. Mariæ de Longo-ponte, Ordinis noſtri Clun. Pariſ. Diœceſis.

GAuterius de Britonneria dedit Deo, & S. Mariæ de Longo-ponte & Monachis ibidem manentibus pro anima ſua parentumque ſuorum, medietatem terræ patrimonii ſui, quæ eſt apud Britiniacum, ad locum qui dicitur Aduicinum, quæ de patre ſuo & matre ſua ſibi remanſit. Cuius terræ donum poſuit ſuper Altare S. Mariæ, videntibus iſtis Rodulfo de Brueriis, Aymone filio Rogerii, Frogerio Clerico. Ex parte S. Mariæ Henrico Priore, VRSO Priore S. Martini de Campis, Rainerio de Sauiniaco, Herberto Clerico, Hugone Foreſtario, Theudone famulo, Ermenerio, Roberto, Fulcone.

THEOBALDVS I.
PRIOR. S. MART. II.

Ad hunc.

PASCHALIS II. DIPLOMA.

PAſchalis Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilecto in Chriſto filio Theobaldo Priori S. Martini quod de Campis dicitur, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Religioſis deſideriis dignum eſt facilem præbere conſenſum, vt fidelis deuotio celerem ſortiatur effectum. Tui ergo deſiderii, fili chariſſime, poſtulationibus annuentes B. Martini Monaſterium, cui ex venerabilis Fratris noſtri Hugonis Cluniacenſis Abbatis Inſtitutione præſides, præſentis decreti auctoritate munimus, vt quemadmodum cætera Cluniacenſis Cœnobii membra, ſemper ſub Apoſtolicæ Sedis tutela permaneat. Cuncta etiam quæ in præſenti decima quinta indictione pertinere videntur, quieta vobis ſemper & integra permanere ſancimus. Eccleſiam ſcilicet S. Pantaleonis intra Beluacum cum poſſeſſione duorum Fratrum, Hugonis & Garnerii, & domo eorum propria, & aliis ædificiis iuxta poſitis, & cum terra vacua extra murum, iuxta præfatam Eccleſiam ſita, & vineam in Rubero-monte & prato in Guhincurte, & cum hoſpitibus ante portam ciuitatis, ſicut à ſupradictis fratribus pro ſua & parentum ſalute oblata, & Gaufridi Epiſcopi Beluacenſis fauore conceſſa, & in noſtra ſunt præſentia confirmata. Item in pago Pariſienſi Eccle- *An.* 1108.

ſias de Duniaco, de Ermenonuilla, de Eriniaco, à venerabili fratre noſtro Gaulone Epiſcopo vobis conceſſas. In pago Siluanectenſi Eccleſiam S. Nicolai cum appendiciis ſuis. In Ambianenſi pago Eccleſiam de Liniaco cum pertinentiis ſuis. In pago Nouiomenſi Altare de Curcellis, & Altare de Ruueron. In pago Sueſſionenſi Altare de Gozencurte, & cætera quæ de prædeceſſoris noſtri ſanctæ memoriæ Papæ Vrbani ſecundi priuilegio continentur. Quæcumque præterea à quibuſlibet de ſuo iure eidem loco collata ſunt, vel in futurum conferri contigerit, firma ſemper & illibata permaneant, tàm à te, quàm ab aliis qui per Cluniacenſes Abbates eidem loco præpoſiti fuerint, perpetuò poſſidenda, regenda, ac diſponenda. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat idem Cœnobiū temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in craſtinum Eccleſiaſtica ſæcularisue perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentauerit, ſecundò, tertioue commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatinus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen Datum apud Monaſterium S. Dionyſii per manum Ioannis S. R. E. Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarii. II. Cal. Maii Indictione XV. Incarnationis Dominicæ anno millesimo centeſimo octauo. Pontificatus autem Domni Paſchalis ſecundi Papæ, anno octauo.

Huius præfati Reuerendi noſtri Prioris meminerunt Huber-

tus Epiſcopus Siluanectenſis, Carta ſua pro Prioratu S. Nicolai data anno Domini 1106. *Et Gualo Pariſienſis Epiſcopus, Carta de conceſſione quatuor Altarium, data anno* 1107. *Quas Deo dante ſuis locis, illam ſcilicet in præfato Prioratu; iſtam vbi de Eccleſia* Parochiali *S. Iuſtini* (de Louures en Pariſis) *ſumus loquuturi, referemus.*

Huius iterum meminit Yuo Carnotenſis, Epiſt. CXC. ſcribens ad præfatum Paſchalem *in hæc verba.*

NOtum eſſe volumus excellentiæ veſtræ, quia ego & Domnus Theobaldus B. Martini Pariſienſis Prior, audientes miſerabilem & mirabilem Remenſis Eccleſiæ deſolationem, auſu familiaritatis opportunè & importunè Regem Francorum interpellauimus, quatenus prædictæ Eccleſiæ expulſo inuaſore Geruaſio, pacem reſtitueret, & Domnum Radulfum eiuſdem Eccleſiæ Metropolitanum, in gratiam ſuam receptum, eidem Eccleſiæ præeſſe concederet, &c.

Sequentia ex vetere noſtro MS. Martyrologio ſunt deſumpta.

SCiant habitatores huius loci præſentes & ſuperuenturi. Quòd Domnus Mathæus huius Eccleſiæ Prior conſtituit in communi ſedens Capitulo, annuente Domno Abbate Pontio Cluniacenſi, vt per ſuccedentia tempora omnibus annis celebretur Tricenarium Miſſarum pro duobus anteceſſoribus ſuis, huius loci Prioribus, Domno videlicet Theobaldo, & Domno Vrſo. Et vt hoc præceptum nulla obliuione deleatur, præcepit prædictus Domnus Mathæus vt in craſtino Anniuerſarii Domni Theobaldi, idem ſemper incipiatur.

Item ex eodem.

VI. Idus Ianuarii, depoſitio Domni Theobaldi Prioris huius loci. Officium plenum fiat, & duodecim pauperes reficiantur, & cætera ſicut de Domno Vrſo fiant. Iacet prope ſedem quinti Prioris, ante aquam benedictam.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.

MATHÆVS I. S. R. E.

CARDINALIS EPISC. ALBANENSIS. APOSTOL. SEDIS Legatus, Prior S. Martini III.

CVIVS vitam Petrus noſter Cluniacenſis Mirac. lib. 2. à capite quarto ad decimum octauum fuſiſſimè & elegantiſſime conſcripſit. Eius etiam meminerunt S. Bernardus Epiſt. 21. Baronius Tomo 12. VVion. lib. 2. cap. 8. & in Martyrol. Benedictino 25. Decemb. Guiliel. Gemeticenſis lib. 8. Lectorem ad hos ideo remittendum cenſemus, vt ad cætera quæ nobis ſunt præ manibus commonſtranda pergamus. Ad hunc ergo ſequitur.

CALIXTI PAPAE SECVNDI DIPLOMA.

An. 1119. CAlixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto in Chriſto filio Mathæo Priori Monaſterii S. Martini, quod de Campis dicitur, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sicut iniuſta poſcentibus nullus eſt tribuendus effectus, ſic legitima deſiderantium non eſt differenda petitio. Proinde nos, dilecte in Chriſto fili Mathæe Prior, tuis petitionibus annuentes, B. Martini Monaſterium, cui authore Deo ex venerabilis fratris noſtri Pontii Cluniacenſis Abbatis inſtitutione præſides, præſentis decreti authoritate munimus, ſtatuentes vt quemadmodum cætera Cluniacenſis Cœnobii membra ſemper ſub Apoſtolicæ Sedis tutela

tela permaneat. Cuncta etiam quæ in præſenti XIII. Indictione eidem loco pertinere videntur, quieta vobis ſemper & integra permanere ſancimus, Videlicet in pago Pariſienſi decimam eiuſdem præfati Monaſterii S. Martini, & Altare & decimam de Calleuio. In ſuburbio Pariſiacę vrbis, Ecclesiam S. Iacobi cum Parochia. Propè Monaſterium S. Martini Capellam S. Nicolai. Infra vrbem in vico qui dicitur Iudæorum, Furnum quemdam, & ad magnum pontem duo molendina. Eccleſiam S. Dionyſii de Montemartyrum, cum Capella quæ ad Sanctum Martyrium appellatur. Nuſiellum villam cum Eccleſia & atrio, & omnibus appenditiis ſuis. Ruſiacum villam quam dedit Anſelmus Dapifer. Apud Tauerniacum & Turnum & Moncellum, hoſpites, & vineas, & cenſus & ſiluam caſtanearum, ex dono Odonis Comitis de Corbolio, & aliam ſiluam de caſtaneis iuxta eandem ſitam, Eccleſiam de Erigniaco. Apud Pontiſaram caſtrum, de dono regio, & Radulfi Delicati, & Guarnerii Siluanectenſis, hoſpites, cenſum & terras. Apud vallem Ioiaci, terram, cenſum, & hoſpites, ex dono cuiuſdam Monachi Berengarii, concedente Oſmundo de Caluo-monte, & villam Caſtaneum cum Eccleſia & decima, & terram de Puteolis, & Altare de Fontaneto. Altare, Eccleſiam, atrium & decimam de Eſcuen. Altare, atrium & decimam de Campiniaco. Eccleſiam de Dootmonte cum appenditiis ſuis. Altare de Ermenonuilla. Eccleſiam de Duniaco, & Molendina & cætera quæ ibi ſunt S. Martini. Apud Pontem-Ebali, curtem & terras. Ceurentium villam cum appenditiis ſuis, & Eccleſiam eiuſdem villæ, cum Capella & decima de Liuriaco. Bonzeias cum Eccleſia & appenditiis ſuis. Apud Nuſeium Siccum, terram & cenſum: Et apud Cleici terram & cenſum, & Penthinum cum Eccleſia & appenditiis ſuis, & Roueredum cum circumadiacentibus terris. Apud Luuram in Pariſiaco, Eccleſiam cum atrio. Apud Gornacum caſtrum, Monaſterium S. Mariæ cum omnibus appenditiis ſuis. Villam Nuſeium cum omnibus appenditiis ſuis. Mairoias cum Eccleſia & appenditiis

Challiot.

Le Pont de la Rappee.

Pont Hiblon.

ſuis. Decimam de Attiliaco. Villam Confluentiam cum Eccleſia & appenditiis. Apud S. Marcellum terram quam dedit Cleophas Monachus. Apud Vitriacum, villam, domum torcular, vineas & cenſum, & molendinum de Arcoilo. Apud Clamardum, Eccleſiam, terram, vineas & cenſum. Apud S. Clodoaldum, terram quæ Alnetus dicitur, cum appenditiis ſuis. In monte Sauias, & Monte Martyrum, torcularia & vineas. In Carnotenſi pago Eccleſiam de Bonnella cum atrio & hoſpitibus, & omnibus appenditiis ſuis. Vrſonis-villam cum Eccleſia & appenditiis ſuis. Bolouillam cum appenditiis ſuis, & Eſcun & Plan-montem, & villam Goüiolum cum Eccleſia & decima. Apud Mondonuillam, hoſpites & terras. Apud Capellam hoſpites & terras, Rodenis-villam cum Eccleſia & appenditiis ſuis. Apud Carnotum, in Burgo S. Caralhi, hoſpites & cenſum. Apud villam quæ Tabulas dicitur, cenſum denariorum, & decimam de Berceriis. Apud Criſperias, Eccleſiam & decimam & hoſpites. Villam Boult. Sanctum Hilarium cum Eccleſia & appenditiis ſuis. Gordum de Piſſiaco. Apud Medendam de tranſuerſo per aquam de ſingulis nauibus tres obolos, ex dono Geruaſii Dapiferi, & conceſſione Philippi Regis. Apud Miſiacum caſtrum & Contiacum, decimum diem in reditu pedagii, partem videlicet præfati Geruaſii. In Aurelianenſi pago, Hyenuillam cum Eccleſia & tota Parochia de Puteacio, & decimum mercatum cum omnibus appenditiis ſuis, & altare de Nouauilla. In Senonenſi pago, Eccleſiam & atrium de Pringi, & Vouas Apud Conam, Eccleſiam & atrium cum appenditiis ſuis. In Meldenſi pago Anetum villam cum Eccleſia & atrio, & appenditiis ſuis. In Sueſſionenſi pago, villam quæ S. Gemma dicitur, cum Eccleſia & appenditiis ſuis, & terram de Monte Aldonis. In Laudunenſi pago, Diſiacum villam, & Allodium de Branna cum appenditiis ſuis. In Nouiomenſi pago, Eccleſiam de caſtro quod Capy dicitur, cum appenditiis ſuis. Altare de Heldicurte, & Altare de Reuelone. In Ambianenſi pago, Eccleſiam de Ligniaco cum appenditiis ſuis.

Beboult.

Apud Arenas caſtrum, Eccleſiam B. Mariæ cum appendiciis ſuis. Apud Ruam, Vertunum & Vvaben, redditus ſalis & aquarias piſcium. In Taruanenſi pago, Altare de Feurentiaco cum appendiciis ſuis. In Beluacenſi pago apud Bellum-montem, Eccleſiam S. Leonori cum appendiciis ſuis, & decimam de Mediana curte. Apud Nuſiacum terram & cenſum. Apud Meruacum, villam, Altare, atrium & decimam cum appendiciis ſuis, & Altare S. Audomari cum appendiciis ſuis. Apud Beluacum Eccleſiam S. Pantaleonis. Apud Montiacum ſanctæ Oportunæ, Eccleſiam eiuſdem ſanctæ cum appendiciis ſuis. In Siluanectenſi pago Monaſterium S. Nicolai de Aciaco, cum appendiciis ſuis. Apud Sornillare, Eccleſiam, atrium, decimam & hoſpites. In Anglia apud Lundoniam, terram cenſualem & hoſpites, ex dono Radulfi de Tuin, ex conceſſione Heinrici Regis. Apud caſtrum Barnaſtabale, Eccleſiam cum appendiciis ſuis. Et cætera quæ prædeceſſorum noſtrorum ſanctæ memoriæ Vrbani Papæ, & Paſchalis ſecundi priuilegiis continentur. Quæcumque prætereà à quibuſlibet de ſuo iure eidem loco collata ſunt, vel in futurum conferri contigerit, firma ſemper & illibata permaneant, tàm à te quàm ab aliis qui per Cluniacenſes Abbates eidem loco præpoſiti fuerint, poſſidenda, regenda, ac perpetuò diſponenda. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat idem Cœnobium temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare: ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum ſuſtentatione ac gubernatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſue perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentauerit, ſecundò, tertiòue commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque

in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſtà ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hìc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Ego Calixtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. Datum apud S. Dionyſium, per manum Griſogoni S. R. E. Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarii, quinto Cal. Decembris. Indict. XIII. Incarnationis Dominicæ anno M. CXIX. Pontificatus autem Domni Calixti ſecundi Papæ anno primo.

Extat inter Epiſtolas Sancti Bernardi ſequens ad hunc illuſtriſſ. quam ob breuitatem hic animus fuit inſerere. Eſt autem 352.

De Homilia Villici iniquitatis.

Reuerendiſſ. Domino ſuo Mathæo venerabili Dei gratia Albanenſi Epiſcopo, Frater Bernardus vtique ſuus quicquid ſeruus Domino, & filius Patri.

QVod à Roma per Dominum Seruulum chariſſimum noſtrum Beluacenſem Abbatem ſuper eminentia magnitudinis veſtræ paruitati meæ mandauerat, videlicet quod ea quæ ſuper Euangelium de Villico iniquitatis Deus mihi dixiſſe donauerat, vobis tranſcriberem, & ſi ſerò, nunc tandem (non minimùm pauidus, ne quid ibi confuſum vos offendat) tranſmitto. Super hoc igitur quæſo vos in me pietatis & charitatis abundare viſceribus, quatenus & ignoſcatis mihi quod diſtuli, & emendetis vobis incorrectum quod obtuli. Auctoritati namque prudentiæ veſtræ reſeruans id corrigendum & ſuppliciter offero, & cultellum qui vulgo Quinniens nuncupatur, habens manubrium de ebore, cum chartula mitto, quatenus impoſturam quam auulſione dignam adiudicaueritis, meo gladio ſuccidatis. De cætero precor veſtræ pietatis abundantiam, ne in orationibus veſtris obliuiſcamini mei, qui ſine obliuione veſtri quotidie memoror vbi propenſiùs poſco miſericordiam Dei. Valete.

Vixit autem præfatus Mathæus Ludouici Sexti Francorum Regis temporibus, vt eiuſdem Ludouici Carta in hæc verba teſtatur.

IN Chriſti nomine. Ego Ludouicus Dei gratia Rex Francorum, notum fieri volo tàm futuris, quàm & inſtantibus. Quoniam noſtram adiere præſentiam Domnus Mathæus Prior S. Martini, totuſque eiuſdem Eccleſiæ Conuentus, rogantes ac obnixè deprecantes, quatenus pro animarum patris mei, & matris meæ, prædeceſſorumque noſtrorum remedio, quendam ſeruum noſtrum nomine Anſoldum, Eccleſiæ B. Martini donaremus. Quorum petitionem miſericorditer amplexus, cum eidem Eccleſiæ, nihil prorſus in eo retinentes, in perpetuum donauimus. Verùm vt hoc ratum & firmum maneat in ſempiternum, præſentem Cartam noſtri auctoritate ſigilli firmatam & corroboratam fieri diſpoſuimus, quæ & iſtud donum patenter exponat, & in munimentum ſtabilitatis perpetuò exiſtat. Actum Pariſius anno incarnati Verbi M. C X V I I. Regni noſtri I X. Adelaidis Reginæ I I I. Aſtantibus in Palatio noſtro quorum nomina ſubtitulata ſunt & ſigna. *An. 1117.*

Signum Anſelli Dapiferi.

S. Gilberti Buticularii.

S. Hugonis Conſtabularii.

S. Vvidonis Camerarii.

Data per manum Stephani Cancellarii.

Huic Cartæ adfixum, non autem adpendens eſt Sigillum, quod hîc vltrò imprimi curaſſem, niſi vetuſtate pars ipſius media dirupta excidiſſet, tametſi verò vetus æuum ſpiret & redoleat, Eiuſdem eſt geſtus ac maieſtatis modernorum noſtrorum, dempto quod à tergo impreſſum nihil habeat, vt pote membranæ infixum.

DE LIBERTATE TERRAE PONTISARENSIS, *Eiuſdem Mathæi Carta.*

EGo Mathæus Albanenſis Epiſcopus, & Sedis Apoſtolicæ Legatus, Notum facio tàm præſentibus quàm futuris, quod in noſtra Hyenuillæ, & fratrum noſtrorum Reginaudi Remenſis Archiepiſcopi, Goſleni Sueſſionenſis, Bartholomæi Laudunenſis, Simonis Nouiomenſis, Gaufredi Carnotenſis, Ioannis Aurelianenſis, Stephani Pariſienſis, Buchardi Meldenſis, Epiſcoporum, Gaufredi S. Medardi Sueſſionenſis, Sugerii S. Dionyſii Abbatum, præſentia, chariſſimus filius noſter Ludouicus Rex, noſtro & omnium prædictorum rogatu, & etiam precibus Adelaidis Reginæ, Radulfi Vermendenſis Comitis, necnon & Philippi filii Regis, in Regem deſignati, terram quam apud Pontiſaram Eccleſia S. Martini de Campis habebat, ab omnibus conſuetudinibus ad ſe pertinentibus liberam fecerit, excepta ſola expeditione per propriam vel Dapiferi ſui perſonam ſubmonita.

E vetere & M. S. noſtro Martyrologio.

VIII. Cal. Ianuarii. Depoſitio Domni Mathæi Epiſcopi Albanenſis.

ODO I. PRIOR S. MART. IV.

HVIVS *mihi dedere notitiam Patris duæ chartæ. Prima Guarini Ambianenſis Epiſcopi, pro tribus Altaribus, data anno* M. C. XXVII. *quæ tametſi poſtea Reuerendo Abbati de Corbeia, à Theobaldo noſtro Priore, dicti Odonis ſucceſſore (vti in eodem mox docebitur) fuerint conceſſa & tradita, hanc tamen non inutilem hic fore iudicaui. Secunda Ludouici VI. Francorum Regis, data anno* M. C. XXVIII. *quæ quamuis ſuperiùs expoſitá fuerit, eamdem etiam viſum fuit hoc loci repetere.*

CARTA GVARINI AMBIANENSIS Epiſcopi.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti Amen. Ego Galrinus Dei gratia Ambianenſis Eccleſiæ miniſter humillimus, ſanctæ Dei Eccleſiæ filiis præſentibus & futuris, æternam in Domino ſalutem. Notum fieri volumus tàm præſentibus, quàm futuris. Quod Guido Clericus me & Radulfum Archidiaconum noſtrum adierit, ſuiſque adiunctis precibus, ac Reuerentiſſimi Epiſcopi Sueſſionenſis Goiſlani, & Prioris Monaſterii S. Martini de Campis, nos implorans miſericorditer impetrauerit, quatenus Eccleſiam in honore egregii Confeſſoris & pretioſi Pontificis Chriſti Martini in territorio Vvanneii ſitam, & altare de Bonaio, & Altare de Curcellis, cum poſſeſſionibus quas nunc habet, *An. 1127.*

fratribus prædicti Monaſterii S. Martini de Campis concederemus, eiſque perpetualiter poſſidenda cum omnibus ad eadem Altaria pertinentibus, manſuro priuilegio confirmaremus, ne inter ſucceſſores noſtros Epiſcopos, & Monachos prædicti Monaſterii in poſterum diſſentio orireetur. Anno itaque ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo vigeſimo ſeptimo, Indictione quinta, prædicta Altaria cum appenditiis & omni poſſeſſione quam præfatus Guido habebat, prædicto Priori Monaſterii S. Martini de Campis Odoni & fratribus, annuente Clero Ambianenſi conceſſimus, eiſque ſuper hoc perpetualiter manſurum vt integrè habeant, quietè poſſideant, præſens priuilegium tradidimus. Synodales tamen cenſus, circatas aliaſque canonicas conſuetudines noſtras, ac miniſtrorum noſtrorum, in manu noſtra retinuimus, ſtatuentes in annis ſingulis nobis noſtriſque miniſtris & ſucceſſoribus ſtatutis temporibus perſoluantur. Si quis verò, quod abſit, leuitate temeraria impulſus hoc violare præſumpſerit, anathema ſit. Nomina verò perſonarum, in quarum præſentia prædictorum traditionem confirmauimus, per manum Arnulfi Notarii noſtri cum Signo noſtro ſubſcribi præcepimus.

Signum Guarini Ambianenſis Epiſcopi.

S. Goiſlani Sueſſionenſis Epiſcopi.

S. Radulfi Archidiaconi.

S. Simonis Archidiaconi & Præpoſiti.

S. Rogeri Decani.

S. Acardi, Rogeri, Dothonis, Sacerdotum.

S. Radulfi, Dodomani, Ingelbrandi, Diaconorum.

S. Andreæ, Guidonis, Nermundi, Subdiaconorum.

S. Balduini, Acardi, Hugonis, Acolytorum.

Rodulfus Cancellarius ſcripſit & ſubſcripſit.

CARTA

CARTA LVDOVICI VI. FRANCORVM REGIS quameminit Odonis Prioris S. Martini.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Ludouicus Dei miſericordia in Regem Francorum ſublimatus, notum fieri volo cunctis fidelibus, tàm futuris quàm inſtantibus, quòd pro peccatorum noſtrorum remiſſione, Deo & Eccleſiæ B. Martini de Campis, digna & humili petitione Domni Odonis honeſtiſſimi Prioris eiuſdem loci, & fratrum ibi Deo ſeruientium, in perpetuum concedimus, quod nos vel hæredes noſtri numquam B. Martini homines vel hoſpites capiemus niſi in præſenti foreſacto fuerint deprehenſi. Et ſi nos vel homines noſtri querelam aduerſus eos aliquam habuerimus, in Curiam Beati Martini ibimus, & iuſtitiam per manum Prioris & Monachorum inde ſuſcipiemus. Concedimus etiam quod B. Martini homines numquam in expeditionem vel equitatum ex conſuetudine, niſi ex amore ſolummodo, & prece & voluntate, & licentia Prioris ibunt. Præterea quicquid de feodo noſtro eis datum eſt, vel in futurum poterunt largiente Domino adipiſci, illis iure perpetuo confirmamus & concedimus. Quod ne valeat obliuione deleri, ſcripto commendauimus, & ne poſſit à poſteris infirmari, ſigilli noſtri auctoritate, & nominis noſtri caractere ſubterfirmauimus. Actum Pariſiis publicè, anno Incarnati Verbi M. C. XXVIII. Regni noſtri XX. Aſtantibus in Palatio noſtro quorum nomina ſubtitulata ſunt & ſigna. An. 1128.

Signum Ludouici Buticularii.
S. Hugonis Conſtabularii.
S. Alberici Camerarii.
Dapifero nullo. Cancellario nullo.
Algri Notarius relegendo ſubſcripſit.

MATHÆVS II.
PRIOR S. MART. V.

HActenus vnicum Mathæum in Priorem huic Monaſterio præfuiſſe, fueram arbitratus; quod in ea Reuerendorum noſtrorum Priorum Cartacæa Tabula ſiue Notitia, quam anno 1616. typis mandari & euulgari curaueram, à me ſic fuerat adnotatum. Sed perdio & pernocti Archiuorum noſtrorum indagatori, in manus tandem incidit ipſiſſimum ſequentis cartæ Authographum, quod dubio procul alterum Mathæum profert, quippe quem in annum M. C. XXIX. adducat, cum iam & Mathæum Albanenſem, & Odonem noſtrum primum, hunc præceſſiſſe demonſtrauerim.

LVDOVICI VI. FRANC. REGIS CARTA.

An. 1129. IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Ludouicus Dei gratia Francorum Rex. Nouerint omnes præſentes & futuri, quod Bucardus Clericus de Clamardo aſſenſu fratris ſui Ioannis Nigri quicquid ipſi habebant apud Clamardum de feodo Radulfi de Catiuilla dedit in eleemoſinam Monaſterio S. Martini de Campis, in quo & Monachus factus eſt, ipſo Radulfo aſſenſum præbente & laudante. Qui etiam Radufus veniens ad nos cum Domno Mathæo venerabili Priore eiuſdem loci, & quibuſdam aliis Monachis, rogauit nos vt intuitu pietatis illam donationem S. Martino concederemus, & ne ab aliquo poſſet infringi, regia auctoritate confirmaremus. Quorum precibus an-

nuentes, illam eleemoſinam cum cæteris bonis eiuſdem Domus in protectionem noſtram ſuſcepimus, & tàm nominis noſtri caractere, quàm ſigilli impreſſione corroborari præcepimus. Actum Pariſius publicè in Palatio, anno ab Incarnatione Domini M. CXXIX. Regni verò noſtri XXIIII. Aſtantibus in Palatio noſtro quorum nomina ſubtitulata ſunt.

Signum Radulfi Viromandorum Comitis, Dapiferi noſtri.
S. Vvilelmi Buticularii.
S. Hugonis Camerarii.
S. Hugonis Conſtabularii.
Data per manum Stephani Cancellarii.

HVGO I. PRIOR S. MART. VI.

HVIC murorum Martinianam noſtram Domum ambientium ſtructura tribuitur, ſed abſque die & Conſule, vt ſequitur ex vetere noſtro Martyrologio M. S.

XV. Cal. Februarii. Depoſitio Domni Hugonis quondam Prioris huius loci. Officium fiat ſicut de Prioribus noſtris ſolemniter. Ipſe emit Gruagium de Noiſiaco duodecim libris turonenſibus, & fecit fieri muros cum turribus huius loci, & vnam capam pretioſam dedit nobis. Et dedit nobis centum ſolidos annui redditus ſuper marchas de Prouintiis ad Anniuerſarium ſuum faciendum. Et fecit fieri domos de Rouueray, & multa alia bona fecit nobis. In die Anniuerſarii eius itur in Refectorium ad charitatem, propter muros cum turribus quas ædificauit.

At cùm huiuſcemodi ſtructuræ nihil penitus apud nos offen-

diſſem, commodùm & oportunè doctiſſimus vir, & quo cum arctiſſimum ineſt mihi amicitiæ vinculum, Andræas du Cheſne Turonenſis Geographus Regius, quod ſequitur ex Senatus Pariſienſis Archiuis à ſe deſumptum mihi lubentiſſimè impertiuit.

ARRESTATIONES PRONVNTIATAE in Parlamento Penthecoſtes anno M. CCLXXIII.

An. 1273. PRiore & Conuentu S. Martini de Campis Pariſ. claudentibus muro domum ſuam, volentibuſque murum ſuum facere ad lineam pilariorum inhærentium antiquo muro ſuo, Præpoſitus Pariſienſis ſe oppoſuit, nolens quòd loca exiſtentia inter dicta pilaria clauderent muro; cùm Dominus Rex habeat in locis ipſis iuſtitiam, ſicut dicebat, qua non poſſet liberè vti, ſi loca inter dicta pilaria exiſtentia muro clauderent. Conquerentibus itaque ſuper hoc Priore & Conuentu prædictis, aſſerentibuſque dicta loca eſſe de terra ſua, & in eis iuſtitiam ſe habere. Ordinatum fuit per Curiam, quod ſi Dominus Rex inueniatur eſſe in ſaiſina iuſtitiæ in locis prædictis, non permittantur Prior & Conuentus loca ipſa, quæ inter dicta pilaria cōſiſtunt, muro claudere. Si verò inueniatur quòd Prior & Conuentus habeant in dictis locis iuſtitiam, & hæc loca ſint de terra ipſorum, nec Dominus Rex ſit ibi in ſaiſina iuſtitiæ, permittantur dicta loca claudere muro, & vſque ad lineam dictorum pilariorum extendere murum ſuum.

Hæc tamen animum meum haud parum torquent, cùm anno præfato neque multò poſt vllum videam Hugonem nobis præfuiſſe. Vt autem vetus iſtud noſtrum M. S. cum Senatus Archiuis conciliemus, dicamus hunc & muros & turres huiuſmodi, ſed fortaſsis ordine minùs ſeruato ſtruxiſſe. Anno vero M.CCLXXIII. *eaſdem caducas vel ruinam minantes, rurſus excitatas, & ad amuſſim ſeu ad lineam, vti etiamnum viſuntur, deductas.*

THEOBALDVS II.

PRIOR S. MART. VII.

POST PARIS. EPISC. LXVIII.

HVNC Frater Iacobus du Breul, Monachus S. Germani de Pratis, Theat. Antiquit. Pariſien. lib. I. fol. LXIX. *ait Pariſienſi Epiſcopatui cæpiſſe præeſſe anno* M. CXLIII. *Andræas verò du Cheſne Turonenſis, Notis ad lib. IIII. Epiſtolarum Petri noſtri Venerabilis, columna* CXLIX. *Bibliothecæ noſtræ Clun. refert ex Priore Martiniano factum fuiſſe Epiſcopum Pariſienſem anno* M. CXL. *eidemque Epiſcopatui vſque ad annum* M. CLI. *præfuiſſe, ac tandem poſt obitum in eodem Cænobio ſepeliri voluiſſe. Extant apud nos Innocentij Papæ ſecundi de omnibus quæ tum poßidebat Martiniana Eccleſia ad eum Bullæ duæ, & tertia pro Prioratu S. Martini de Crecy in Bria. Primam quia ſimilis eſt ſecundæ, prætermittimus: dempto fine.* An. 1142.

Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Vvillelmus Preneſtinus Epiſcopus.
Ego Gregorius Diaconus Cardinalis SS. Sergii & Bacchi.
Ego Theoderinus S. Rufinæ Epiſcopus.
Ego Lucas Presbyter Cardinalis tituli SS. Ioannis & Pauli.
Data Piſis per manum Almerici S. R. E. Diaconi Cardinalis & Cancellarii XIII. Cal. Aug. Indictione XIII. Incar-

diſſem, commodùm & opportunè doctiſſimus vir, & quo cum arctiſſimum ineſt mihi amicitiæ vinculum, Andræas du Cheſne Turonenſis Geographus Regius, quod ſequitur ex Senatus Pariſienſis Archiuis à ſe deſumptum mihi lubentiſſimè impertiuit.

ARRESTATIONES PRONVNTIATAE in Parlamento Penthecoſtes anno M. CCLXXIII.

An. 1273. PRiore & Conuentu S. Martini de Campis Pariſ. claudentibus muro domum ſuam, volentibuſque murum ſuum facere ad lineam pilariorum inhærentium antiquo muro ſuo, Præpoſitus Pariſienſis ſe oppoſuit, nolens quòd loca exiſtentia inter dicta pilaria clauderent muro, cùm Dominus Rex habeat in locis ipſis iuſtitiam, ſicut dicebat, qua non poſſet liberè vti, ſi loca inter dicta pilaria exiſtentia muro clauderent. Conquerentibus itaque ſuper hoc Priore & Conuentu prædictis, aſſerentibuſque dicta loca eſſe de terra ſua, & in eis iuſtitiam ſe habere. Ordinatum fuit per Curiam, quod ſi Dominus Rex inueniatur eſſe in ſaiſina iuſtitiæ in locis prædictis, non permittantur Prior & Conuentus loca ipſa, quæ inter dicta pilaria cōſiſtunt, muró claudere. Si verò inueniatur quòd Prior & Conuentus habeant in dictis locis iuſtitiam, & hæc loca ſint de terra ipſorum, nec Dominus Rex ſit ibi in ſaiſina iuſtitiæ, permittantur dicta loca claudere muro, & vſque ad lineám dictorum pilariorum extendere murum ſuum.

Hæc tamen animum meum haud parum torquent, cùm anno præfato neque multò poſt vllum videam Hugonem nobis præfuiſſe. Vt autem vetus iſtud noſtrum M. S. cum Senatus Archiuis conciliemus, dicamus hunc & muros & turres huiuſmodi, ſed fortaſsis ordine minùs ſeruato ſtruxiſſe. Anno vero M.CCLXXIII. *eaſdem caducas vel ruinam minantes, rurſus excitatas, & ad amuſſim ſeu ad lineam, vti etiamnum viſuntur, deductas.*

THEOBALDVS II.

PRIOR S. MART. VII.

POST PARIS. EPISC. LXVIII.

HVNC Frater Iacobus du Breul, Monachus S. Germani de Pratis, Theat. Antiquit. Pariſien. lib. 1. fol. LXIX. *ait Pariſienſi Epiſcopatui cæpiſſe præeſſe anno* M. CXLIII. *Andræas verò du Cheſne Turonenſis, Notis ad lib. IIII. Epiſtolarum Petri noſtri Venerabilis, columna* CXLIX. *Bibliothecæ noſtræ Clun. refert ex Priore Martiniano factum fuiſſe Epiſcopum Pariſienſem anno* M. CXL. *eidemque Epiſcopatui vſque ad annum* M. CLI. *præfuiſſe, ac tandem poſt obitum in eodem Cænobio ſepeliri voluiſſe. Extant apud nos Innocentij Papæ ſecundi de omnibus quæ tum poßidebat Martiniana Eccleſia ad eum Bullæ duæ, & tertia pro Prioratu S. Martini de Crecy in Bria. Primam quia ſimilis eſt ſecundæ, prætermittimus: dempto fine.* An. 1142.

Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Vvillelmus Preneſtinus Epiſcopus.
Ego Gregorius Diaconus Cardinalis SS. Sergii & Bacchi.
Ego Theoderinus S. Rufinæ Epiſcopus.
Ego Lucas Presbyter Cardinalis tituli SS. Ioannis & Pauli.
Data Piſis per manum Almerici S. R. E. Diaconi Cardinalis & Cancellarii XIII. Cal. Aug. Indictione XIII. Incar-

nationis Dominicæ anno M.CXXXVI. Pontificatus verò Domni Innocentii Papæ ſecundi anno VI.

Secundam hic ſubiungimus, Tertiam infrà in præfato Prioratu de Crecy.

AD THEOBALDVM PRIOREM S. Martini de Campis.

INNOCENTII PAPAE SECVNDI DIPLOMA.

An. 1141. INnocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto in Chriſto filio Theobaldo Priori Monaſterii S. Martini de Campis, eiuſque ſucceſſoribus regulariter promouendis in perpetuum. Quotiens illud à nobis petitur quod rationi & honeſtati cognoſcitur conuenire, animo nos decet, libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Eapropter dilecte in Domino fili Theobalde Prior, tuis petitionibus annuentes, B. Martini Monaſterium cui auctore Deo ex venerabilis fratris noſtri Petri Abbatis Cluniacenſis inſtitutione præſides, præſentis decreti auctoritate munimus: Statuentes vt quemadmodum cætera Cluniacenſis Cœnobii membra ſemper ſub Apoſtolicæ ſedis tutela permaneat. Cuncta etiam quæ in præſenti ſexta Indictione eidem loco pertinent, quieta vobis ſemper & integra permanere ſancimus. Videlicet in pago Pariſienſi, decimam eiuſdem præfati Monaſterii S. Martini, & Altare & decimam de Calleuio. In ſuburbio Pariſiacæ vrbis, Eccleſiam S. Iacobi cum Parrochia. Propè Monaſterium S. Martini Capellam S. Nicolai. Infra vrbem in vico qui dicitur Iudæorum, Furnum quemdam. Subtus magnum pontem duo molendina, & ſuperius tertium. In Mibray quartum. Nuſiellum villam, cum Eccleſia & agro & omnibus appenditiis ſuis. Ruſiacum villam, quam dedit Anſelmus Dapifer. Apud Tauerniacum & Turnum & Moncellum, hoſpites, vineas, cenſus & ſiluam caſtanea-

rum ex dono Odonis Comitis de Corbolio, & aliam ſiluam de caſtaneis iuxta eandem. Eccleſiam de Eriniaco, & villam Caſtaneum cum Eccleſia & decimâ de Puteolis, & altare de Fontaneto. Altare & Eccleſiam, atrium & decimam de Campiniaco. Eccleſiam de Doomonte cum appenditiis ſuis. Altare de Ermenouilla, Eccleſiam de Duniaco, & Molendina, & cætera quæ ibi ſunt S. Martini. Apud Pontem Ebali, curtem & terras. Ceurencum villam cum appenditiis ſuis, & Eccleſiam eiuſdem villæ, cum Capella & decima de Liuriaco. Bonzeias cum Eccleſia & appenditiis ſuis. Apud Nuſeium Siccum, terram & cenſum, & apud Clici terram & cenſum, & Penthinum cum Eccleſia & appenditiis ſuis, & Roueredum cum adiacentibus terris. Apud Luuram in Pariſiaco, Eccleſiam cum atrio. Apud Gornacum caſtrum, Eccleſiam S. Mariæ cum omnibus appenditiis ſuis. Villam Nuſeium cum omnibus pertinentiis ſuis. Maïorolas cum Eccleſia & appenditiis ſuis. Decimam de Attiliaco. Villam Confluentiam cum Eccleſia & appenditiis ſuis. Apud S. Marcellum, terram quam dedit Cleophas Monachus. Apud Vitriacum, villam, domum, torcular, vineas & cenſum. Apud villam Iudæam, hoſpites, terram & cenſum & molendinum de Arcoilo. Apud Clamardum, Eccleſiam, terram, vineas & cenſum. Apud S. Clodoaldum, terram quæ Alnetus dicitur cum appenditiis ſuis. In monte Sauias torcularia & vineas. In Pariſiacenſi ciuitate, Eccleſiam quæ dicitur S. Dionyſii de Carcere, cum omnibus quæ Clerici antè poſſederant. Apud Montiacum ſanctæ Oportunæ, Eccleſiam eiuſdem ſanctæ cum appenditiis ſuis. In Rothomagenſi Archiepiſcopatu, apud Pontiſaram caſtrum de dono regio, & Radulfi Delicati, & Vvarnerii Siluanectenſis, hoſpites, cenſum, terras, & furnum. Apud vallem Ioiaci, terram, cenſus, & hoſpites, ex dono cuiuſdam Monachi Berengarii, concedente Oſmundo de Caluo-monte. In Carnotenſi pago Eccleſiam de Bonella cum atrio & hoſpitibus, & appenditiis ſuis. Vrſionis-villam cum Eccleſia & appenditiis ſuis. Bolouillam

cum appenditiis ſuis, & Eſcum & Placemontem, & villam Goilum, cum Eccleſia & decima. Apud Mondonuillam, hoſpites & terram. Apud Capellam, hoſpites & terram. Rodenis villam cum Eccleſia & appenditiis ſuis. Apud Carnotum in Burgo S. Caralni, hoſpites & cenſum. Apud villam quæ Tabulas dicitur, cenſum denariorum, & decimam de Berceriis. Apud Criſperias, Eccleſiam & decimam
aliàs & hoſpites. Villam Boult. Sanctum Hilarium cum Eccleſia
Bebault. & appenditiis ſuis. Gordum de Piſſiaco. Apud Medendam de tranſuerſo per aquam de ſingulis nauibus tres obolos, ex dono Geruaſii Dapiferi, & conceſſione Philippi Regis. In Aurelianenſi pago, Hyenuillam cum Eccleſia & tota Parochia de Puteacio, & decimum mercatum cum omnibus appenditiis ſuis, & altare de Nouauilla. In Senonenſi pago, Eccleſiam & atrium de Pringy & Vouas. Apud Cōnam, Eccleſiam & atrium cum appenditiis ſuis. In Meldenſi pago, Anetum villam cum Eccleſia & atrio, & appenditiis ſuis. Choiſiacum villam cum Eccleſia & decima, & decimam de Acy, & altare de Marolio villa. In Sueſſionenſi pago villam quæ S. Gemma dicitur, cum Eccleſia & appenditiis ſuis, & terram de Monte Aldonis. In Laudunenſi pago Diſiacum villam, & Allodium de Brienna cum appenditiis ſuis. In Nouiomenſi pago, Eccleſiam de caſtro quod Capy dicitur, cum appenditiis ſuis. Altare de Herticurte, & Altare de Reuelone. In Ambianenſi pago, Eccleſiam de Ligniaco cum appenditiis ſuis. Apud Ruam, Vertunum, & Vvaben, redditus ſalis, & aquarias piſcium. Apud Encram, Eccleſiam ſancti Geruaſii cum appenditiis ſuis. Apud Contiacum caſtrum de dono Geruaſii Dapiferi, decimum diem in redditu pedagii. In Beluacenſi pago, apud Bellum-montem, Eccleſiam S. Leonori cum appenditiis ſuis, & decimam de Mediana-curte. Apud Nuſiacum, terram & cenſum. Apud Meruacum villam, Altare & atrium, & decimam cum appenditiis ſuis, & Altare S. Audomari cum appenditii ſuis. Apud Miliacum caſtrum de dono Geruaſii Dapiferi, decimum diem de redditu pedagii.

dagii. Creſſoneſſart, Eccleſiam cum decima & vno furno. Eccleſiam de Vvlma. Apud Beluacum, Eccleſiam S. Pantaleonis. In Siluanectenſi pago Monaſterium S. Nicolai de Aciaco cum appenditiis ſuis. Apud Soruillare Eccleſiam, atrium, decimam & hoſpites. In Taruanenſi pago Altare de Feurentiaco cum appenditiis ſuis. In Anglia apud Lundoniam, terram cenſualem & hoſpites, ex dono Radulfi de Tuin, ex conceſſione Henrici Regis. Apud Barnaſtable caſtrum, Eccleſiam cum appenditiis ſuis, & cætera quæ prædeceſſorum noſtrorum ſanctæ memoriæ Vrbani Papæ, Paſchalis & Calixti ſecundi priuilegiis continentur. Decernimus ergo vt nulli omninò hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet moleſtiis fatigare. Sed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in poſterum Eccleſiaſtica ſæculariſue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentauerit, ſecundò, tertióue commonita, ſi non reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hîc bonæ actionis fructum percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus.
Ego Gregorius Diaconus Cardinalis SS. Sergii & Bacchi.
Ego Albericus Hoſtienſis Epiſcopus.
Ego Otto Diaconus Card. S. Georgii ad velum aureum.
Ego Stephanus Prænestinus Epiſcopus.
Ego Hubaldus Diac. Card. S. Mariæ in via lata.

Ego Imar. Tuſculanus Epiſcopus.
Ego Gerardus Diac. Card. S. Mariæ in Domina.
Ego Gregorius Card. tituli Calixti.
Ego Petrus Presbyter Card. tituli Paſtoris.
Ego Goizo Presbyter Card. tituli S. Ceciliæ.
Ego Thomas Presbyter Card. tituli Veſtinæ.
Ego.........Presbyter Card. tituli S. Praxedis.
Ego Petrus S. Mariæ in porticu Diac. Card.
Ego Nicolaus S. R. E. Diaconus Cardinalis.

Data Laterani per manum Gerardi S.R.E. Presbyteri Cardinalis ac Bibliothecarii, X. Cal. April. Incarnationis Dominicæ anno MCXLII. Indictione VI. Pontificatus verò Domni Innocentii ſecundi Papæ anno XIIII.

Extat ad hunc Reuerendum Petri noſtri venerabilis Epiſtola, quæ eſt libri quarti Epiſtolarum quadrageſima, habeturque in Bibliotheca noſtra Clun. Columna 875. cuius eſt initium.

Venerabili & chariſſimo fratri & amico noſtro Domno Theobaldo Dei gratia Pariſiorum Epiſcopo, Frater Petrus humilis Cluniacenſium Abbas, ſalutem & ſincerum in Domino dilectionis affectum. Placuit chariſſime mihi, &c.

Extat & eiuſdem Theobaldi Carta, conceſſionis Eccleſiæ Montiſmartyrum Ludouico VI. Francorum Regi, data in Capitulo B. Martini anno M. CXXXIII. *quam Deo dante vbi de Prioratu S. Dionyſij de Carcere ſumus loquuturi, in medium producemus; ſicuti & alias ad eundem Theobaldum Manaſsis Epiſcopi Meldenſis, in Prioratu de Crecy, ſub data anni* M. CXXXVII. *& Aloiſi ſeu Aluiſi Atrebatenſis Epiſcopi, anni* M. CXXXVIII. *quæ eidem Reuerendo ius in Eccleſia ſeu Prioratu S. Martini de Pas in agro Atrebatenſi confirmat, quas inferiùs, & ſuis locis exponemus.*

CONCESSIO ECCLESIAE DE VVANNEIO *Roberto Abbati de Corbeia.*

Per Theobaldum Priorem S. Martini de Campis.

NOtum fieri volumus tàm præſentibus, quàm futuris. Quod ego frater Theobaldus Prior S. Martini de Campis, conſilio fratrum noſtrorum & aſſenſu Capituli noſtri, Eccleſiam de Vvanneio cum appenditiis ſuis, Altare videlicet de Bonaio, & Altare de Curcellis, à venerabili Patre noſtro Vvarino Dei gratia Ambianenſi Epiſcopo nobis conceſſam, & à Vvidone de Vvanneio, qui eam poſſederat, apud Cluniacum in manu Apoſtolica liberè refutatam, nobis ab ipſo Apoſtolico liberè redditam, & perpetuò habendam manſuro priuilegio confirmatam, Corbeienſi Abbati Domno Roberto & Eccleſiæ, cui Deo authore præſidebat, perpetuò poſſidendam conceſſimus. Tali videlicet conuentione, vt in Natiuitate S. Ioannis Baptiſtæ apud S. Martinum de Campis ſingulis ſuccedentibus annis Eccleſiæ noſtræ marcham puri argenti & huſtini ponderis perſoluant. Quod ſi neglexerint, ſtatutum eſt præfato Abbate diligenter annuente; vt infra quindecim dies reddant conſtitutam marcham, cum lege decem ſolidorum Pariſiacenſium. Quod ſi iterum neglexerint, præfata Eccleſia de Vvanneio cum omnibus quæ ad eam pertinent, ad noſtram propriam poſſeſſionem redibit. Hoc etiam decretum eſt, vt numquam ibi Monachi deſint qui Deo ſeruiant. Ego autem frater Robertus Corbienſis Abbas, hanc conuentionem per omnia ſicut definita eſt, communi aſſenſu Capituli noſtri conceſſi, ac ſigilli noſtri impreſſione firmaui. Huius conuentionis teſtes ſunt ex parte S. Martini, Odo Cuſtos ordinis, Richardus Armarius, Albericus ſacerdos, Fulco, Amalricus Camerarius, Manaſſes, Richardus, Radulfus, Achardus, Odo, Subdiaconi, & cum his totus Conuen-

tus eiuſdem Monaſterii. Adfuerunt etiam Clerici, Giraldus, Rainaldus, Daniel frater eius, Adfuerunt etiam laici. Germundus, Herluinus filius matris ſuæ, Petrus cuſtos hoſpitii. Odo Faber, Iordanus, Albertus de Aneto. Item fuerunt ex parte Corbienſis Abbatis. Ingrano Subprior, Ioannes Sacriſta, Godefridus Capellanus, Ioannes Camerarius, Ioannes Cellerarius, Nicolaus, Goſzuinus, Adam, Radulfus. Item de Clericis, Simon Archidiaconus. Hugo, Vvalbertus, Rorgo, Herbertus, Item de Laicis, Vvibertus, Radulfus, Hugo, Præpoſitus, Vvalterius, Lambertus, Vvinemannus.

Ex vetere M. S. Martyrologio noſtro.

V. Idus Ianuarii. Depoſitio Domni Theobaldi Epiſcopi Pariſienſis, & Prioris huius loci. Officium fiat plenum per omnia, ſicut de aliis Prioribus noſtris, & itur ad charitatem in Refectorium. Hic iacet antè maius Altare ad ſecundam tumbam, parte ſiniſtra.

ODO II. PRIOR S. MART. VIII.

Ad quem ſequitur Lucij Papæ ſecundi Diploma.

An. 1144. LVcius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Odoni Priori S. Martini de Campis, eiuſque fratribus tàm præſentibus quàm futuris regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Ad hoc nobis Eccleſiæ Catholicæ cura à ſummo Paſtore Deo commiſſa eſt, vt Dei ſeruos paternis affectibus diligamus, & eo amplius ſtudeamus ipſorum deuotionem modis omnibus confouere, quo feruentiùs ipſi diſciplinis Eccleſiaſticis, & Sanctorum patrum regulis inhæ-

rere noſcuntur. Tunc enim Deo gratus Apoſtolicus impenditur famulatus, ſi ſanctorum locorum ſalubris inſtitutio, rigor & ordo noſtris patrociniis in Religionis puritate fuerint conſeruata. Ea propter dilecti in Domino filii, venerabilis fratris noſtri Theobaudi Pariſienſis Epiſcopi, qui per Dei gratiam eidem loco vtiliter præfuiſſe dignoſcitur, precibus inclinati, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Eccleſiam B. Martini in qua diuino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. Statuentes vt quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum iuſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. In Epiſcopatu Exonienſi, Eccleſiam S. Iacobi, & Eccleſiam S. Petri de Vvertonia, cum Capellis, terris & omnibus pertinentiis ſuis. Terram de Cotheleia & de Raimelia. In Epiſcopatu Ambianenſi, Eccleſiam S. Geruaſii de Enchra cum Capellis & omnibus pertinentiis ſuis. In Epiſcopatu Atrebatenſi, Eccleſiam de Paſſu, cum Capellis & omnibus pertinentiis ſuis. In Archiepiſcopatu Senonenſi, in Eccleſia S. Mariæ de Stampis, Prębendam vnam. In Epiſcopatu Pariſien. in Eccleſia B. Mariæ, Præbendam vnam. In Eccleſia S. Genouefæ, Præbendam vnam. In Epiſcopatu Beluacenſi, Eccleſiam de Prateriis. In Epiſcopatu Catalaunenſi, Eccleſiam de Vvalle monte, Eccleſiam de Friſiuilla cum Capella, Eccleſiam de Nigro-loco, Eccleſiam de Eſpancis, Eccleſiam de Verreriis. Capellam ſecus caſtrum Domini Petri in Eſtanneio, cum omnibus earum pertinentiis.

Porro locus ipſe in obedientia & ſubiectione Abbatis Cluniacenſis, ad cuius ius pertinere dignoſcitur, cum omnibus quæ ad ipſum pertinent, perpetuò maneat. Decernimus ergo vt nulli omninò hominum liceat eandem Eccle-

ſiam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura, ſalua Sedis Apoſtolicæ auctoritate & Diœceſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentauerit, ſecundò tertióue commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei ac Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatinus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Lucius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus.
Ego Theodeuinus S. Rufinæ Epiſcopus.
Ego Petrus Albanenſis Epiſcopus.
Ego Gregorius Presbyter Cardinalis, tituli Calixti.
Ego Rainerius Presb. Card. tituli S. Priſcæ.
Ego Guido Presb. Card. tituli SS. Laurentii & Damaſi.
Ego Nicolaus Presb. Card. tituli S. Ciriaci.
Ego Manfredus Presb. Card. tituli S. Sauinæ.
Ego Hugo Presb. Card. S.R.E. tit. S. Laurentii in Lucina.
Ego Iulius Presb. Card. tituli S. Marcelli.
Ego Gregorius Diaconus Card. SS. Sergii & Bacchi.
Ego Guido Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani.
Ego Octauianus Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Iuliano.
Ego Rodulphus Diac. Card. S. Luciæ in ſepta Solis.
Ego Ioannes Diac. Card. S. Adriani.
Ego GG. Diac. Card. S. Angeli.
Ego Aſtaldus Diac. Card. S. Euſtachii.

Ego Ioannes Diac. Card. S. Mariæ nouæ.
Ego Bernardus Diac. Card. S.R.E.
Data Laterani per manum Baronis S.R.E. Subdiac. Nonis Decembris, Indictione VIII. Incarnationis Dominicæ anno M. CXLIV. Pontificatus verò Domini Lucii ſecundi Papæ, anno primo.

AD EVNDEM ODONEM, EVGENII Papæ tertij Diploma.

EVgenius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Odoni Priori Monaſterii S. Martini de Campis eiuſque fratribus tàm præſentibus quàm futuris, Regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſis deſideriis dignum eſt facilem præbere conſenſum; vt fidelis deuotio celerem ſortiatur effectum. Ea propter dilecte in Domino fili Odo Prior, tuis iuſtis petitionibus annuentes, B. Martini Monaſterium, cui auctore Domino ex venerabilis fratris noſtri Petri Cluniacenſis Abbatis inſtitutione præſides, quemadmodum cætera Cluniacenſis Cœnobii membra, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. Statuentes vt quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium in præſentiarum iuſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Regum, largitione principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. In pago Pariſienſi, decimam præfati Monaſterii S. Martini, & Altare & decimam de Calloio. In ſuburbio Pariſiacæ vrbis Capellam S. Iacobi cum Parochia. Propè Monaſterium S. Martini Capellam S. Nicolai. Infra vrbem, vnam præbendam in Eccleſia S. Mariæ Matris Eccleſiæ eiuſdem vrbis, Eccleſiam S. Dionyſii quæ dicitur de Carcere, cum præbenda alia præfatæ matris vrbis Eccleſiæ. In- An. 1147.

Eccleſia S. Genoueſæ de Monte, vnam præbendam, Eccleſiam S. Mariæ extra caſtrum Gornaii. Aliam Eccleſiam infra ipſum caſtrum, Nuſiellum villam cum Eccleſia & atrio, Nuſiacum villam cum Eccleſia & decima. Apud Eſſoniam, Eccleſiam S. Stephani cum atrio & decima. Eccleſiam de Campiniaco, cum atrio & tertia parte decimæ. Roiſſiacum cum Eccleſia, atrio & decima. Eccleſiam Bercheriarum cum atrio & decima. Eccleſiam Pontolii cum atrio & decima. Capellam de caſtro quod dicitur Cauda, cum furno. Capellam Canolii, Eccleſiam de Ororii cum atrio & decima. In decima de Roiſſy vnum modium frumenti. Eccleſiam de Erigniaco, Villam de Caſtaneo cum Eccleſia & decima. Altare de Fontaneo, Eccleſiam & atrium, & decimam de Eſcuem. Eccleſiam de Doomonte. Altare de Armenonuilla, Eccleſiam Ceuerenti cum decima, & Capella de Liuriaco. Bonzeias cum Eccleſia. Penthinum cum Eccleſia. Apud Luuras, Eccleſiam cum atrio & decima, Eccleſiam de Attenuilla cum decima. Eccleſiam S. Oportunæ de Montiaco, Eccleſiam de Derenci cum tertia parte decimæ. Eccleſiam de Carrona, cum tertia parte decimæ. Eccleſiam B. Martini extra ciuitatem. Eccleſiam de Meru, duas partes decimæ de Villari-Adam. Mairolas cum Eccleſia & decimis, decimam de Grez. Eccleſiam & decimam de Chiury, decimam de Attilly. Villam de Conflens cum Eccleſia, Eccleſiam de Encra cum decima. Apud Clamart, Eccleſiam reddentem xxx. ſolidos per annum cum decima. Apud S. Clodovvaldum medietatem terræ quæ dicitur Anetum. Limogias cum Eccleſia & decima. Furcas cum Eccleſia & decima. In Nouiomenſi pago, Eccleſiam de Capy, cum præbenda S. Furſæi de Perona. Altare de Mœliens cum tertia parte decimæ, quod ante tenuerat Milo Canonicus de Perona. Altare de Elieſcurte, quod ante tenuerat Gauterius filius Vvaluodi de Nigella, Altare de Stripeium. Altare de Longeual. In Altari de Clari, beneficia trium feſtiuitatum, ſcilicet in Paraſceue & die Paſchæ, & die Purificationis B. Mariæ, & medietatem minutæ decimæ, & duas

partes

partes de medietate maioris decimæ, & medietatem atrii. Duas partes decimæ de Barlus. Altare de Fontenis. Decimam anguillarum Girardi de Capy. Altare de Reuelon. Altare de Betencurt. Altare de Heldincurt. Eccleſiam S. Hilarii. In pago Ambianenſi, Eccleſiam S. Modeſti de Ligny, Altare de Vilerey. Eccleſiam S. Mariæ de Arenis, Eccleſiam de Vauiller cum decima, Altare de veteri Ambiano. Tertiam partem Eccleſiæ de Morines. Decimam Molendini de Baldus, Eccleſiam de Vvainni. Eccleſiam de Bonai cum decima. In Atrebatenſi pago, Eccleſiam de Pas. In pago Laudunenſi, medietatem villæ quæ dicitur Diſy, quam tenet Lucas Abbas de Quiſſiaco, & Eccleſia ſua, reddens inde præfato Monaſterio veſtro xxx. ſolidos Pariſienſis monetæ per annum, iuxta inſtitutionem venerabilium fratrum noſtrorum Samſonis Remenſis Archiepiſcopi, & Bartholomæi Laudunenſis Epiſcopi. Alodium de Briannia, quod tenet Abbatia S. Huberti de Ardanna, reddens eidem Monaſterio duas marchas argenti per annum. In Remenſi pago, cenſum de Poelli, ex dono Gaulcheri de Baſoches. In pago Catalaunenſi, Eccleſiam de Vvailemont, Eccleſiam de Friſiuilla cum Capella, Eccleſiam de Virleu, Eccleſiam de Curtis, Eccleſiam de veteri Dampetro. In pago Sueſſionenſi, Villam S. Gemmæ cum Eccleſia. Eccleſiam de Lergny cum decima & atrio & ſeruis & ancillis. Eccleſiam de Noa S. Martini cum atrio & decima. In Beluacenſi pago, Eccleſiam S. Leonorii de Bellomonte, decimam de Mediana-curte. Altare S. Audomari. Eccleſiam de Creſſoneſſart cum decima. Eccleſiam de Vvirma. Eccleſiam de Frenei cum medietate decimæ. Eccleſiam B. Mariæ de Inſula, Eccleſiam de Meru cum atrio & tertia parte decimæ, & decima hortorum. Eccleſiam de Prateriis, reddentem xx. ſolidos pariſienſes per annum cum minuta decima. Eccleſiam S. Remigii de Noa cum decima. Eccleſiam de Villa-bernoſa, & quinque partes decimæ. Eccleſiam de Rouercdo cum atrio & minuta decima, & medietate maioris. Duas partes decimæ de Geals. Tertiam par-

Aa

tem decimæ de Liencurt. In pago Siluanectenſi, Eccleſiam S. Nicolai, cum Præbenda B. Matris Eccleſiæ ciuitatis. Eccleſiam de Oiri cum minuta decima. Eccleſiam de Soruillers, Eccleſiam de Coia cum atrio & minutæ decima. Medietatem Altaris de Brayo. Medietatem minutæ decimæ de Fontanis, & nonam partem maioris. In pago Senonenſi, villam de Fontanis cum Eccleſia & decima. Eccleſiam de Cona, Eccleſiam de Dormella. In Eccleſia B. Mariæ de Stampis, vnam Præbendam. In pago Aurelianenſi, Eccleſiam de Hienuilla cum Parochia de Puiſat. In pago Carnotenſi, Vrſonuillam cum Eccleſia. Gouuellum cum Eccleſia & medietate decimæ. Roenuillam cum Eccleſia & decima. Decimam de Bercheriis. Apud Criſperias, Eccleſiam & duas partes decimæ. Sanctum Hilarium cum Eccleſia. In Meldenſi pago, Anetum cum Eccleſia, & tertia parte decimæ. Choiſiacum cum Eccleſia & decima. Capellam de Meroliis, decimam de Acy. Eccleſiam S. Martini de Crecy, cum Parochia & tertia parte decimæ, & Capella S. Mariæ, & cæteris appenditiis. Capellam de Marnoa, Capellam de Incy. In Anglia, in pago Exonienſi, Capellam S. Iacobi ſuper aquam, iuxta ipſam ciuitatem cum, atrio & poſſeſſione Gaulteri militis, Eccleſiam de Tinctona, Eccleſiam S. Mariæ de Bernaſtabla, & cætera quæ de prædeceſſorum noſtrorum ſanctæ memoriæ Vrbani Papæ, Paſchalis, Calixti, Innocentii & Lucii priuilegiis continentur. Præterea prædeceſſoris noſtri bonæ memoriæ Papæ Vrbani veſtigiis inhærentes ſtatuimus, vt in Parochialibus Eccleſiis quas tenetis Epiſcoporum conſilio Presbyteros collocetis, quibus ſi idonei fuerint, Epiſcopi curam animarum committant vt huiuſmodi ſacerdotes de plebis quidem cura Epiſcopis rationem reddant, vobis autem pro rebus temporalibus debitam ſubiectionem exhibeant.

Decernimus ergo vt nulli omninò hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare: ſed omnia integra conſeruentur

eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura, ſalua Sedis Apoſtolicæ authoritate, & Diœceſanorum Epiſcoporum canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentauerit, ſecundò, tertióue commonita, ſi non reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

Datum Pariſius per manum Hugonis Presbyteri Cardinalis, tenentis vicem Domini Vvidonis S. R. E. Diaconi Cardinalis & Cancellarii VI. Nonas Iunii, indictione decima, Incarnationis Dominicæ anno M. CXLVII. Pontificatus verò Domni Eugenii Papæ tertii, anno tertio.

THEOBALDI PRAEDECESSORIS EIVS, tùm vero Pariſienſis Epiſcopi, De decima de S. Briccio, qua eiuſdem Odonis meminit, Carta.

THeobaldus Dei gratia Pariſiorum Epiſcopus, omnibus præſentibus & futuris. Sciat vniuerſitas veſtra, quod Mathæus Bellus decimam de S. Briccio, quam diu iniuſtè tenuerat, vt pote Laicus, ad hoc in manus noſtras refutauit, vt eam canonicè Monachis S. Martini de Campis concedentes, traderemus; aſſenſum præbentibus & laudantibus his qui ſubſcripti ſunt, Domno ſcilicet Sugerio venerabili Abbate Monaſterii S. Dionyſii cum aſſenſu Capituli ſui, de cuius feodo duæ partes ipſius decimæ erant. Domi- *An. 1148.*

no quoque Mathæo de Montemorenciaco, de cuius feodo tertia pars erat, & Adam filio eius, qui dicitur Bellus. Amalrico quoque maiore filio eius, & Yſabella vxore ipſius, & nihilominus fratribus ipſius Mathæi Radulfo & Ioanne. Nos verò rogatu ipſius & omnium prædictorum, eandem decimam S. Martino tradidimus, per manum dilecti fratris noſtri Odonis, Prioris eiuſdem Domus. Quod vt ratum ſit, ſigilli noſtri caractere corroborauimus, cum aſſenſu & atteſtatione perſonarum noſtrarum.

Signum Clementis Decani.

S. Vvermundi Archidiaconi.

S. Bernardi Archidiaconi.

S. Yuonis Archidiaconi.

S. Alberti Pręcentoris.

S. Philippi fratris Regis.

Mathæus autem de Montemorentiaco eandem decimam Monachis tuendam & deffendendam ſuper ſe & ſucceſſores ſuos contra omnem calumniam ita ſuſcepit, vt ſi eidem tuitioni ſe ſubtraheret, nos & ſucceſſores noſtri diſtrictam de eis iuſtitiam faceremus, & terram ipſorum interdicto ſubiiceremus. Actum eſt Pariſius anno ab Incarnatione Domini M. CXLVIII. Regnante Ludouico Rege Francorum & Duce Aquitanorum, anno regni ſui XVIII.

Inferius, & ſuis locis dabimus Cartas Odonis huius nominis ſecundi, Beluacenſis Epiſcopi, ſcilicet pro Prioratu B. Mariæ de Inſula Adæ ſub annum Domini M. CXLVIII. *& Simonis Nouiomenſis Epiſcopi, pro Altare de Muelins, Prioratui S. Medardi de Capiaco ſubdito, de anno* M. CXLVII. *Quibus eiuſdem Odonis noſtri Prioris fit mentio.*

AD hunc inſuper Petri noſtri Venerabilis duæ extant Epiſtolæ. Prima, lib. 1. *decima tertia ſub hoc titulo* Chariſſ. fratri Odoni, Frater Petrus humilis Cluniacenſium Abbas,

Pſal. 9. ſalutem. *Incipitque.* Deo gratias. Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus, &c. *Secunda, lib.* 4. *quadrageſima prima, cuius inſcriptio talis eſt.* Venerandis & chariſſimis fratri & filiis noſtris, Domno Odoni Priori, & cæteris apud S. Mar-

tinum de Campis, omnipotenti Domino ſeruientibus. Frater Petrus humilis Cluniacenſium Abbas ſalutem, & ab auctore bonorum omnium totius gratiæ & benedictionis plenitudinem. *initium verò.* Quid dicam? Quid loquar? &c. *Has ſuis locis Lectori licebit inuiſere, ſcilicet in Bibliotheca noſtra Cluniacenſi, Columnis* 633. & 876.

SIMON DE MERLO I. PRIOR S. MART. IX.

HVNC ex vetere noſtro M. S. Martyrologio ita nominari, abſque tamen die & Conſule, comperi; cui defectui ſequens Carta medetur.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Notum ſit omnibus tàm futuris quàm præſentibus, omnem decimam magnam & minutam, quam Eccleſia B. Martini de Campis apud villam quam Mediamcurtem vocant, antiquitus poſſidebat, ab eiuſdem Eccleſiæ Conuentu traditam Eccleſiæ S. Leonorii de Bellomonte, iure perpetuo poſſidendam, necnon & duos hoſpites & dimidium, cæteraque vniuerſa quæ in eadem villa prædicta Eccleſia S. Martini habebat, iamdictæ Eccleſiæ S. Leonorii ad poſſidendum tradita, dante pro his omnibus Comite de Bello-monte octoginta libras denariorum Pariſienſis monetæ, de argento illo quod pater ſuus Mathæus Comes, filius Yuonis Comitis, B. Leonorio in eleemoſinam dedit. Vt hoc ratum permaneat, ſigilli S. Martini de Campis impreſſione firmatum eſt. *An.* 1150.
Huius rei teſtes ſunt.
Simon Prior de Campis.

Odo ſenex Normanus Prior de Bellomonte.
Mathæus Comes.
Hugo frater eius.
Gaufredus de Baerna.
Rericus de Andilly.
Arnulfus de Vſſeio.
Arnulfus de Brueriis.

Actum eſt hoc in Capitulo S. Martini anno M. CLI. ab Incarnatione Domini, pridie Nonas Iulii, primo anno Conſulatus ipſius Mathæi.

AD EVNDEM, CARTA THEOBALDI *Pariſienſis Epiſcopi, de pluribus Eccleſiis noſtris, atque decimis.*

THeobaldus Epiſcopus Dei gratia Pariſienſis, Venerabili fratri S. Priori ſancti Martini de Campis, & fratribus eiuſdem Monaſterii in perpetuum. Religioſè viuentibus in ſpiritualibus ad ſalutem animarum ſuarum, noſtrum eſt conſulere, & in temporalibus ex noſtris & aliorum beneficiis vitæ præſentis ſubſidia prouidere, & prouiſa tueri. Ea propter quæ prædeceſſorum noſtrorum tempore & noſtro, Eccleſiæ S. Martini fidelium deuotio contulit pro redemptione animarum ſuarum, ego concedo & contrado, & literis meis confirmo, & ſigilli mei auctoritate munio, quatenus & firma conſiſtant, & ab omni peruaſorum calumnia ſecura perdurent. Eccleſiam S. Martini, cum Capellis S. Iacobi, & S. Nicolai. Decimam præfati Monaſterii, & Altare; & decimam de Challoio & Altare. Eccleſiam de Balbiniaco cum tertia parte decimæ. Eccleſiam de Lupera, cum atrio & tertia parte decimæ, & duabus partibus minutæ decimæ, & appenditiis ſuis. Eccleſiam ſancti Laurentii. Eccleſiam S. Dionyſii de Carcere, & Præbendam S. Mariæ Matricis Eccleſiæ, quæ iure antiquo ad eam pertinet, & quod habent in decima de Noorio, & de Mar-

chanciis & cum aliis appenditiis ſuis. Eccleſiam de Limogiis cum villa & decima. Furcas, cum decima. Eccleſiam de Conflens cum villa & tertia parte decimæ. Eccleſiam de Nuſiaco, cum decimis maioribus & minoribus. Decimam de Gragi, decimam de Attlly, decimam de Gentilly. Eccleſiam de Champiniaco cum tertia parte decimæ. Eccleſiam de Penthin, cum tota decima. Decimam totam de S. Briccio, præter modium vnum frumenti, quod eſt S. Victoris. Eccleſiam de Clamart reddentem xxx. ſolidos per annum cum decima. Eccleſiam de Eſcuem cum tota decima & atrio, & tortellis Natalis Domini, & Capella de Eſenuilla, Eccleſiam de Attenuilla cum decima tota & tortellis. In Eccleſia de Fontano tortellos in craſtino Natalis Domini, & decem modios vini & decimam. Eccleſiam de Champiniaco cum tertia parte decimæ, & atrio & tortellorum medietate, & in feſto S. Saturnini, & in Natale Domini, medietatem Offerendæ. Ad Caniuerias, tertiam partem totius decimæ. Spieriis, ſextam partem decimæ totius. Eccleſiam de Ororio cum decima. Eccleſiam de Bunziis, cum tota minori decima, & tertia parte maioris, & atrio, & medietatem Offerendæ in Paſcha, in Natiuitate, in feſto S. Petri. Eccleſiam de Ceurent, cum decima, & Capella de Auriaco. Eccleſiam de Derenci, cum tertia parte decimæ. Eccleſiam de Charrona, cum tertia parte decimæ vini. Eccleſiam de Moiſella, & totam decimam maiorem & minorem. Eccleſiam de Fontaneo & partem decimæ. In decima de Roiſſy vnum modium frumenti, in parte Rudolfi filii Fulconis. Eccleſiam de Erniaco. Præbendam vnam in Eccleſia S. Mariæ Pariſienſis, Apud Pentin, ſancto Dionyſio de Carcere, decimam vini, & in Capella eiuſdem Eccleſiæ, medietatem Offerendæ in tribus feſtis, Paſchæ, Omnium ſanctorum, Natalis Domini. Eccleſiam de Doomont, cum atrio & decima, decimam vini totam, & dimidiam leguminis. Partem decimæ de S. Briccio, & decimam frumenti de cultura Hugonis filii Garnerii. Apud Attenuillam, tertiam partem de ſua parte decimæ, tertia vini, annonæ & legumi-

Odo ſenex Normanus Prior de Bellomonte.
Mathæus Comes.
Hugo frater eius.
Gaufredus de Baerna.
Rericus de Andilly.
Arnulfus de Vſſcio.
Arnulfus de Brueriis.

Actum eſt hoc in Capitulo S. Martini anno M. CLI. ab Incarnatione Domini, pridie Nonas Iulii, primo anno Conſulatus ipſius Mathæi.

AD EVNDEM, CARTA THEOBALDI Pariſienſis Epiſcopi, de pluribus Eccleſiis noſtris, atque decimis.

THeobaldus Epiſcopus Dei gratia Pariſienſis, Venerabili fratri S. Priori ſancti Martini de Campis, & fratribus eiuſdem Monaſterii in perpetuum. Religioſè viuentibus in ſpiritualibus ad ſalutem animarum ſuarum, noſtrum eſt conſulere, & in temporalibus ex noſtris & aliorum beneficiis vitæ pręſentis ſubſidia prouidere, & prouiſa tueri. Ea propter quæ prædeceſſorum noſtrorum tempore & noſtro, Eccleſiæ S. Martini fidelium deuotio contulit pro redemptione animarum ſuarum, ego concedo & contrado, & literis meis confirmo, & ſigilli mei auctoritate munio, quatenus & firma conſiſtant, & ab omni peruaſorum calumnia ſecura perdurent. Eccleſiam S. Martini, cum Capellis S. Iacobi, & S. Nicolai. Decimam præfati Monaſterii, & Altare; & decimam de Challoio & Altare. Eccleſiam de Balbiniaco cum tertia parte decimæ. Eccleſiam de Lupera, cum atrio & tertia parte decimæ, & duabus partibus minutæ decimæ, & appenditiis ſuis. Eccleſiam ſancti Laurentii. Eccleſiam S. Dionyſii de Carcere, & Præbendam S. Mariæ Matricis Eccleſiæ, quæ iure antiquo ad eam pertinet, & quod habent in decima de Noorio, & de Mar-

chanciis & cum aliis appenditiis ſuis. Eccleſiam de Linogiis cum villa & decima. Furcas, cum decima. Eccleſiam de Conflens cum villa & tertia parte decimæ. Eccleſiam de Nuſiaco, cum decimis maioribus & minoribus. Decimam de Gragi, decimam de Attilly, decimam de Gentilly. Eccleſiam de Champiniaco cum tertia parte decimæ. Eccleſiam de Penthin, cum tota decima. Decimam totam de S. Briccio, præter modium vnum frumenti, quod eſt S. Victoris. Eccleſiam de Clamart reddentem xxx. ſolidos per annum cum decima. Eccleſiam de Eſcuem cum tota decima & atrio, & tortellis Natalis Domini, & Capella de Eſenuilla, Eccleſiam de Attenuilla cum decima tota & tortellis. In Eccleſia de Fontano tortellos in craſtino Natalis Domini, & decem modios vini & decimam. Eccleſiam de Champiniaco cum tertia parte decimæ, & atrio & tortellorum medietate, & in feſto S. Saturnini, & in Natale Domini, medietatem Offerendæ. Ad Caniuerias, tertiam partem totius decimæ. Spieriis, ſextam partem decimæ totius. Eccleſiam de Ororio cum decima. Eccleſiam de Bunziis, cum tota minori decima, & tertia parte maioris, & atrio, & medietatem Offerendæ in Paſcha, in Natiuitate, in feſto S. Petri. Eccleſiam de Ceurent, cum decima, & Capella de Auriaco. Eccleſiam de Derenci, cum tertia parte decimæ. Eccleſiam de Charrona, cum tertia parte decimæ vini. Eccleſiam de Moiſella, & totam decimam maiorem & minorem. Eccleſiam de Fontaneo & partem decimæ. In decima de Roiſſy vnum modium frumenti, in parte Rudolfi filii Fulconis. Eccleſiam de Erniaco. Præbendam vnam in Eccleſia S. Mariæ Pariſienſis, Apud Pentin, ſancto Dionyſio de Carcere, decimam vini, & in Capella eiuſdem Eccleſiæ, medietatem Offerendæ in tribus feſtis, Paſchæ, Omnium ſanctorum, Natalis Domini. Eccleſiam de Doomont, cum atrio & decima, decimam vini totam, & dimidiam leguminis. Partem decimæ de S. Briccio, & decimam frumenti de cultura Hugonis filii Garnerii. Apud Attenuillam, tertiam partem de ſua parte decimæ, tertia vini, annonæ & legumi-

nis, & decimam vinearum apud Argentuel, & decimam ex terra & vineis apud Spinuit, & tertiam partem decimæ vini apud Villers, & tertiam partem Altaris de Eſcuem. Tertiam partem Altaris de Marul, partem decimæ apud eandem villam. Quartam partem medietatis decimæ apud Francoruillam. Medietatem decimæ de Cepi. Decimam terræ quam Albericus Malenutritus tenet. Mairolas cum Eccleſia & decimis. Decimam de Grez & de Caſtris. Eccleſiam de Chiury cum decima & atrio. Decimæ de Edera maiorem partem & tractum ipſius. Medietatem decimæ de Centeni. In decima ſanctæ Columbæ de Sernum, dimidium modium frumenti. In maiori decima eiuſdem villæ, dimidium modium dimidiatæ annonæ. In decima Braiæ quæ dicitur Monialium, octauam partem, tàm maiori quàm minori, & in tortellis etiam, & octauam partem cenſus atrii. In Altari & in decima & tortellis de Bruneio, quandam partem quam dedit Rainardus Corned. Eccleſiam S. Mariæ extra caſtrum Gornaii. Aliam Eccleſiam infra ipſum caſtrum. Nuſiellum villam cum Eccleſia & atrio. Apud Eſſoniam, Eccleſiam S. Stephani cum atrio & decima. Eccleſiam de Campiniaco, cum atrio & tertia parte decimæ. Roiſſiacum villam cum Eccleſia, átrio & decima. Eccleſiam Bercheriarum cum atrio & decima. Eccleſiam Pontolii cum atrio & decima. Capellam de caſtro quod dicitur Cauda, cum furno. Capellam Canolii. Villam de Caſtaneo cum Eccleſia & decima. Duas partes decimæ de Villari-Adam. Eccleſiam de Meri, decimam de Grez. Apud ſanctum Clodoaldum, medietatem terræ, quæ dicitur Alnetum.

Eſt Petri noſtri Venerabilis, ad Sugerium Abbatem S. Dioniſij Epiſtola in Bibliotheca noſtra Cluniacenſi cum quibuſdam aliis antea ineditis, ad finem libri ſexti Epiſtolarum eiuſdem attexta, columna 960. ex qua veriſſimè conſtat hunc Simonem præfato noſtro Odoni ſecundo immediatè ſucceſſiſſe, quam hic ob breuitatem non diſplicuit addere.

Venerabili & chariſſimo Domino & amico noſtro Sugerio

gerio Abbati ſancti Dionyſii. Frater Petrus humilis Cluniacenſis Abbas, ſalutem & ſincerum in Domino dilectionis affectum.

QVia reuerentiam veſtram iam ab antiquo dileximus, & in Chriſti charitate diligimus, à vobis quoque diligi non diffidimus. Ea propter frequenter vos pro noſtrarum rerum diuerſis euentibus rogare non dubitamus. Nunc autem & rogamus dilectionem veſtram pro domo noſtra S. Martini de Campis, quæ ob debilitatem dilectiſſ. Fratris noſtri Domni Odonis plurimùm tàm in ſpiritualibus quàm in temporalibus attenuata eſt, & quotidie magis ac magis attenuatur. Vnde eius condeſcendentes infirmitati, à cura Domus prædictæ eum more noſtro abſoluimus, & loco ipſius dilectum fratrem & filium noſtrum Domnum Simonem quondam eiuſdem loci Subpriorem ſubſtituimus; qui à nobis & fratribus noſtris propter honeſtatem & mores optimos multum diligitur. Super quo rogamus prudentiam veſtram, vt eum cauſa Dei, & amoris noſtri reſpectu diligatis, auxilium & conſilium veſtrum ei impendatis.

BARTHOLOMEVS PRIOR S. MART. X.

Cuius eſt ſequens Carta.

EGo Bartholomeus Prior S. Martini notum facio tàm præſentibus quàm futuris: Quod Odo Clericus, qui ſe nobis reddidit & ſua poſt obitum ſuum, mutuauit à quadam femina nomine Liois LX. ſolidos ad meliorandam domum quæ ſuper aquam ſita eſt. Vnde etiam eidem feminæ conceſſit aſſenſu noſtro dimidiam partem prædictæ domus ad *An. 1154.*

manendum vel comedendum, & manſionem in Camera iuxta poſita in vita ſua, ita quod nec domum nec cameram inuadiare vel alienare poterit. Domus verò noſtra LX. ſolidos prædictæ feminæ poſt mortem Odonis, ſi non fuerint ab ipſo redditi, ſoluet. Quod vt ratum ſit, ſigilli noſtri impreſſione, & teſtium ſubſcriptione firmauimus.

Videnda inferiùs Theodorici Ambianenſis Epiſcopi Carta, ſcilicet in Prioratu SS. Gervaſij & Protaſij de Encra, data anno Domini M. CLIV. cui ſubſcripſit dictus Bartholomeus.

GVILIELMVS I.

PRIOR S. MART. XI.

Huius meminit Theobaldus Pariſienſis Epiſcopus, ſequente ſua Carta.

De decima de Braio, & decima minuta de Furchis.

An. 1157. EGo Theobaldus Dei gratia Pariſiorum Epiſcopus, Notum fieri volo, quod S. Martinus habet decem libras Prouinienſium, & XL. ſolidos Pariſienſium ſuper decimam Thomæ de Braïo. Quadraginta autem ſolidi Pariſienſium adaucti ſunt in præſentia noſtra apud Muſſiacum XI. Cal. April. pro XX. ſextariis annonæ. Quod Vvilelmus Prior S. Martini conceſſit eidem Thomæ. Eadem etiam die Milo miles paruus de Furchis reddidit in manus noſtras minutam decimam ſuam, & decimam vini ſui, & prece ſua dedimus eam S. Martino. Hoc autem factum eſt in præſentia noſtra apud Muſſiacum, & ipſius Prioris Guillelmi. Actum Pariſius anno ab Incarnatione Verbi M. CLVII.

CESSIONIS IVRIS APVD DISIACVM, *eiuſdem Guilelmi Carta.*

FRequenter accidere conſueuit, vt ea quæ pro bono pacis & charitatis conſeruandæ inter homines à probis & ſapientibus conſtituta ſunt, obliuio deleat à memoria hominum, & reuocet ad perniciem contentionis quod ſalubriter terminatum fuerat per conſilium bonitatis. Huius igitur mali vitandi gratia, Ego Vvilelmus Prior S. Martini de Campis, aſſenſu totius Capituli noſtri, ſcripturæ iſtius annotatione memoriæ commendo præſentium, & ad notitiam tranſmitto futurorum, Quod ratam & firmam habemus compoſitionem quæ facta eſt inter Eccleſiam noſtram & Abbatem ſiue Canonicos Cuſſiacenſis Abbatiæ, per manum venerabilium virorum Domini Samſonis Remenſis Archiepiſcopi, & Bartholomei Laudunenſis Epiſcopi. Ea ſcilicet conditione vt habeant quicquid noſtri iuris erat apud Diſiacum, & pro hoc reddant nobis ſingulis annis infra octabas S. Remigii xxx. ſolidos Pariſienſis monetæ, eo ſcilicet ordine & tenore quo diffinitum eſt in litteris prænominatorum Epiſcoporum. Vt autem iſta conſtitutio debitam habeat firmitatem, decreuimus eam ſigillo S. Martini, & ſigillo Conuentus Cuſſiacenſis inſigniri & corroborari, & Cyrographo facto, mediam partem apud nos detineri, & aliam apud eos conſeruari. Actum eſt Pariſius, anno Domini M. CLVII. *An. 1157.*

Huic Cartæ duo ſub duplici cauda coriacea adpendent ſigilla, quorum primum penè diruptum & conquaſſatum, & ob id lintheolo inuolutum eſt. Secundum (quod arbitror noſtri eſſe huius Reuerendi Prioris) figuram habet Antiſtitis ſacris veſtibus induti, more priſcorum Martinianorum Priorum, cuius circumſcriptio vetuſtate corroſa, legi nequit.

THEOBALDVS III. PRIOR S. MART. XII.

Carta Petri Abbatis S. Luciani Beluacenſis de S. Audomaro.

An. 1161. EGo frater Petrus Abbas S. Luciani Beluacenſis notum facio tàm futuris quàm præſentibus. Quod Theobaldus venerabilis Prior S. Martini de Campis, quicquid habebat apud S. Audomarum, & decimam pedagii de Miliaco, & quod habebat in pedagio de Conty, & modium vnum frumenti in molendino de Huns, hoc totum conceſſit Eccleſiæ S. Luciani Beluacenſis, aſſenſu totius Capituli ſui, & quicquid iuris habebat in his prædictis in prænominatam Eccleſiam totum ſine diminutione transfudit. Sub tali quidem pactione, quod Eccleſia S. Martini de Campis iure perpetuo poſſidebit quicquid terræ & redditus habebat Eccleſia S. Luciani apud Puteolos & apud Luures. Inſuper quod Eccleſia S. Luciani perſoluet B. Martino apud Pariſius ſeptem libras Beluacenſis monetæ ſingulis annis. Sexaginta videlicet & decem ſolidos in feſtiuitate hyemali beati Martini, & alios ſexaginta & decem ſolidos infra octabas Paſchæ. Quod ſi Eccleſia S. Luciani ſummam prædictam ſtatuto termino non perſoluerit, tertia die poſt feſtum B. Martini perſoluet legem decem ſolidorum. Similiter ſi infra octabas Paſchæ non reddiderit, eandem legem decem ſcilicet ſolidos perſoluet B. Martino ſequenti die poſt octabas. Si verò, quod abſit, ſtatutis terminis neque cenſum neque legem Eccleſia Beluacenſis S. Martino reddiderit, tunc omnes Eccleſię S. Luciani, quæ in Epiſcopatu Beluacenſi conſtitutæ ſunt, à diuino of-

ficio ceſſabunt ſine alio iudicio vel placito, donec Eccleſia S. Luciani de prædicto cenſu & lege Eccleſiæ S. Martini ſatisfecerit. Hæc autem pactio inter vtramque Eccleſiam firmata eſt, ita quod Carta S. Luciani ſignata eſt ſigillo B. Martini, & Carta S. Martini ſignata eſt ſigillo S. Luciani. Actum Pariſius apud S. Martinum de Campis, anno ab Incarnatione Domini M. CLXI. regnante Rege Francorum Ludouico.

Cartæ huic ſub filis ſericeis, coloris viridis adpendet ſigillum oblongum in cera rubea, in quo eſt figura ſeu imago Pontificis Sacris veſtibus induti, pedibus ipſam Cartamcontingentis, ſeu verſa facie ad ipſam, quod notatu dignum eſt, cuius circumſcriptio talis eſt. Sigillum S. Luciani Beluacenſis Epiſcopi & Martyris.

Extat Bulla Alexandri Papæ tertij, dilectis filiis Theobaldo Priori, & fratribus Eccleſiæ S. Martini de Campis, ſuper controuerſia Eccleſiæ S. Martini de Paſſo. Data Senonis per manum Hermanni S. R. E. Subdiaconi & Notarii, Idibus Decembris, Indictione XIII. Incarnationis Dominicæ anno M. CLXIV. Pontificatus eiuſdem VI. *Hanc autem inferiùs integram ad dictum Prioratum ſeu Eccleſiam de Paſſo remittimus.*

GVALTERIVS CATALAVNENSIS, PRIOR S. MARTINI XIII. POST ABBAS CLVN. XIII. Anno M. CLXXVI.

E pluribus quæ huius meminerunt, Cartis, duas ſequentes ſelegi.

Carta Guidonis de Montegaio.

NOtum ſit omnibus tàm præſentibus quàm futuris, *An. 1168.*
quòd ego Guido de Montegaii aſſentiente & lau-

dante vxore mea Adeleida, conceſſi hoſpitibus S. Martini de Campis, de Bonzeiis & de Ceuerento, per manum Gaulterii Prioris eiuſdem loci, totam terram de Alneis, quæ eſt de Grieria mea, quæ à retroactis temporibus vſque ad præſens exarata eſt, vt eam liberè & quietè & ſine omni moleſtatione mea vel ſeruientium meorum poſſideant & agricolentur. Pro hac verò conceſſione x. libras habui Pariſienſis monetæ. Quod vt ratum ſit, litteris annotatum, ſigillo meo corroboratum, & teſtibus ſubnotatis communitum eſt.

Teſtes ex parte mea fuerunt.
Riſolus miles.
Alardus Præpoſitus Montiſgaii.
Anſellus frater eius.
Ioannes filius eius.
Odo miles de Curte-Erici.
Vvilelmus de Curte-Erici.

Ex parte Prioris.
Galfredus miles de Ceuerento.
Euerardus de Nuelio.
Yuo Maior de Bonzeiis.
Petrus Decanus eiuſdem villæ.
Conſtabulus Thomas.
Fulcherius Maior de Ceuerento.
Guido frater eius.

Annus quo hæc conceſſio facta eſt, erat ab Incarnatione Domini milleſimus, centeſimus ſexageſimus octauus.

DE COMMVTATIONE FACTA INTER Adam de Braio, & Theobaldum filium eius,

Carta Gualterij Prioris S. Martini.

An. 1172. IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Amen. Ego Frater Gualterus Prior S. Martini de Campis, & totus

Conuentus Eccleſiæ, ſcripti huius adnotatione memoriæ commendamus præſentium, & ad notitiam tranſmitto futurorum, conuentionem quandam quæ ſub præſentia noſtra facta eſt inter Adam de Braio, & Theobaldum filium eius. Hæc autem ſic ſe habet. Adam multis adſtantibus manifeſtè cognouit, quod tàm ipſe, quàm vxor ſua Emelina, mater ſcilicet ipſius Theobaldi, dederunt eidem Theobaldo iure hæreditario poſſidenda ea quæ ſubiecta ſunt: duas domos ante Curiam Regis ſitas, quæ ſunt de cenſu S. Maglorii, & totum cenſum ſuum quem habebant in loco qui Campellus appellatur, & domum quam habebant in Figularia, ſcilicet cum toto ambitu eidem domui adiacenti, & vineas quas habebant apud Muſteriolum, & grangiam de Bercix cum vniuerſis terris & pratis ad eandem pertinentibus. Sciendum autem quòd omnia alia prædicta excepta hac grangia de Bercix & ſuis pertinentiis dedit prædictus Theobaldus vxori ſuæ Petronillæ in dotem. Verumtamen quia præfatus Adam hæc omnia quoad viueret in manu ſua tenere volebat, timens ne filio ſuo ſæpenominato Theobaldo aliquod detrimentum vel calumnia poſſit oriri, deueſtiuit ſe de omnibus his prædictis in manibus dominorum de quibus tenebat, & filium ſuum Theobaldum inueſtiri fecit. Theobaldus verò nihilominus patris ſui vtilitatibus prouidens, aſſenſu vxoris ſuæ Petronillæ hæc omnia patri ſuo recipere commendauit, ea videlicet conditione quod ipſe Theobaldus totum cenſum de omnibus ſupradictis Dominis, de quibus mouet, perſoluet. Adam autem pater eius totum fructum, qui de omnibus his prouenire poterit, quoadusque in ſæculari habitu vixerit, habebit. Hæc autem inter patrem & filium concorditer compoſita, ne aliqua malitia turbari poſſent, prædictus Theobaldus & vxor ſua Petronilla fide interpoſita & iuramento ſubſequente firmauerunt. Nomina fideiuſſorum hæc ſunt.

Gilbertus frater Petronillæ.

Robertus, & Adam, & Henricus, filii Balduini.

Ferricus frater Philippi.
Galterus filius Philippi.
Rogerus, Arpinus, Guimondus.

Ex alia parte.

Adam pater ipſius Theobaldi & Maria vxor ſua, fide ſimiliter interpoſita pepigerunt Theobaldo & vxori ſuæ Petronillæ, ſe iſta bona fide cuſtodituros, videlicet quod nullo ingenio vel arte quærerent vel conſentirent quomodo prædictæ poſſeſſiones eiſdem vel hæredibus eorum a uferri vel minui, vel in ſtatum deteriorem conuerti poſſint. Iſti ſunt teſtes huius rei, Gualterus Prior, Ioſcelinus Subprior. Anno ab Incarnatione Domini M. CLXXII.

Item alia eiuſdem Carta ſub data anni M. CLXXVI. pro Capella S. Hilarij de Feruent, in agro Atrebatenſi, quam inferiùs, vbi de Capellis noſtris (quas Monachales vocant) erit nobis tractandum, collocabimus.

Præterea Mauricius de Soliaco 70. Pariſien. Epiſcopus. in quadam ſua Carta, ſine data tamen, ſic fatur. Temporibus noſtris mota fuit controuerſia ab Eccleſia S. Martini de Campis, cuius tunc temporis Prior erat Gaucerius dictus Catalaunenſis.

E vetere noſtro & M. S. Martyrologio.

VIII. Idus Septembris. Depoſito Domni Gualterii Abbatis Cluniacenſis, quondam Prioris huius loci, Officium fiat ſicut de aliis Abbatibus noſtris. Iacet Cluniaci, ante Capellam S. Martialis.

ROBERTVS I.

ROBERTVS I.
PRIOR S. MART. XIV.

De Præbenda Martiniana apud S. Genouefam in Monte Pariſino.

Ioannis Abbatis eiuſdem Carta.

I Sanctæ Genouefæ dictus Abbas, totuſque eiuſdem Eccleſiæ humilis Conuentus. Notum fieri volumus præſentibus pariter & futuris, quod Præbendam quam Monachi S. Martini de Campis habent in Eccleſia noſtra, quam accipere ſolebant apud Nannetodorum, conſenſu & voluntate ipſorum eis aſſignauimus apud Anetum in villa ſua, in decima ſcilicet quam acceperunt in pignore à Domino Vvillelmo de Aneto, vt ibi quamdiu habebunt decimam, percipiant Præbendam ſuam. In prædicto enim pignore poſuimus centum quadraginta libras Pariſienſis monetæ, tali conditione quod ſi decima illa quandocumque, à quocumque redempta fuerit, præfata ſumma pecuniæ in tuto loco conſenſu vtriuſque Eccleſiæ deponetur, donec in redditus emendos conſenſu vtriuſque Eccleſiæ collocetur, ex quibus Præbendam ſuam recipient. Et ſi contigerit perpetuò decimam illam apud Monachos remanere, perpetuò præbendam ſuam ex ea percipient, nec à modo poterit eis eſſe recurſus vel ad villam noſtram in qua percipere ſolebant Præbendam ſuam, vel ad aliquam Eccleſiæ noſtræ terram. Præterea ſciendum quod nullatenus ab eis de cætero poterimus exigere, vt pro Præbenda illa aliquod diuinum in Eccleſia noſtra perſoluant Officium, ſalua ſpiritali ſocietate habita inter prædictas Eccleſias. Ita ſcilicet, quod quandocumque An. 1195.

contigerit alterutrius Eccleſiæ quemquam fratrum decedere, ſibi inuicem nunciabunt, & Officium tale facient. In Conuentu Miſſam, & vnuſquiſque ſacerdotum Miſſam, & omnium orationum participationem. Quod vt ratum ſit & inconuulſum permaneat, ſigilli noſtri impreſſione fecimus confirmari, Fratrum noſtrorum nomina ſubtus annotantes.

Signum Vvilelmi Prioris.

S. Guidonis Subprioris.

S. Stephani & Ioannis Preſbyterorum.

S. Stephani & Richardi Diaconorum.

S. Petri & Girardi Subdiaconorum.

Actum anno Incarnati Verbi milleſimo centeſimo nonageſimo tertio.

DE EADEM PRAEBENDA, CARTA Roberti Prioris S. Martini.

EGo Frater Robertus Prior S. Martini de Campis, & totus eiuſdem loci Conuentus. Notum fieri volumus tàm præſentibus quàm futuris, quod Præbendam quam habemus in Eccleſia S. Genoüefæ de Monte, quam accipere ſolebamus apud Nannetodorum, Abbas & Canonici eiuſdem Eccleſiæ aſſignauerunt nobis apud Anetum, in villa noſtra in decima quam accepimus in pignore à Domino Vvilelmo de Aneto, vt ibi quamdiu habebimus decimam, percipiamus Præbendam noſtram. In prædicto enim pignore prædictus Abbas & fratres poſuerunt centum quadraginta libras Pariſienſis monetæ, tali conditione, quod ſi decima illa quandocumque à quocumque redempta fuerit, præfata ſumma pecuniæ in tuto loco conſenſu vtriuſque Eccleſiæ deponetur, donec in redditus emendos conſenſu vtriuſque Eccleſiæ collocetur, ex quibus Præbendam noſtram percipiemus. Et ſi contigerit perpetuò decimam illam apud nos remanere, perpetuò Pręebendam noſtram ex

ea percipiemus, nec à modo nobis poterit eſſe recurſus, vel ad villam in qua percipere ſolebamus Præbendam, vel ad aliquam eiuſdem Eccleſiæ terram. Præterea ſciendum quod prædicti Abbas & fratres pro Præbenda illa, quam nobis aſſignauerunt, nullum temporale beneficium de cætero à nobis poterunt exigere, ſalua ſpirituali ſocietate habita inter prædictas Eccleſias. Ita quod quandocumque contigerit alterutrius Eccleſiæ quemcumque fratrum decedere, ſibi inuicem nuntiabunt, & Officium tale facient. In Conuentu Miſſam, & vnuſquiſque ſacerdotum Miſſam, & omnium orationum participationem. Quod vt ratum & inconuulſum habeatur, ſigillo communi confirmamus.

Plurima alia pro hoc Reuerendo noſtro Priore ſuppetunt teſtimonia, quæ hic recenſita & expoſita, Lectori fortaſsis nauſeam & tædium adferrent. Ideo prætermittimus, retentis ſolummodo nominibus, & annorum deſignatione.

Carta Yuonis Abbatis de Sancto Portu, data anno Domini M. CLXXX. *pro decima & vineis de Fontaniſ-portu.*

Carta Simonis Meldenſis Epiſcopi, de decima noſtra de Aneto, data anno Domini M. CLXXXXIII.

Item tres eiuſdem Reuerendi noſtri Cartæ. Prima, *anni* M. CLXXXIII.. *Secunda*, M. CLXXXXVII. *Tertia ſine die & Conſule, cuius hoc eſt initium.*

Ego Robertus Prior S. Martini de Campis & Conuentus. Notum facimus tàm præſentibus quàm futuris, quòd talliam quam ab hominibus de Limogiis & Furcis ſingulis annis exigebamus, &c.

E Vetere noſtro & M. S. Martyrologio.

V I I. Idus Ianuarii depoſitio Domni Roberti Prioris huius loci. Officium fiat ad plenum, & itur in Refectorium ad charitatem.

GVILIELMVS II.

PRIOR S. MART. XV.

POST ABBAS CLVN. XVIII.

An. M. CCVII.

An. 1201. *E Pluribus, quæ mihi Reuerendum hunc prodiderunt Cartis, à quibus lubens & ne prolixior ſiam abſtineo, hæ ſunt præcipuæ.*

Carta VVidonis Abbatis Trium-fontium, Tranſactionis decem marcharum argenti annui redditus, pro ceſſione Eccleſiæ S. Martini Pauperis in Dioceſi Catalaunenſi ſitæ, data anno Domini M. CCII.

Carta Odonis de Soliaco LXXI. *Pariſienſis Epiſcopi. De furnis Adæ de Monſterel, Canonici Pariſienſis in Campellis, data anno Domini* M. CCII.

Carta fratris Andreæ de Coloors, domorum militiæ Templi quæ ſunt in Francia, Præceptoris. Pro quodam prato apud Noiſiacum. Data anno Domini M. CCIII.

Carta Petri Senonenſis Archiepiſcopi, de quadam controuerſia inter Priorem de Conis ſeu de Cannis, & Presbyterum ſeu Curionem eiuſdem. De anno Domini M. CCIV. *Quam inferiùs, in dicto Prioratu de Cannes, Deo dante exhibebimus.*

Hunc denique teſtantur vetuſti noſtri codices plurima huic Monaſterio contuliſſe, potiſsimum centum libras in decima de Aneto, quinquaginta libras in Molendino de Bellomonte, & Ornamenta Eccleſiæ pretioſa.

E vetere noſtro M. S. Martyrologio.

III. Idus Ianuarii. Depoſitio Domni Guillelmi Abbatis

Cluniacenſis. Officium fiat ſicut de aliis Abbatibus. Prior huius loci extitit & Monachus. Iacet ante maius Altare noſtrum.

GVIDO I. PRIOR S. MART. XVI.

EGo frater Guido Prior S. Martini de Campis, & eiuſdem loci Conuentus, Vniuerſis ad quos præſens ſcriptum peruenerit, notificamus, quod nobilis vir Rogerius de Molant, medietatem Boſci Herlant in feodum & homagium à nobis tenebat, & alteram medietatem, quæ propria erat Domui noſtræ de Merroliis, commutauimus & conceſſimus Anſello Dambede, pro quinque arpennis terræ, quos dedit nobis liberos & quittos in commutationem ipſius boſci, Comitiſſa verò vxore ſua............concedente, quorum duo ſunt in valle de Succi, & tres iuxta terram quam Guido auunculus ſuus dedit prædictæ domui de Merroliis. Hi quoque iam dicti quinque arpenni, viginti quinque ſolidos cum omni iuſtitia Domui de Merroliis annuatim perſoluere tenentur. Et quia ipſi quinque arpenni erant de feodo prædicti Rogerii, eos nobis acquictauit & conceſſit, ita tamen quod prædictum feodum & homagium de Boſco Herlant ipſi quittauimus, & quittum conceſſimus. Anſellus verò vtramque medietatem Boſci de cætero in feodum & homagium de præfato Rogerio tenere debet. Quod vt ratum ſit, præſentem Cartam ſigillo noſtro roboratam in teſtimonium ei tradidimus. Actum anno ab Incarnatione Domini M. CCV. *An. 1205.*

PETRVS I. PRIOR S. MART. XVII.

An. 1208. *HVnc mihi notum fecit Carta eiuſdem, quæ duas alias complectitur, ſcilicet Anſelli Meldenſis Epiſcopi, & Vvilelmi Prioris S. Martini prædeceſſoris ſui, pro ceſſione Capellæ B. Mariæ iuxta Creceium in Bria, dicto Meldenſi Epiſcopo, vt ibi Canonicos inſtitueret, dicta Carta data anno Domini* M.CCVIII. *quam inferiùs in Prioratu S. Martini de Crecy Deo dante videbimus.*

FVLCO I. PRIOR S. MART. XVIII.

An. 1209 NOtum ſit omnibus tàm præſentibus quàm futuris, Quod ego frater Fulco Prior S. Martini de Campis, totuſque eiuſdem loci Conuentus, quittauimus Eccleſiæ S. Honorati Pariſienſis tres arpennos terræ qui ſunt iuxta Eccleſiæ prædictæ Cœmiterium, liberè & in perpetuum ab omnibus quæ nobis pertinebant, aſſenſu fratris noſtri Ioannis Prioris S. Dionyſii de Carcere, de cuius cenſiua erat prædicta terra. Et ob remunerationem tanti beneficii, & maximè pro remedio animarum ſuarum, Renoldus Chereyus & Sibilla vxor ſua, dederunt in eleemoſinam Eccleſiæ S. Dionyſii de Carcere, & aſſignauerunt quinque ſolidos Pariſienſes ſingulis annis, ſuper domum defuncti Vvalteri de Mellento, apud Campeaux ſitam, reddendos in Natali Domini. Quod vt ratum & inconcuſſum permaneat,

præſentem Cartam ſigilli noſtri munimine roborauimus. Actum Pariſius anno gratiæ M. CCIX.

Ad hunc etiam extat Innocentij Papæ tertij Diploma, de redditibus Eccleſiæ S. Iacobi de Carnificeria. Datum Laterani XIII. Cal. Ian. Pontificatus eiuſdem anno XII. qui Incarnationis Dominicæ eſt M. CCX. à quo ob prolixitatem hic abſtinemus.

E Vetere noſtro M. S. Martyrologio.

Notum ſit omnibus, quod Domnus Fulco Prior huius loci & Conuentus conceſſerunt in Capitulo Drogoni quondam Priori S. Eligii Nouiomenſis, & tunc ſocio Domni Vuilelmi Abbatis Cluniacenſis, plenam ſocietatem ſicut vni de noſtris Monachis, & Tricenarium ſuum vbicumque obierit. Ipſe ſiquidem dilectione quam erga nos & Eccleſiam noſtram habet propenſiorem, Romam perrexit, ibique multùm pro nobis laborauit in cauſa noſtra contra Archipresbyterum S. Iacobi. Ipſo ſiquidem præſente, & cauſam noſtram procurante & defendente, medietas prouentuum Eccleſiæ dictæ S. Iacobi per Dei gratiam nobis adiudicata fuit in perpetuum.

Item ex eodem.

IV. Cal. Nouemb. Obiit Fulco qui fuit Prior huius loci, Officium fiat pro ipſo, ſicut de Prioribus noſtris. Duodecim pauperes reficiantur. Omnes debent celebrare. Dedit verò nobis tres Cappas & vnam Caſulã & ſexaginta ſolidos Pariſienſes pro ſe & matre ſua, reddendos à Priore de Cannis Conuentui in die Anniuerſarii ſui. Dedit & vnam ſummam olei ſingulis annis ad ardendum, à dicto Priore reddendam, & multa alia bona nobis contulit.

IOANNES I.

PRIOR S. MART. XIX.

An. 1223. *VT huius, ſic & ſequentium quorumdam Reuerendorum noſtrorum Priorum, præſto mihi ſunt plures Cartæ, quas (quia nullius & ineruditæ ſunt lectionis) lubens prætermitto, ipſarum tantummodo datis, ſeu annorum deſignationibus retentis.*

Carta Adæ Vicecomitis Milidunenſis. M. CCXIV.

Item, tres ipſiuſmet Reuerendi Prioris. Prima pro anno M. CCXIV. *Secunda* M. CCXVIII. *menſe Aprili. De quadam compoſitione pro Prioratu B. Mariæ de Inſula Adæ, vbi ſub finem ſic habetur.* Hanc igitur compoſitionem, ſicut ſuperius eſt notata, ego Ioannes Prior S. Martini à Campis Pariſienſis & eiuſdem loci Conuentus concedimus, volumus, & laudamus, &c. *Tertia, cuius eſt hoc initium.* Ego frater Ioannes humilis Prior S. Martini de Campis Pariſien. & eiuſdem loci Conuentus, Notum facimus omnibus præſentes litteras inſpecturis, quod cum Eccleſia beati Dionyſii de Nogento quoſdam redditus haberet, contiguos villæ noſtræ de Ruenuilla, videlicet in villa de Poireſac. &c. Actum anno gratiæ. M. CCXXIII. menſe Maio.

E Vetere & M. S. noſtro Martyrologio.

X. Cal. Febr. Depoſitio Domni Ioannis Prioris huius loci. Officium plenum fiat, ſicut de aliis Prioribus noſtris, & itur in Refectorium ad charitatem. *Iacet in Sacello B. Mariæ, dicto apud nos de Capella.*

BALDVINVS

BALDVINVS
PRIOR S. MART. XX.

HVnc plura produnt Monumenta, ſicuti annorum M. CCXXV. M. CCXXVI. M. CCXXIX. *&* MCCXXX. *prima die Nouembris, pro Miſſa quæ Matutinalis dicitur, celebranda in Prioratu SS. Geruaſij & Protaſij de Encra. Item altera, de leproſis eiuſdem loci, de anno Domini* M. CCXXXII. *Quæ omnia ſtudioſis noſtris Confratribus ex Archiuis noſtris petenda relinquimus.* *An. 1225.*

Iacet hic in media Exedra noſtra ſeu Capitulari loco, ante Chriſti cruci affixi imaginem, è cuius tumulo haud ſine difficultate hos verſus elicui.

Inclitus Eccleſiæ Prior iſtius hic requieſcit
Nomine Balduinus, vir probus atque pius.
Cluniacenſis honor, Monachorum gemma, per illum
Ordine diuinitùs ſplenduit iſta Domus.
Martini precibus, cuius fuit iſte miniſter
Eximius, ſuperis hunc Deus adde choris. Amen.

Ex vetere & M. S. noſtro Martyrologio.

VII. Idus Decemb. Depoſitio Domni Balduini Prioris huius loci. Officium fiat ſicut de Prioribus noſtris. Qui Prior dedit nobis quatuor libras Pariſienſes ad Anniuerſarium ſuum faciendum, in cenſu de Miremont ſingulis annis percipiendas. Officium fiat ſicut de Prioribus noſtris.

Item ex altero multo vetuſtiore membraneo codice, dicto Liber Obierunt.

V. Idus Iulii. Obiit Odelina, mater Balduini Prioris huius loci.

Rurſus ex eodem.

IV. Idus Septembris. Obiit Vvilelmus Miles de Beeloy, frater Domni Balduini, Prioris huius loci. Officium fiat pro ipſo, & pro Domino Petro fratre ſuo, qui dederunt Conuentui vnum modium bladi ſingulis annis, in decima ſua de Beeloy, & in grangia ſua propria percipiendum, ad Generale faciendum die Anniuerſarii eorum. Officium fiat, Cappa in Choro.

EVRARDVS DE GRESSV, PRIOR S. M. XXI.

Ex vetuſtiſsimo Martyrologio M. S. Faremonaſterij.

An. 1241. NOuerint vniuerſi tàm præſentes quàm poſteri, quod frater Eurardus Prior S. Martini de Campis Pariſienſis, pro ſe & Conuentu ſuo, & Iuliana Abbatiſſa Faremonaſterii, eiuſdem Prioris ſoror carnalis, pro ſe ſimiliter & Conuentu ſuo, de communi aſſenſu vtriuſque Eccleſiæ huiuſmodi adinuicem ſocietatem inierunt. Ita videlicet quod quandocumque aliquam de Monialibus Faremonaſterii mori contigerit, obitu dictæ Monialis nuntiato vel cognito, apud Sanctum Martinum tabula pulſabitur, & Officium ſeu Vigilia ſtatim fiet. In craſtino Miſſa celebrabitur in Conuentu pro defuncta. Et ſeptem diebus ſequentibus continuè dicetur Oratio ſpecialis in Miſſa de Cimiterio, quæ quotidie celebratur pro defunctis. Item ſingulis annis ſemel in anno, videlicet ſexto Idus Martii, vel die priuata ſequenti, officium fiet, & Miſſa celebrabitur in Conuentu generali pro omnibus ſororibus & fratribus congregationis Faremonaſterij defunctis.

Similiter quotieſcunque mori contigerit aliquem de Monachis S. Martini, audito eius obitu, in Monaſterio Officium fiet, & Miſſa celebrabitur in Conuentu, & ſeptem diebus ſequentibus continuè dicetur in Miſſa Oratio ſpecialis pro defuncto. Item ſingulis annis ſemel in anno, videlicet ſexto Idus Martij, vel die priuata ſequenti Officium fiet, & Miſſa celebrabitur in Conuentu generaliter pro omnibus fratribus congregationis S. Martini defunctis. Prætereа participationem omnium bonorum quæ fient, in Eccleſiis ſupradictis, tàm in capitibus quàm in membris, tàm in Miſſis quàm in orationibus, eleemoſinis, Ieiuniis, Vigiliis & Diſciplinis ſibi adinuicem conceſſerunt. Obeunte verò Iuliana Abbatiſſa, vel qualibet alia quæ Abbatiſſa Faremonaſterij pro tempore fuerit, audito eius obitu, apud S. Martinum Officium fiet, & Miſſa ſolemniter celebrabitur in Conuentu, & tricenarium fiet.

Similiter in Eccleſia Faremonaſterii fiet pro Eurardo Priore, & pro quolibet Priore S. Martini qui pro tempore fuerit, quando eum mori contigerit. Actum anno gratiæ milleſimo ducenteſimo quadrageſimo primo menſe Aprili.

Ex Vetere M. S.

ANno Domini M. CCLII. In feſto S. Mathiæ Apoſtoli comparuit frater Eurardus Prior S. Martini de Campis Pariſienſis perſonaliter coram Conſiliariis Domini Regis Franciæ in Palamento Pariſ. exiſtentibus in domo Regia, & exhibuit eis Priuilegium bonæ memoriæ Ludouici Regis Franciæ & Ducis Aquitanorum Eccleſiæ S. Martini de Campis ab eodem Rege conceſſum. In quo inter multa alia continetur, homines vel hoſpites S. Martini non eſſe capiendos niſi in præſenti foreſacto fuerint deprehenſi, & ideo petebat ab eiſdem ſecundum tenorem Priuilegii ſupradicti, ſibi reddi duos hoſpites ſuos, qui à Præpoſitis Pariſienſibus capti fuerant apud Noiſiacum magnum ſuper Maternam, occaſione cuiuſdam homicidii perpetrati (vt dicebatur) in quadam villa S. Martini quæ dicitur Poirreſec, ſita *An. 1252.*

in Dioceſi Carnotenſi. Prædicti vero Conſiliarii dicto Priuilegio diligenter inſpecto, & ſedentes pro tribunali, pronuntiauerunt dictos hoſpites eſſe reddendos Priori S. Martini, & reddi fecerunt eidem. Hæc autem ſunt nomina prædictorum Conſiliariorum qui præſentes fuerunt, videlicet Reuerendi Patres & Domini.

Philippus Archiepiſcopus Bituricenſis.
Reginaldus Epiſcopus Pariſienſis.
Ioannes Epiſcopus Ebroicenſis.
Magiſter Stephanus Decanus S. Aniani Aurelian.
Magiſter Odo de Lorez.
Magiſter Guillelmus de Senonis.
Magiſter Petrus de S. Martino.
Magiſter Guillelmus de Orillac.

Hæc ſunt nomina militum & Balliuorum qui præſentes fuerunt.

Dominus Gaufredus de Capella, Miles, Conſiliarius Domini Regis, qui ſupradicta pronuntiauit.
Dominus Philippus de Chaneueriis, Miles, Balliuus Stampenſis.
Dominus Garinus de Rocai, Miles.
Ioannes Monetarius, Balliuus Aurelianenſis.
Robertus de Pontiſara, Balliuus de Caan in Normannia.
Stephanus dictus Tateſaueurs, de Aurelianis, Præpoſitus Pariſienſis & Guerno de Verbrie, ſimiliter Præpoſitus Pariſienſis.

Hi fuerunt præſentes cum Priore.

Frater Garinus Capellanus eiuſdem Prioris.
Rolannus Subcamerarius.
Radulfus de S. Laurentio.

Item ex eodem vetere M. S.

An. 1252. ANno Domini M.CCLII. in feſto beatæ Ceciliæ, comparuit frater Eurardus Prior S. Martini de Campis Pariſienſis coram Conſiliariis Domini Regis (bonæ memo-

rix Blancha illuxtri Regina Franciæ adhuc viuente) Erant
Conſiliarii prædicti in logiis Domus Regiæ, iuxta Curiam
ab oppoſito portæ Regis. Propoſuit autem idem Prior con-
querendo de Præpoſitis Pariſienſib. ſuper eo videlicet quod
dicti Præpoſiti miſerant apud Anetum, villam Prioris &
Eccleſiæ S. Martini, & capi fecerant iniuſtè nanta quo-
rumdam hoſpitum S. Martini in villa prædicta occaſione
cuiuſdam homicidii perpetrati in Parochia villæ prædictæ,
& in iuſtitia & dominio dictorum Prioris & Eccleſiæ, vide-
licet de Domino Guillelmo de Quernetein Milite, qui di-
cebatur interfectus fuiſſe à quibuſdam hominibus de Ane-
to. Dicebant autem dicti Præpoſiti iuſtitiam huiuſmodi ad
Dominum Regem pertinere. Prior verò è contrario aſſe-
rebat totam magnam iuſtitiam in villa & territorio de Ane-
to, ſiue de murtreio, ſiue de rapto, ſiue de latrone, ad ſe
pertinere debere. Dicebat etiam ſe, & prædeceſſores ſuos
huiuſmodi iuſtitiis vſos fuiſſe à multis temporibus retroa-
ctis. Præterea dicebat ſuper huiuſmodi iuſtitia inter Do-
minum Regem Franciæ, qui tunc temporis erat, & Domi-
num Priorem, nomine Eccleſiæ S. Martini contentionem
ortam fuiſſe, videlicet de duobus fratribus villæ de Aneto,
qui alios duos fratres interfecerant, quos Dominus Rex
diu detinuit in priſione. Prædictus verò Rex ſuper prædicta
iuſtitia inquiſitionem apud Anetum fieri fecit, per fratrem
Gilonem Militiæ Templi Theſaurarium eiuſdem Regis,
& Dominum Ioannem dictum le Gay, Militem, qui inqui-
ſitionem diligenter factam, & in ſcriptis redactam ad Do-
minum Regem reportarunt. Prædictus verò Dominus
Rex, inquiſitione prædicta diligenter inſpecta & intellecta,
habito tractatu cum Conſiliariis ſuis Pariſius in Aula regia,
pronuntiauit prædictam iuſtitiam ad Priorem & Eccleſiam
S. Martini pertinere, & dictos homines, quos in priſionem
detinebat, dicto Priori reddi fecit. Præmiſſis omnibus à di-
cto Priore propoſitis, & ſuper eiſdem habito adinuicem
conſilio, pronunciando dixerunt dicti Conſiliarii, nanta
prædicta (quæ occaſione homicidii prædicti à Præpoſitis

Pariſienſibus detinebantur) Priori S. Martini eſſe reddenda, & eadem reddi fecerunt, & præceperunt Præpoſitis, videlicet Stephano Tateſaueur, & Guernoni de Verbrie, vt dictum Priorem permitterent vti iuſtitia ſupradicta.

Hæc ſunt nomina Conſiliariorum Domini Regis qui propoſita audierunt, & pronuntiationi prædictæ interfuerunt, videlicet.

R.P. Magiſter Ioannes Epiſcopus Ebroicenſis.
Magiſter Stephanus Decanus S. Aniani Aurelianen.
Magiſter Guillelmus de Senonis.
Magiſter Odo de Lorez.
Magiſter Petrus de S. Martino.
Frater Reginaldus de Ordine Fratrum Minorum.
Dominus Gaufredus de Capella, Miles.
Dominus Petrus de Aneiucourt, Miles.

Hi interfuerunt cum dicto Priore.

Theobaldus Prior de Aneto.
Frater Garinus Capellanus Prioris.
Magiſter Petrus de Minciaco, Archidiac. Piſiacenſis.
Dominus Philippus Presbyter S. Nicolai Pariſienſis.
Magiſter Robertus de Treſou.
Iacobus Maior S. Martini.
Magiſter Ioannes de Carnoto Clericus.

Ex Cartulario noſtro M. S.

An. 1258. ANno Domini M. CCLVIII. die Mercurii poſt feſtum Beatorum martyrum Marcellini & Petri, fecit homagium Almaricus de Cauda Armiger, filius defuncti Almarici de Mellento militis, quondam Domini de Cauda, fratri Eurardo Priori S. Martini de Campis Pariſienſis de quarta parte pretii venditionis foreſtæ de Noiſiaco-magno, in Pallatorio ante Cameram Balliuorum, præſentibus Monachis.

Fratre Philippo Camerario.
Fratre Guillelmo Quarto Priore.

Fratre Simone Quinto Priore.
Magiſtro Simone de Hermenteriis.
Fratre Ioanne de Attichiaco.
Fratre Stephano de Tauerniaco.
Fratre Petro de Vrmellis, Capellano Prioris.
Fratre Henrico de Greſſibus.
Præſentibus etiam Laicis.
Domino Guillelmo de Blarrint, Milite.
Domino Stephano de Marines, Milite, Balliuo prædicti Almarici.
................Armigero prædicti Almarici.

Ex eodem Vetere M. S.

Guillelmus de Maciaco eſt homo Ligius Prioris S. Martini de Campis, de domo quæ fuit defuncti Alelmi de Maciaco quondam fratris ſui, & fecit homagium Domno Eurardo Priori S Martini die Lunæ proxima poſt feſtum beati Nicolai Hiemalis, anno Domini M. CCLIX. præſentibus fratre Nicolao tunc Priore de Aneto, fratre Yuone, & fratre Ioanne, Capellanis dicti Prioris.

Extat & in Archiuis noſtris Carta Yuonis Abbatis Cluniacenſis, quæ eiuſdem Eurardi meminit, quam prolixitatis vitandæ ergò prætermittimus, initio retento.

VNniuerſis præſentes litteras inſpecturis, Frater Yuo miſeratione diuina humilis Abbas Cluniac. ſalutem in Domino. Notum facimus quòd anno Domini M. CCLX. menſe Febroario, die Martis proxima poſt octabas Purificationis B. Mariæ Virginis, in præſentia noſtra præſente venerabili & chariſſimo fratre noſtro Eurardo Priore S. Martini de Campis Pariſienſis concedente & volente, quædam ordinatio facta fuit apud S. Martinum coram nobis in hunc modum. Videlicet quòd cum Monaſterium S. Martini oneratum eſſet in debito duarum mille librarum, & quin- *An.* 1260.

gentarum librarum Turonenſium in nundinis Latiniaci (quæ erant anno reuoluto apud Latiniacum) ſoluendarum, &c.

Ex vetere M. S. noſtro Martyrologio,

Eurardus Prior huius loci. Ipſe verò ædificauit vnam domum Pariſiis in vico de Charauri, quam dedit Conuentui pro Anniuerſario ſuo faciendo ſingulis annis: ſimiliter & pro fratribus ſuis, videlicet Henrico Epiſcopo Carnoten. & Stephano Decano Carnotenſi.

Item dedit nobis vnam Bibliam in tribus voluminibus.

Item duas Cappas pretioſas.

Item vnam Caſulam, cum Tunica & Dalmatica, totum de vno panno deaurato.

Item vnam Caſulam aliam cum tunica & dalmatica, totum de vno panno, videlicet de Indæo colore.

Item vnam aliam Caſulam de vno panno rubeo deaurato.

Item tres Stolas & tria Manipula pretioſa.

Item plures libros.

Item duas Biblias ſcholares.

Item Miſſale pretioſum ad magnum Altare.

Iacet in Capitulo iuxta Priorem Bartholomeum, Priorem de Gornayo.

Vtrumque verò facilè mihi perſuadeo ibi iacere, ſed ſublatis lapidibus & tumulis, potiſſimum iſtius Bartholomei, cuius tumba apud nos non inuenitur, ſed tantum dicti Eurardi, quam tranſlatam video in partem ſiniſtram qua ſit ingreſſus in illud B. Virginis Sacellum quod Infirmorum dicimus, cuius capitis figura his verbis circumcluditur.

Eurardus de Greſſu, Prior huius loci.
Anno Domini M. CCLXI. XV. Cal. Iunii.

Pro orâ autem ſeu circuitu ipſius tumuli, inſunt Latini verſus, qui ſitu, carie, & vetuſtate ſquamatim exciderunt & abraſi ſunt, vnde tamen difficillimè has voces collegi.

........fulgida

.... fulgida norma.
Verax, pacifica, pia, prudens....... pudica.
O pater Eurarde, plangende nimis, quia tardè.
Reliqua legi nequeunt.

E veterrimo M. S. membraneo, dicto liber Obierunt.

XIII. Cal. Aug. Obiit Havvidis, Domina de Grez, mater Eurardi Prioris huius loci. Officium fiat. Cappa in Choro.

Item ex eodem.

Cal. Septemb. Obiit Guillelmus, Miles, frater Eurardi, Prioris huius loci. Officium fiat. Cappa in Choro.

Item ex eodem.

II. Idus Decemb. Obiit Bartholomæus de....... Miles, pater Eurardi Prioris huius loci. Officium fiat, Cappa in Choro.

MILO DE VERGIACO PRIOR S. MART. XXII. POST PRIOR B. MARIÆ DE Charitate ad Ligerim.

Qui in Martiniano Prioratu Hugonem fratrem ſuum proximum habuit ſucceſſorem.

Carta eiuſdem. De Armario S. Martini de Campis.

VNiuerſis præſentes litteras inſpecturis. Frater Milo *An.* 1161. humilis Prior S. Martini de Campis Pariſienſis, & eiuſdem loci Conuentus, æternam in Domino ſalutem. Notum facimus quod nos attendentes deuotionem & dilectionem,

quam habet & habuit in Eccleſia noſtra S. Martini erga diuini cultus officium chariſſ. frater noſter Philippus, Eccleſiæ noſtræ S. Martini Armarius: zelantes etiam eiuſdem diuini cultus decorem & deuotionem de die in diem multipliciter & ſalubriter ampliari Conuentus noſtri & noſtro, ac omnium Priorum nobis immediatè ſubiectorum, in præſentia noſtra in generali Capitulo congregatorum, ſuper hoc interueniente conſenſu, eidem Armario, & eius ſucceſſoribus futuris Armariis Eccleſiæ noſtræ prædictæ dedimus & conceſſimus viginti ſolidos Pariſienſes habendos, & ex nunc in poſterum percipiendos ab eodem Armario, vel ab illo qui pro tempore erit Armarius in Eccleſia noſtra S. Martini, ſuper domum Fratrum de Trinitate, iuxta vicum calceïæ quæ ducit apud S. Dionyſium in Francia, in feſto Natiuitatis Dominicæ annuatim, in vſum & neceſſitatem dicti Armarii & ſucceſſorum ſuorum vtiliter conuertendos. Præterea in eodem generali Capitulo de voluntate & aſſenſu omnium & ſingulorum Priorum nobis immediatè ſubiectorum, in eodem Capitulo coram nobis congregatorum ſtatutum extitit, & etiam ordinatum, quod omnes & ſinguli tàm Balliui quàm Priores qui eidem Armario & eius ſucceſſoribus Armariis ex conſuetudine in Eccleſia noſtrà prædicta antiquitùs obſeruata tenebantur in duobus ſolidis pariſien. annuatim, ipſi tàm Balliui quàm Priores prędicti & eorum ſucceſſores exnunc in poſterum quinque ſolidos pariſienſes computatis duobus ſolidis ſupradictis, prædicto Armario & eius ſucceſſoribus futuris Armariis annis ſingulis in craſtino feſtiuitatis S. Martini Hiemalis ſoluere tenebuntur. Priores verò & Balliui qui eidem Armario & ſucceſſoribus ipſius in duobus prædictis ſolidis minimè antè conſtitutionem huiuſmodi tenebantur tres ſolidos pariſienſes eidem Armario & eius ſucceſſoribus exnunc in poſterum annis ſingulis prædicto termino ipſi Priores & Balliui ac ſucceſſores eorum ſoluere tenebuntur. Tenetur autem dictus Armarius & ſucceſſores ipſius futuri Armarij ſocio ſuo Subarmario & eius ſucceſſoribus reddere & ſoluere trigin-

ta ſolidos pariſienſes annuatim prædicto termino de ſumma totius pecuniæ ſupradictæ. Vt autem hæc ordinatio & conſtitutio perpetuam obtineant roboris firmitatem, ſigillum noſtrum vnà cum ſigillo Conuentus noſtri præſentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini M.CCLXI. in craſtino feſtiuitatis Beati Martini hyemalis.

E Vetuſſimo M. S. membraneo.

Hic eſt ſtatus Prioratuum S. Martini de Campis, recitatus in præſentia domni Milonis Prioris eiuſdem loci, annis Domini M. CCLXI. & LXII. in feſto Beati Martini hyemalis.

E Vetere noſtro Martyrologio M. S.

XVI. Cal. April. Depoſitio Domni Milonis, Karitatenſis Prioris & huius loci. Ipſe verò dedit Conuentui centum libras pariſienſes, cum aliis centum libris pariſienſibus quas Ioannes quondam Prior de Karitate (qui iacet in choro huius loci) dederat nobis. De quibus ducentis lib. Pariſien. Conuentus emit octo lib. Pariſienſes, quas tenebamur reddere annui redditus Ioanni dicto Barbette, ſupra quandam domum quæ eſt in Grauia. Item dedit Conuentui LX. lib. pariſienſes. De legato eius Officium fiat ſicut de Abbatibus noſtris.

HVGO DE VERGIACO, ſeu DE VERGEYO II.

PRIOR S. MARTINI XXIII.

Qvod ſequitur ſumptum fuit ex ipſiſſimo pergameneo Autographo, quod ad me tranſmitti curauit Domnus Ioannes Marcellot, Martinianus Monachus, dum apud S. Lupum de Se-

rens, Ordinis Clun. non vltimi nominis Monaſterium, Beluacenſis Diœceſis, anno M. VI^{c}.XVIII. *Subpriorem ageret.*

An. 1261. ANno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſecundo menſe Martio, frater Petrus de Couſiaco, Domnus Prior S. Lupi de Heſcerento Viſitator Ordinis in partibus illis, attulit de S. Saluio iuxta Valentenas apud Sanctum Lupum iſtas duas Sanctiſſimas Virgines & Martyres, quæ ſunt de numero vndecim millium Virginum, regnante Ludouico Rege Francorum. Domno Yuone de Vergeyo exiſtente Abbate Cluniacenſi. Domno Milone fratre ſuo exiſtente Priore Caritatis. Domno Hugone, fratre dictorum Abbatis & Prioris, exiſtente Priore S. Martini de Campis Pariſienſis, Domno Radulfo de Armiler exiſtente Priore dictæ Domus S. Saluii. Nomina iſtarum Virginum Martyrum ſunt, ſcilicet S. Terentia, & alia S. Eugenia, quæ ſolemniter, honorificè, & cum magna deuotione fuerunt receptæ à toto ſancto Conuentu Eccleſiæ ſancti Lupi, Dominica in Ramis palmarum.

Plures prætereà hunc Reuerendum apud nos Cartæ teſtantur, à quibus breuitatis cauſa abſtineo, duarum ſolùm aut trium retentis titulis & ſubſcriptionibus.

An. 1262. VNiuerſis præſentes litteras inſpecturis, Frater Laurentius humilis Subprior S. Martini de Campis Pariſienſis & eiuſdem loci Conuentus, æternam in Domino ſalutem Notum facimus quod cum Reuerendus in Chriſto Pater Domnus Hugo Prior noſter S. Martini, teneretur facere Generalia ſpecialia ſingulis annis, &c. Datum anno Domini M. CCLXII. menſe Februario.

Item alia Carta eiuſdem Hugonis, Compoſitionis (ipſius Verbis eſt vtendum) ſeu concordiæ initæ, cum Celerario & Conuentu S. Martini. Data anno Domini M. CCLXIII. *menſe Nouembri, ſigillata nouem ſigillis ceræ flauæ, ſingulis ſub duplici cauda, ſuo videlicet, dein Conuentus, poſtea fratrum.*

Ioannis Cellerarii.
Laurentii Subprioris.
Nicolai Camerarij.
Ioannis Sacriſtæ.
Guerini Hoſtellarii.
Petri Infirmarii, &
Philippi Cantoris.

Rurſus eiuſdem Carta. Data anno Domini M. CCLXIV. *menſe Martio, ſigillata vndecim ſigillis ceræ viridis, ſingulis ſub duplici cauda, ſuo, Conuentus & fratrum.*

Ioannis de Viletta. Cellerarii.
Laurentii Subprioris.
Ioannis de Vitriaco, Sacriſtæ.
Nicolai de Monſtorolio, Camerarii.
Guarini Hoſtellarii.
Philippi Cantoris.
Ioannis de Templo, Tertii Prioris.
Ioannis de Chailliaco, Quarti Prioris, &
Thuini, Quinti Prioris.

E vetere M. S. membraneo.

Status Prioratuum S. Martini, recitatus in feſtis Beati Martini æſtiualis & hyemalis in præſentia Domni Hugonis Prioris ipſius loci, ab anno Domini M. CCLXIII. ad annum M. CCLXXI.

E vetere noſtro Martyrologio M. S.

VIII. Cal. Septemb. Depoſitio Domni Yuonis Abbatis Clun. qui fuit frater Domni Hugonis de Vergiaco, quondam Prioris huius Eccleſiæ. Officium fiat ſicut de aliis Abbatibus noſtris.

YVO DE CHASANT
PRIOR S. MART. XXIV.
POST ABBAS CLVN. XXVI.
An. M. CCLXXV.

An. 1271. *HIc, & Yuo alter Auunculus ſuus, & in præfat.a Cluniacenſi Abbatia immediatus prædeceſſor, Collegij Cluniacenſis in Academia Pariſienſi ſunt fundatores, vti in valuis Eccleſiæ eiuſdem, Periſtilium ſpectantibus, quod ſequitur, inſcriptum legitur.*

Yuo primus huius nominis Abbas Clun. ac primus huius Collegii fundator, anno Domini ducenteſimo ſexageſimo nono, ſupra milleſimum, plateam emit, muroſque fecit in circuitu, Refectorium, Culinam, Dormitorium, ac Clauſtri medietatem. Aeterna pace fruatur. Amen.

Yuo ſecundus (*quo de nobis ſermo*) Abbas Clun. primi fundatoris nepos, hanc ædem diuæ Virgini ſacram, Capitulum, & alteram Clauſtri medietatem fecit, cum Bibliotheca. Æterna pace fruatur. Amen.

E vetere M. S. pergameneo.

Ab anno Domini M. CCLXXII. ad annum eiuſdem M. CCLXXV. Status Prioratuum & Balliuorum S. Martini recitatus in feſto beati Martini Hyemalis in præſentia Domni Yuonis, Prioris eiuſdem loci.

Obiit autem anno Domini M. CCLXXXIX. *iacetque Cluniaci.*

E vetere noſtro Martyrologio M. S.

III. Nonas Nouembris. Depoſitio domni Yuonis Abbatis ſecundi Clun. Ipſe enim dedit nobis ſexaginta libras

Pariſienſes. Item dedit nobis vnam Caſulam pretioſam, Dalmaticam vnam & Tunicam de panno Indiorum coloris, cum floribus Lilii, in quibus veſtimentis Miſſa magna cantatur in quinque ſolemnitatibus. Officium fiat ſicut de aliis Abbatibus noſtris.

PETRVS II. PRIOR S. MART. XXV.

Carta eiuſdem.

OMnibus præſentes litteras inſpecturis. Frater Petrus humilis Prior S. Martini de Campis Pariſius, ſalutem in Domino ſempiternam. Noueritis quod ſicut ex veridica relatione venerabilium & Religioſorum virorum, fratrum Ioannis Prioris Prioratûs de Roinuilla, & Galeranni Prioris de Hyenuilla didicimus euidenter, Robertus Presbyter de Roenuilla percipit in dicto Prioratu de Roenuilla à Priore dicti loci in granchia campipartis decem & octo ſextaria bladi, & decem auenæ annui redditus ad menſuram de Roenuilla. Item percipit medietatem oblationum pecuniæ, & tertiam partem candelarum, & panis medietatem quæ ad Altaria Parochiæ offeruntur, &c. *An. 1285.*

Reliqua huius Cartæ, & prolixiſſima & nullius lectionis, præterimus, dempto fine.

In cuius rei teſtimonium & euidentiam plenariam præſentibus litteris noſtrum ſigillum duximus apponendum. Datum anno Domini M. CCLXXXV. die Dominica poſt feſtum B. Mathæi Apoſtoli.

Eſt & alia apud nos eiuſdem Reuerendi Carta. De dono cuiuſdam domus ſitæ in Vico qui dicitur de la Huchette, Pariſiis.

ſuo Conuentui S. Martini, prò Anniuerſario ſuo ab eodem Conuentu quotannis perſoluendo. Data anno Domini M. CCLXXXVII. *menſe Decembri.*

E vetere M. S. pergameneo.

Ab anno Domini M. CCLXXVI. ad annum eiuſ- M. CCLXXXV. Status Prioratuum & Balliuorum S. Martini de Campis Pariſienſis, recitatus in præſentia Domni Petri Prioris eiuſdem loci, in feſtis Beati Martini æſtiualis & hyemalis.

ROBERTVS II.

PRIOR S. MART. XXVI.

Hic ſolâ & vnicâ ſequente Carta, hic mihi Reuerendus fit notus.

An. 1289. NOtum ſit omnibus qui præſens ſcriptum legerint, vel viderint, vel audierint. Quod frater Robertus Prior S. Martini de Campis & eiuſdem loci Conuentus, Domino Guidoni de Gerolay, & Domino Petro de Villanelde, & ſuis hæredibus atque hominibus ſuis de Theſins in pace & in hereditate & quietè concedimus, quod de paſcuis quæ ſunt inter Cloyam & molendinum de Freſnes, prata non faciemus, nec ad cenſum alicui dabimus, nec alio modo dare poterimus, ſed pro coruеiis quæ nobis debentur ab illis, eas in paſcuas perpetuò dimittemus. Talis inſuper inter nos & iam dictos Guidonem & Petrum eſt......... quod prænominati hoſpites eorum in terra noſtra de Aneto, liberè & ſine......... poſſint emere ea quæ vſuario illorum ſunt neceſſaria. Similiter & hoſpites noſtri in terra eorum. Et ſi pecora illorum in forefacto capta fuerint in terra noſtra ....habe-

..........habebimus de illis: ſimiliter & ipſi de nobis Huius rei ſunt teſtes........Anno Domini M. CCLXXXIX.

PETRVS DE RVILEE III.
PRIOR S. MART. XXVII.

PRætermiſſis Cartis huiuſce Reuerendi, annorũ M.CCLXXXXI. M.CCLXXXXIV. *&* M.CCLXXXXVII. *Veniam ad eius tumulum, qui loco noſtro Capitulari, quà iter eſt ad Sacellum Infirmorum, conſpicitur, & in cuius capitis ambitu hæc leguntur.* An. 1291.

Icy giſt Frere Pierre de Ruilée iadis Prieur de ceans, qui treſpaſſa l'an de grace M. CCLXXXXVII. le Vendredy apres l'Annonciation.

Et pro circuitu ſeu orâ ipſius lapidis.

Nobilibus natus Petrus hic Prior eſt tumulatus,
Prudens Prælatus, Domino ſacri famulatus,
Seruitio gratus, ſenſu multis præamatus.
Iſte Prioratus per eum fuit appreciatus,
Sanctis aptatus, à Chriſto glorificatus,
Lumine luſtratus, Viuat ſine fine beatus.

E vetere noſtro Martyrologio,

V. Cal. April. Depoſitio Domni Petri, Prioris huius loci.
Ipſe verò dedit nobis vnam domum quæ vocatur Sacalie.
Item duos cyphos argenteos.
Item conſtituit vnam Miſſam de defunctis in perpetuum.
Item dedit vnam Capam pretioſam.
Item quinque centum florenos de Florentia.
Officium fiat ſicut de aliis Prioribus noſtris.

Iacet in Capitulo ad illam tumbam, per quam Conuentus vadit in Capella beatæ Mariæ de Infirmaria, à parte Subprioris.

IACOBVS I.

PRIOR S. MART. XXVIII.

An. 1298. VNniuerſis præſentes litteras inſpecturis, Frater Iacobus humilis Prior S. Martini de Campis Pariſienſis totuſque eiuſdem loci Conuentus, ſalutem in Domino ſempiternam. Noueritis quòd cùm quædam domus ſita in villa Pontiſaræ in vico qui dicitur la Iuirie, inter domum Herueti dicti le Fenier ex vna parte, & domum quæ fuit Donne-bouche ex altera, quam tenent & inhabitant tamquam ſuam propriam, &c.

Cætera huius chartæ, nullius eruditionis, omittimus, ſine retento qui ſic concluditur.

In cuius rei teſtimonium, ſigilla noſtra præſentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini M.CCLXXXXVIII. Die Iouis poſt hyemalem feſtum B. Nicolai.

ODO, ſiue EVDO

CHAPITELLI DE TROANDO III. PRIOR S. MARTINI XXIX.

An. 1301. O*Mitto tres huius Reuerendi Cartas, primam anni* M.CCCI. *Secundam ſub hoc titulo.* Littera de rebus amortiſatis à Priore Odone. Data, *inquit*, apud Domum noſtram de

Fontanis anno Domini M. CCCIII. die Dominica qua cantatur. Quaſi modo. *Tertiam (quæ vernacula eſt) pro Prioratu SS. Geruaſij & Protaſij de Encra ſub annum* M. CCCIV. *Quartam vero hic lubet adnectere.*

Carta Odonis Prioris S. Martini, de Lampade Eccleſiæ in cereum commutata.

VNiuerſis præſentes litteras inſpecturis Frater Odo humilis Prior S. Martini de Campis, totuſque eiuſdem loci Conuentus, ſalutem in Domino. Ad memoriam rei geſtæ nouerint vniuerſi quod nos Eccleſiæ noſtræ vtilitate penſata, ipſius honeſtatem ampliare cupientes, aduertentes quod Lampas quædam ab antiquo in Choro Eccleſiæ noſtræ conſtituta, vt lumen præberet in eodem dum diuinum ibidem horis matutinis celebratur Officium, lumen obſcurum, nubiloſum, & minùs ſufficiens reddere conſueuerat in eodem. De voluntate & communi aſſenſu omnium de Conuentu noſtro, in Capitulo noſtro ſtatuimus & ordinauimus, ſtatuimus & ordinamus in honore Dei Domini noſtri Ieſu Chriſti, & eius genitricis Mariæ Virginis & B. Martini, quod prædicta Lampas tollatur de loco ſupradicto, & loco ipſius ſubſtituatur cereus vnius libræ ponderis, qui in loco ſupradicto ardebit continuè & perpetuò (quamdiu tantummodo ibidem celebrabitur diuinum Officium in horis matutinis) & prædictum cereum prædicti ponderis ſuſtinere & adminiſtrare tenebitur perpetuò Sacriſta Eccleſiæ noſtræ prædictæ de bonis Sacriſtariæ dictæ Eccleſiæ, mediantibus quatuor libris Pariſienſibus annui & perpetui redditus, quos nuper acquiſiuit Domnus Prior antedictus, leuandis, percipiendis, & habendis à dicto Sacriſta qui pro tempore fuerit, ſingulis annis. Videlicet quadraginta ſolidos ad feſtum Natiuitatis B. Ioannis Baptiſtæ, ſupra domum quandam & eius pertinentias, ſitam in magno vico S. Martini extra portam, inter domum Yſabellis dictæ la Boiteuſe ex vna parte, & domum quæ vulgariter vocatur domus à la Lamproye ex altera parte. Quam domum tenet ad præſens

An. 1306.

nomine Conuentus Eccleſiæ noſtræ Haymo de Troando, & Syluestris eius vxor, ad certum cenſum, ad eorum vitam duntaxat, vel alterius eorumdem, vel hæredis proprii corporis alterius eorumdem. Quod vt perpetuum robur obtineat firmitatis, præſentes litteras ſigillorum noſtrorum munimine duximus roborandas. Datum anno Domini M. CCCVI. die Sabbathi ante feſtum B. Petri ad vincula.

Huic præterea Reuerendo Priori, Beati Martyris Paxentij theca ſeu capſa lignea, in argenteam commutatio, ſequente Carta tribuitur.

An. 1307. IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen. Ad perpetuam memoriam. Sciant cuncti Corpus B. Paxentii Martyris de caſſa quadam lignea in hanc caſſam argenti, à venerabili Odone Chapitelli de Troando, huius loci S. Martini de Campis Pariſienſis Ordinis Cluniac. Priore factam; tranſlatum fuiſſe per nos miſeratione diuina Ioannem Anicienſem Epiſcopum, Bertrandum Eccleſiæ Cluniacenſis humilem Miniſtrum, & Berengarium Figiacenſem Ordinis prædicti Abbatem, die Lunæ in feſto Circumciſionis Domini, anno eius milleſimo treceenteſimo ſeptimo, ſub teſtimonio ſigillorum noſtrorum.

Huic autem Cartæ tria adpendent ſigilla ceræ flauæ, ſingula ſub duplici cauda, aſſeruaturque in eadem Capſa.

E Vetere M. S.

La Chaſſe S. Paxent fut faite du temps du Prieur Ode en l'an mil trois cens ſept, ladite Chaſſe poiſe cent quatre-vingt dix mars.

Item è vetere noſtro Martyrologio.

Odo, Prior huius loci, Ipſe verò fecit fieri Capſam argenteam Beati Paxentii.
Item ſeptem diſcos argenteos in medio Chori.

Item duas magnas Campanas.

Item duo candelabra argentea.

Item vnum tapetum de Anglia.

Item ipſe emit fontem S. Firmini, & dedit Conuentui pro Anniuerſario ſuo faciendo.

Item ipſe fecit Infirmariam.

Item Coquinam Conuentus, & multa alia bona fecit.

Iacet Cluniaci.

Hoc Reuerendo è viuis ſublato, poſtulant Martiniani Fratres ab Abbate Clun. Priorem ſibi dari, vt teſtatur ſequens Carta Henrici De Francreriis Abbatis Clun. huius nominis I. & in ordine 29.

VNiuerſis præſentes litteras inſpecturis. Frater Henricus miſeratione diuina Clun. Eccleſiæ Miniſter humilis, ſalutem in Domino. Licet chariſſimi fratres noſtri Radulfus Celerarius, & Stephanus Hoſtellarius Domus noſtræ S. Martini de Campis Pariſienſis, nomine Conuentus S. Martini de Campis prædicti, propter multa pericula quæ imminent & poterant imminere, piæ recordationis Odone eorum Priore apud Clun. viam vniuerſæ carnis ingreſſo, à nobis nomine dicti Conuentus Priorem petierint ſibi dari, proût erat moris, vt dicebant............Martini Priorem hactenus petierint ſibi dari à noſtris prædeceſſoribus, per ſolemnes nuntios ad hoc ſpecialiter deſtinatos. Nos eorum iura & libertates ſic illibata obſeruare volentes, quòd iuribus & libertatibus noſtris, de noſtris Prioribus immediatè inſtituendis, pro voluntatis libito nullatenus derogemus, per ea quæ facta ſunt in nullo volumus eis præiudicium generari, ſed in hoc caſu obſeruare per nos & ſucceſſores noſtros volumus, quod ſaluis noſtris iuribus, quibus ſupra, piè & laudabiliter extitit obſeruatum. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus apponendum. Datum Clun. IIII. Cal. Maij. anno Domini M. CCCIX. *An. 1309.*

In Capella B. Mariæ de Infirmaria, apud Cluniacum, ſepultus eſt hic R. P. cum his verbis.

Hic iacet Domnus Odo quondam Prior S. Martini de Campis Pariſius, Conſiliariuſque Domini Regis Francorum, qui dedit centum & mille libras pro Anniuerſario ſuo faciendo. Qui obiit anno Domini milleſimo trecenteſimo nono, ſexto Cal. Maii. Anima eius requieſcat in pace. Amen.

HVGO III. PRIOR S. MART. XXX.

Carta Officialis Pariſienſis.

An. 1314. VNiuerſis præſentes litteras inſpecturis. Officialis Curiæ Pariſienſis ſalutem in Domino. Notum facimus quod in noſtra præſentia propter hoc perſonaliter conſtitutus Magiſter Theobaldus Rector Eccleſiæ S. Nicolai de Campis Pariſien. confeſſus eſt in iure coram nobis, quod vir venerabilis & Religioſus Frater Hugo Prior S. Martini de Campis Pariſien. eidem Rectori tradiderat & conceſſerat pro dicta Eccleſia S. Nicolai, nomine commodati ſeu precarii tantùm & quamdiu eidem Priori vel eius ſucceſſoribus Prioribus dicti loci placuerit, quamdam plateolam vacuam, ſitam inter dictam Eccleſiam S. Nicolai, & inter Domum ianuæ anterioris Prioratus S. Martini prædicti, ex vtroque latere ſicut dicta plateola ſe comportat, à pilario dictæ Eccleſiæ S. Nicolai, vſque ad pilarium & ad murum domus ianuæ antedictæ. Ita quod dictus Rector dictam plateolam tegi & ędificari faciet ſi velit, tali conditione ap-

poſita & interueniente inter eos, quod quandocunque placuerit dicto Priori aut eius ſucceſſoribus Prioribus dicti loci, dictus Rector vel eius ſucceſſores Rectores dictæ Eccleſiæ S. Nicolai, quicquid ædificatum fuerit in dicta plateola tenebuntur demoliri, & demolientur ſuis ſumptibus propriis ad iuſſionem & mandatum dicti Prioris vel ſucceſſorum eiuſdem. In cuius rei teſtimonium ſigillum Curiæ Pariſienſis præſentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini M. CCCXIV. die Lunæ ante Natiuitatem eiuſdem.

BERTRANDVS
DE PEBERIACO
PRIOR S. MART. XXXI.
EPISCOPVS VABRINCENSIS.

Fvit hic noſter Reuerendus, Prior de Ventadoro, poſt Martinianus, demum Epiſcopus Vabrincenſis, cuius nobis plures ſuppetunt tabulæ annorum ſcilicet M. CCCXXI. XXIV. XXIX. XXX. XLV. *&* XLIX. *in quibus variat ipſius cognomen. Quædam enim habent De Peberiaco, quædam de Peberaco, quædam de Perelaco, ſed iſthac difficultas aut nullius, aut parui momenti eſt. ſicuti eadem Cartæ ſeu tabulæ, quibus omiſſis hanc addimus, cui pro tergo iſta ineſt Gallica inſcriptio.* An. 1321.

Lettres par leſquelles appert que l'an trois cens trente-ſept, tous les Prieurs de ceans fus citez au Chapitre general, pour veoir le Reſcript du Pape à l'Ordre de Cluny.

Venerabilibus & chariſſ. fratribus noſtris, vniuerſis &

ſingulis Prioribus & Bailliuis ſeu Adminiſtratoribus, nobis & Eccleſiæ noſtræ immediatè ſubiectis. Frater Bertrandus humilis Prior S. Martini de Campis Pariſ. Salutem in Domino ſempiternam.

An. 1337. CVm ſanctiſſimus Pater & Dominus noſter, Dominus Benedictus, diuina prouidentia ſacroſanctæ Romanæ ac vniuerſalis Eccleſiæ ſummus Pontifex, pro Reformatione totius Ordinis Monachorum nigrorum, ad Dei honorem, & diuini cultus augmentationem plura duxerit ordinanda, proût in eius ordinationibus plenius continetur, quaſquidem Ordinationes nos tamquam veri & deuoti filii obedientiæ ſeruare & adimplere, ac ſeruari & adimpleri per noſtros ſubditos facere, idque quantùm noſtra intereſt, exequi reuerenter totis cordis noſtri affectibus cupientes, vobis & veſtrum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis diſtrictè præcipimus & mandamus, quatenus omnes & ſinguli in noſtro inſtanti Capitulo S. Martini æſtiualis (ad quod etiam aliàs venire tenebamini) compareatis apud S. Martinum, omni excuſatione ceſſante, perſonaliter coram nobis. Ad quod Capitulum vos omnes & ſingulos citamus tenore præſentium peremptoriè comparituros, viſuros & audituros publicationem dictarum Ordinationum, ac facturos quæ facienda fuerint, ſecundùm earum formam ac tenorem. Taliter quod idem Dominus noſter Papa de prompta obedientia adimplendi præmiſſa, meritò valeat contentari, & in ſignum huiuſmodi noſtri recepti mandati, quilibet veſtrum Sigillum ſuum quo vtitur apponat præſentibus. Datum & actum in domo noſtra de Noiſiaco die Mercurii in Vigilia Aſcenſionis Domini, anno eiuſdem milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſeptimo. Cellerarius. Infirmarius. Prior S. Nicolai. P. de Paſſu. De Monciaco. De Bellomonte. De Dolomonte. De Inſula Adæ. De Encra. De Capiaco. De Ligniaco. De Arenis. De Creſſonenſart. De Choiſiaco. De Canis. De Marroliis. De Aneto. De Creſciaco. De Pringiaco.

S. Dionyſij

S. Dionyſii de Carcere. De S. Gemma. De Marnoa. De Yenuilla.

Sumptum è vetere M. S. membraneo.

Excerptum vel extractum & epilogatum ex libro terragii Prioratus S. Martini de Campis Pariſienſis, in Sartrino repoſiti & ordinati, de mandato Fratris Bertrandi de Perelaco eiuſdem loci Prioris, anno Domini M. CCCXL. Qui dictus Frater Bertrandus fertur fuiſſe Prior dicti loci XXXIV. annis, poſtmodum tranſlatus fuit ad Epiſcopatum Vvabren. Et ſicut Sequana diuidit patriam, ſic iſtud extractum diuidetur. Primò, in duas partes. Prima dicet de poſſeſſionibus à parte in qua ſituatur ipſum Monaſterium in villa Pariſienſi. Secunda de alia parte Sequanæ verſus Burgum Reginæ. Tertia addetur de Prioratibus & eorum cenſis, de Eccleſiis, Capellis Leproſariis, ad ſuam collationem ſpectantibus, quæ epilogaui ego frater Guillelmus Prior eiuſdem loci, Anno Domini M. CCCLXXVI. vt tàm Prior quàm Sartrinarius, quàm & Sub-camerarius cum magnum librum portare non poſſint, iſto ſe in multis iuuent, poſt ad alium recurrendo ad conſeruationem iurium dicti Monaſterii, &c.

Item è vetere alio M. S. dicto liber Obierunt.

II. Nonas Iulii. Obiit Durandus de Peberaco, quondam Nepos Domni Bertrandi Prioris huius loci, qui dedit nobis ſexaginta ſolidos fortis monetæ. Anima eius requieſcat in pace. Amen.

Item ex quadam Sacriſtiæ noſtræ Synopſi, anni M.CCCLXXXXVII

Item vne Chaſuble, Tunique, & Dalmatique d'vn Samit blanc, diappré à oyſeaux, dont les teſtes ſont d'or, fourré de Sandal vermeil, pour les feſtes de Noſtre Dame de la Karolle.

Item vne Chaſuble à champ d'azur, à fleurs de Lys, du Dom du Prieur Bertrand.

IOANNES DE PINV II.

DOCTOR THEOLOGVS

PRIOR S. MART. XXXII.

Poſt Cluniac. Abbas XXXVI.

An. M. CCCLXIX.

An. 1353. *CEpit hic Reuerendus Pater poſſeſſionem Martiniani Prioratus circa feſtum Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis, anno Domini* M. CCCLIII. *Cuius plures (Vt pote nullius doctrinæ) omitto tabulas, annorum* M. CCCLIV. LXII. LXIII. LXIV. *& Simonis Abbatis Clun.* M. CCCLXVII.

Ex Cartulario S. Oportunæ Pariſienſis.

An. 1374. ANno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo quarto. Dominica infra octauas Epiphaniæ, tranſlatum fuit Brachium S. Oportunæ per Domnum Epiſcopum Pariſien. in præſentia Caroli Quinti Regis Franciæ, & in domo ſua S. Pauli de Pariſius, præſentibus etiam pluribus Baronibus Regni Franciæ. Et fuit dictum Brachium aſportatum ſolemniter per proceſſionem dicti Collegii vſque ad Eccleſiam iſtam cum magnis luminaribus & torchiis, ac etiam cum notabili comitatu populi Pariſienſis. Et fuit dictum Brachium donatum Eccleſiæ noſtræ per Magiſtrum Ioannem du Pin, quondam Abbatem Cluniacenſem, ad requeſtam defuncti Magiſtri Hugonis de Caſtro-Girardi quondam Capicerii noſtri. Et idcirco fuit ordinatum per Capitulum & Canonicos huius Eccleſiæ, & de voluntate prædicti Epiſcopi Pariſienſis, videlicet Domini Aimerici de Maignaco ad præſens Cardinalis, quod de cætero in hac die Dominica infra octauas ſemper fieret feſtum duplum de

S. Oportuna, & Officium Dominicæ transferretur ad alium diem feriatum.

Iacet hic Reuerendus in Sacello Beato Martino apud nos deuoto, in cuius tumulo hæc leguntur.

Icy giſt Frere Iean du Pin, iadis Moine de ceans & Prieur, & Maiſtre en Theologie, & depuis Abbé de Cluny, & fit mout de biens ceans. Et treſpaſſa l'an de grace M. CCCLXXIV. le XXVII. iour de Decembre. Priez pour l'ame de luy. Amen.

E vetere noſtro M. S. Martyrologio.

V. Cal. Ianuarii. Depoſitio bonæ memoriæ Domni Ioannis de Pinu, Doctoris in ſacra pagina, Abbatis Cluniacenſis, quondam Prioris huius loci, qui multa bona huic contulit Eccleſiæ.

BERNARDVS
FABER I. PRIOR
S. MART. XXXIII.

Sequente Carta (cuius ſolum initium cum data ſumpſi) hic mihi Reuerendus fit notus.

VNiuerſis præſentes litteras inſpecturis, Frater Bertrandus de Monteclaro Licentiatus in Decretis, Prior Prioratus de Villa-Dei Mimatenſis Diœceſis, Vicarius Generalis in ſpiritualibus & temporalibus Reuerendi in Christo Patris ac Domini, D. Bernardi Fabri, Prioris S. Martini- *An 1370.*

de Campis iuxta Pariſius, ac frater Arnaldus Subprior totuſque eiuſdem loci Conuentus Ordinis Clun. ſalutem in Domino ſempiternam. Cùm quæſtionis ac diſcordiæ materia ſuborta fuiſſet inter nos & Religioſos viros Abbatem & Conuentum S. Victoris iuxta Pariſius, Ordinis S. Auguſtini, &c.

Reliqua non ſunt huius loci.

Datum anno Domini MCCCLXX. die XXIV. menſis Febroarii.

BERNARDVS DE AGRIFOLIO II. PRIOR S. MART. XXXIIII. POST Epiſcopus Viuarienſis, An. M.CCCLXXVI.

An. 1373. VNiuerſis præſentes litteras inſpecturis, Frater Bernardus de Agrifolio, humilis Prior S. Martini de Campis propè Pariſius, totuſque eiuſdem loci Conuentus, ſalutem in Domino ſempiternam. Notum facimus quod nos attendentes & conſiderantes detrimentum & maxima damna quæ Domus noſtra de Capiaco Nouiomenſis Diœceſis paſſa eſt per Anglicos de ſocietate Ducum Lancaſtriæ & Britanniæ, qui vltimatè tranſierunt per partes Picardiæ, qui dictam Domum noſtram ſpoliauerunt, & deprædauerunt omnia bona Eccleſiæ ipſius Domus, videlicet libros, Reliquias, Iocalia, & omnia Ornamenta in dicta Eccleſia exiſtentia, qui etiam plures domos & grangias dictæ domus noſtræ deprædauerunt & combuſſerunt, & dictam villam de Capiaco ceperunt, ac etiam totaliter combuſſerunt: Attendentes inſuper & conſiderantes quod Prior dictæ Do-

mus noſtræ maiorem partem omnium bonorum ſuorum mobilium perdidit per ipſos Anglicos, proût ſuper hoc fuimus plenariè informati. Nos bona deliberatione inter nos prius habita, in conſideratione præmiſſorum, & contemplatione chariſſimi fratris noſtri, Fratris Egidii Ruella Prioris dictæ Domus noſtræ de Capiaco, qui eſt homo vitæ honeſtæ ac boni regiminis, & vt ipſa Domus per eum poſſit in melius reformari, eidem quittauimus ac plenariè remiſimus annuam penſionem trecentum librarum pariſien. in qua nobis tenetur pro anno præſenti, incipiente ad inſtans feſtum Purificationis Beatæ Mariæ, anno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo tertio.

Cæterum cùm Prior dictæ Domus noſtræ nobis teneatur annis ſingulis in dicta annua penſione trecentum libr. pariſ. confidentes quod per bonam adminiſtrationem dicti Prioris, ipſa Domus noſtra poterit in totum reformari infra terminum quatuor annorum: Eidem conceſſimus & concedimus per præſentes, quòd ipſe non tenebitur nobis ratione penſionis dictæ Domus noſtræ vſque ad tres annos continuè ſequentes, videlicet pro quolibet anno niſi in ducentis lib. turon. nobis aut ſucceſſoribus noſtris ſoluendis in duobus terminis, ſcilicet in termino Purificationis B. Mariæ, & in termino S. Ioannis Baptiſtæ, quolibet anno. Et incipiet primus annus ipſorum trium annorum, & primus terminus ſolutionis penſionis prædictæ ad feſtum Purificationis B. Mariæ, anno Domini M. CCCLXXIV. ita tamen quod ipſe Prior nobis promiſit, & ſe obligauit, quod ſummam trecentum librarum, quam eidem remittimus & quittamus pro tribus annis ſupradictis, ipſe applicabit & ponet in reparationibus ædificiorum dictæ Domus noſtræ, & in aliis neceſſariis ipſius, proût melius videbit expedire; & iſtud eidem concedimus de gratia ſpeciali. In cuius rei teſtimonium præſentes litteras ſibi conceſſimus, & noſtra ſigilla eiſdem duximus apponenda. Datum in noſtro Monaſterio S. Martini prædicti, anno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo tertio, die viceſima nona menſis Ianuarii.

Extitit etiam noſter hic Reuerendus Viuarienſis poſtea Epiſcopus, vt conſtat ex quadam eiuſdem Carta, cuius initium tale eſt.

An. 1376. VNiuerſis præſentes litteras inſpecturis, Bernardus de Agrifolio Dei & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia Viuarienſis Epiſcopus, ſalutem in Domino. Vniuerſitati veſtræ tenore præſentium innoteſcat, nos iuſtè & legitimè teneri Religioſis & honeſtis viris Priori & Conuentui Prioratus S. Martini de Campis Pariſien. in ſumma centum Francorum auri boni & legitimi ponderis, ex cauſa puri & legitimi mutui, nobis ſeu mandato noſtro per dictos Religioſos liberaliter facti, in bonis florenis benè numeratis, & in euidentem Eccleſiæ noſtræ & Epiſcopatus noſtri Viuarienſis vtilitatem iam conuerſis, &c.

Datum & actum Pariſiis in domo habitationis noſtræ, vltima die menſis Maii, anno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſexto.

GVILIELMVS BAIVLI III. PRIOR S. MARTINI XXXV. DOCTOR Theolog. Pariſien. Pòſt Abbas B. Mariæ Burgi Dolenſis in pago Bituricenſi. Anno M. CCCLXXXIX.

An. 1376. H*Vnc probat ipſiuſmet Carta ſuperiùs exhibita in Priore Bertrando, data anno* M. CCCLXXVI. *ſicuti & quamplurimæ aliæ in Archiuis noſtris reconditæ, quarum lectio hic minimè neceſſaria. Eæ ſunt annorum* M. CCCLXXVII. M. CCCLXXX. *quæ poſterior continet litem ſeu controuerſiam à nobis motam aduerſus Abbatem & Religioſos de Caricampo, Ordinis Ciſtertienſis, Am-*

bianenſis Dioceſis, coram Conſeruatore priuilegiorum Vniuerſitatis Pariſien. pro decimis Eccleſiæ S. Hilarij de Feruent, in agro Atrebatenſi, quæ iuris olim noſtri erant. Per cuius Sententiam prædicti Abbas & Conuentus condemnati fuerunt ad ſoluendum annuatim Priori & Conuentui Martiniano duas marchas argenti, ad magnum (vt loquitur) pondus, octo ſcilicet vnciarum pro qualibet marcha. Iſta Sententia confirmata Senatuſconſulto Pariſienſi. Anno Domini M. CCCLXXXII. *die* XIII. *menſis Martij.*

Carta altera eiuſdem. Data, vt inſit, in aula habitationis ſuæ. Anno Domini M. CCCLXXXII. *die* XV. *menſis Decembris, Pontificatus Clementis ſeptimi anno V.*

Item alia eiuſdem datæ annis M. CCCLXXXIV. *&* LXXXV.

Ex tabulis ſeu Archiuis Senatus Pariſienſis, anno Domini M. CCCLXXXIX. *menſe Nouembri.*

Maiſtre Guillaume Baiule, n'agueres Prieur de S. Martin des Champs, & à preſent Abbé du Bourg de Deols.

PETRVS DE MONTE-ACVTO IIII. PRIOR S. MARTINI XXXVI. S. R. E. Cardinalis, & Epiſcopus Laudunenſis.

Hic natione erat Aruernus, profeßione Monachus Benedictinus; Epiſcopus Laudunenſis, & à Clemente VII. Antipapa, anno 1383. *Cardinalis creatus, Martiniani Monaſterij poſſeßionem eſt adeptus, anno Domini* 1386. *Aſſerit autem doctißimus & mihi amicißimus Andreas du Cheſne, Turonenſis, Geographus Regius illum non habuiſſe cognomen de Monte-acuto, ſed fuiſſe dictum Petrum Aiſelinum vel Aſſelinum, territorio* An. 1386.

ſcilicet Montiſ-acuti apud Aruernos. Sic enim ille in ſua ſummorum Pontificum hiſtoria in Vrbano VI. qui ſedit ad annum 1370.

An. 1383. CEpendant Clement ne laiſſa pas de faire vne nouuelle creation de Cardinaux le XXIV. iour de Decembre au meſme an. Car il promeut entre autres à ceſte dignité Pierre de Cros Limouſin, Moine de l'Ordre de S. Benoiſt, Archeueſque d'Arles, & ſon Chambrier. Faidit d'Arcfueille, auſſi Limouſin Archeueſque d'Auignon, PIERRE AISELIN, ou ASSELIN, de Montagu en Auuergne, Moine de S. Benoiſt, Eueſque de Laon, &c.

Huius autem Illuſtriſsimi Præſulis noſtri deceſſum ex Ian. Iuuenalis de Vrſinis, quondam Rhemenſis Archiepiſcopi, Caroli VI. Francorum Regis vernacula hiſtoria, ad annum M.CCCLXXXVIII. *lubet hic exhibere.*

LE Roy arriua à Rheims à la Touſſaincts, & y ouït le ſeruice, & ſe logea en l'Hoſtel de l'Archeueſque. Et quant la Feſte fut paſſée, & le ſeruice des Morts, il aſſembla ceux de ſon ſang & Conſeil, en la ſalle dudit Hoſtel, & y auoit grande aſſemblée, où eſtoient les Oncles, Couſins, & parens du Roy, & des Prelats & gens d'Egliſe. Et y eſtoit le Cardinal de Laon, l'Archeueſque de Rheims, & autres. Et fut mis en deliberation que d'oreſnauant il auoit à faire, veu l'aage qu'il auoit, & conſiderez les affaires du Royaume. Car combien qu'il fut aſſez ieune d'aage, toutesfois il auoit grand ſens & entendement, & eſtoit tres-belle perſonne, benigne & douce, & voyoit faire à ſes Oncles & autres par leur moyen, choſes qui eſtoient plus au profit d'eux & d'aucuns particuliers, que du bien public. Le Chancellier, qui preſidoit au Conſeil apres le Roy, demanda au Cardinal de Laon qu'il luy en ſembloit, & que le Roy auoit à faire; lequel moult ſe excuſa de vouloir deliberer ou parler le premier. Toutesfois apres que le Roy luy euſt commandé, il monſtra que le Roy eſtoit en aage competent, pour cognoiſtre & ſçauoir le fait de ſon Royaume, & pour oſter de

tous

tous poinƈts pluſieurs enuies des Seigneurs, qu'ils auoient les vns enuers les autres, dont inconueniens aduenoient, & pouuoient aduenir plus grands. Il fut d'opinion que le Roy ſeul eut le gouuernement de ſon Royaume, & qu'il ne fut plus au gouuernement d'autruy; c'eſt à ſçauoir de ſes Oncles, & ſpecialement du Duc de Bourgogne, combien que expreſſement il ne les nomma pas, mais on les pouuoit aſſez entendre. Apres, l'Archeueſque de Rheims, & les Chefs de guerre furent de ceſte opinion, & ainſi fut conclu. Et bien & gratieuſement le Roy remercia ſes Oncles, des peines & trauaux qu'ils auoient eu de ſa perſonne, & des affaires du Royaume, en les priant que touſiours ils l'euſſent pour recommandé. Leſquels prinrent congé du Roy, lequel leur donna du ſien le mieux qu'il peut. Et s'en alla le Duc de Berry en Languedoc, dont il auoit le gouuernement, & le Duc de Bourgongne à ſes terres & Seigneuries tres-mal content, & ſes gens deſplaiſans de ce qu'ils n'auoient l'adminiſtration & l'authorité qu'ils auoient eu parauant, quant ils gouuernoient. Or aduint que ledit Cardinal qui auoit dit le premier ſon opinion, aſſez toſt apres alla de vie à treſpaſſement bien piteuſement. Car il fut ſceu que veritablement il auoit eſté empoiſonné, & le congneut & ſentit bien, & pria & requiſt tres-inſtamment que nulle enqueſte ou punition en fut faiƈte. Il fut ouuert, & trouua on les poiſons. Le Roy en fut tres-deplaiſant & courroucé.

Huius abundè meminit R. P. Iacobus du Breul, Monachus dum viueret S. Germani de Pratis ad muros Pariſienſes Theat. Antiquit. Pariſ. lib. 2. fol. 671. vbi de Collegio Montiſ-acuti. Sepultus eſt autem idem Illuſtriſſ. medio Chori noſtri, ad Baſim ſeu Stylobatam Moſis, cuius inibi excellens admodum in æs inſculptum conſpicitur Monumentum, ſub his verbis.

HIc iacet in tumulo Reuerendiſſimus in Chriſto Pater Dominus Petrus de Monte-acuto S. R. E. Presbyter Cardinalis Laudunenſis nuncupatus, huiuſque Eccleſiæ

Adminiſtrator, Conſiliariuſque Domini noſtri Francorum Regis excellens & magnificus. Qui Rhemis in ſeruitio dicti Domini noſtri Regis diem ſuum clauſit extremum, ſub anno Incarnationis Domini milleſimo trecenteſimo octuageſimo octauo, menſis Nouembris die octaua. Pro cuius animæ ſalute velitis Deum orare.

E Vetere Synopſi, anni M. CCCLXXXXVII.

Item vne Chaſuble noire, grande & pretieuſe de baudequin noir, à vn grand offrail de broderie à Images, auec ſe Tunicque & Dalmatique, deux Eſtolles & trois Fanons, trois Aulbes parées, vn parement de nappes, dont ladite Chappelle eſt toute ſemée de teſtes de Lyons & de Treffles d'or, tretout de broderie, du don fait par feu Monſeigneur le Cardinal de Laon, Adminiſtrateur du Prieuré de ceans.

Item vn Frontier & Doſſier d'amperial d'or à champ d'aſur, & ſont brodées entour de veluyau vermeil.

Item Frontier & Doſſier de ſatin noir ſemées de teſtes de Lyon, & Treffles d'or de broderie, du don de Monſeigneur le Cardinal deſſuſdit.

E Vetere noſtro M. S. Martyrologio.

VI. Idus Nouemb. Depoſitio Domni Petri Cardinalis Laudunenſis, & Prioris huius loci. Officium fiat ſicut de Prioribus noſtris.

IOANNES DE BOVRNEZEAV III. PRIOR S. MART. XXXVII.

Dicitur etiam de Bournaſel, vel de Bourneſel, quamplurimis cùm ipſiuſmet, tùm Ioannis de Folleuille, Cuſtodis Præpoſituræ Pariſienſis, Cartis datis anno Domini M. CCCLXXXVIII. *quas hic referre ſuperuacaneum. Obiit autem hic noſter Antiſtes anno Domini* M.CCCLXXXIX. *præfuitque Martiniano noſtro Conuentui nouem menſibus.* An. 1388.

PETRVS V. PRIOR S. MART. XXXVIII.

E quodam vetere M. S. Eccleſiæ Pariſ.

ITem in quodam alio Regiſtro, in quo ſcriptæ ſunt plures Cartæ tangentes Eccleſiam noſtram prædictam (*Pariſienſem ſcilicet*) ſic reperitur ſcriptum folio ſeptuageſimo ſecundo.

Præſentatio Sancti Martini.

VIris venerabilibus & diſcretis Decano & Capitulo Pariſienſi. Frater Petrus humilis Prior S. Martini de Campis Pariſienſis, ſalutem in Domino ſempiternam. Ad An. 1390.

Vicariam S. Dionyſij de Carcere in Eccleſia veſtra Pariſienſi per mortem magiſtri Ioannis de Vitriaco quondam Vicarii dictæ Eccleſiæ veſtræ vacantem, ad quamquidem Vicariam præſentatio ad nos pertinere dignoſcitur, vobis Hugonem de Orgneyo Presbyterum exhibitorem præſentium, per noſtras patentes litteras præſentamus, vos rogantes quatenus ad ipſam Vicariam fauorabiliter admittatis. Datum anno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo, die Iouis poſt Dominicam qua cantatur, Oculi mei.

Præcedens Cartula deſumpta eſt ex prolixiſſima membrana incluſa thecæ dicti Prioratus S. Dionyſij, quæ eſt in Archiuis noſtris.

FVLCO DE BLANDES II.

PRIOR S. MART. XXXIX.

Doctor in iure ſacro Canonico.

An. 1391. *NVſquam cuiuſpiam noſtrorum Antiſtitum tot vidi Cartas præterquam Reuerendi huius, annorũ ſcilicet* M.CCCLXXXXI. LXXXXII. LXXXXIV. LXXXXVI. LXXXXVIII. LXXXXIX M.CCCC. M.CCCCI. M.CCCCII. *Hæc autem vltima eſt inſtrumentum ſeu Actus Præſentationis ab eodem ad Vicariam perpetuam Prioratus S. Dionyſij de Carcere in Eccleſia Pariſienſi, ex perſona Domini Inguerranni de Forciaco, Canonici Præbendati Eccleſiæ Cenomanenſis, die decima menſis Decembris. Item & altera eiuſdem Carta anni* M.CCCCIII. *quæ cum cæteris nullius eſt doctrinæ.*

Obiit hic Reuerendus anno Domini M.CCCCIV. *die* XIV. *Nouembris, eratque Dioceſis Sagienſis, & Monachus Monaſterij S. Dionyſij in Francia, vbi habitum Monachalem ſumpſerat, anno* M.CCCLXXX *Profeſſionem verò monaſticam emiſerat in magna Capella S. Germani de Pratis die* VII. *menſis Octob. anno* M.CCCLXXXIII. *licentia & permiſſu Reuerendiſſ. patris Guido-*

nis Abbatis eiuſdem Monaſterij S. Dionyſij. Nobiliſsima ortus ille familia, patre Guillelmo Scutifero, &c.

E Vetere noſtro M. S. Martyrologio.

XVIII. Cal. Decemb. Depoſitio Domni Fulconis Prioris huius loci, qui dedit Conuentui ducentos Francos, ex quibus Ioannes Aruernacii ſucceſſor ſuus immediatus augmentauit Carnificeriam S. Martini, & illis mediantibus admortiſauit Conuentui XL. libras pariſien. Quoniam multæ aliæ reparationes per eum in iſta domo fuerunt factæ, conuenitur in Refectorium ad charitatem, & iacet inter magnum Altare, & Armariam Reliquiarum. Item cum prædictis conceſſit vnam pulcham Cappam ſanguineam.

IOANNES
ALVERNAS IV.
PRIOR S. MART. XL.

Licentiatus in iure ſacro Canonico.

ANte adeptum Prioratum Martinianum, fuit Prior Prioratus de Riuis, Ordinis noſtri Clun. Claromontenſis Diœceſis, anno Domini M. CCCCI. *Eius vero nomine Procuratorio quidam Bernardus Daumont, anno* M. CCCCV. *die* XVIII. *Febr. dicti Martiniani Monaſterij poſſeſsionem eſt aſſequutus. Plurima illum apud nos teſtantur inſtrumenta loco noſtro Capitulari habita, annorum* M.CCCCVI. *die* XXVIII. *Septemb.* M.CCCCVII. *Vltima die Iunij* M. CCCCXII. XVIII. *April. &* M. CCCCXV. *à quorum exhibitione lubens abſtineo. Obiit autem anno Domini* M. CCCCXVII. [illegible] *menſis Iulij.* An. 1405.

E vetere noſtro M. S. Martyrologio.

VII. Idus Iulij. Depoſitio Domni Ioannis Aluernacii Prioris huius loci, qui dedit nobis veſtimenta pretioſa ſanguinea, videlicet Caſulam, Tunicam, Dalmaticam, & Tunicam Acolitæ. Cappam parem, & paramenta Altaris paria, de panno damaſco.

Item fecit fieri quatuor Antiphonaria, quatuor Pſalteria, quatuor Gradualia, vnum Miſſale, vnum Collectarium, & vnum paruum librum de Reſponſoriis Matutinarum, & omnes iſti libri pulchri & notabiles ſunt. Item fecit fieri duodecim libros Proceſſionum. Item fecit fieri Aulam nouam de Infirmariis, & Curiam parare.

Iacet in noſtra Eccleſia ante marmoreum Altare.

GVIDO DE NOVRRY II.

PRIOR S. MART. XLI.

Licentiatus in iure ſacro Canonico.

Littera executoria Collationis factæ per Domnum Abbatem Cluniacenſem, Domno Guidoni de Nourry, de Prioratu Sancti Martini de Campis propè Pariſius, anno à Natiuitate Domini M.CCCCXVII. *die* XXV. *menſis Iulij, Apoſtolica ſede vacante.*

An. 1417. VEnerabilibus & chariſſimis fratribus noſtris de Charitate & de Volta Domuum noſtratum Prioribus, ac Vicariis noſtris in ſpiritualibus & temporalibus in Prouincia Franciæ, necnon & Subpriori Domus noſtræ S. Martini de Campis, cæteriſque Religioſis noſtri Clun. Ordinis, Frater Robertus miſeratione diuina Eccleſiæ Cluniacenſis Miniſter humilis, ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem.

Cùm proût per alias noſtras patentes litteras legitimè

conſtat, venerabilem & chariſſimum fratrem noſtrum Domnum Guidonem de Nourry, noſtri Ordinis profeſſum, Domus noſtræ Siluiniaci Priorem, ad Domum noſtram ſeu Prioratum S. Martini de Campis Pariſienſis, ſeu propè Pariſius, tunc vacantem per obitum bonæ memoriæ fratris Ioannis Auernhacii, vltimi eiuſdem Domus noſtræ S. Martini Prioris, ſeu aliàs quomodolibet vacantem, in Priorem Domus ipſius S. Martini motu proprio, & non ad cuiuſquam ſupplicationis inſtantiam miſerimus, & de illa ſibi licet abſenti, prouiderimus; ac eidem Domno Guidoni vt vero Priori ſicut eſt dictę Domus noſtræ S. Martini de Campis, mandauerimus obediri humiliter & deuotè, & aliàs prout in dictis litteris noſtris latiùs continetur. Hinc eſt quod nos ſimili motu proprio vobis & veſtrum cuilibet qui ſuper hoc fuerint requiſiti committimus, præcipimus, & mandamus, quatenus ipſum chariſſimum fratrem noſtrum Domnum Guidonem de Nourry, vel procuratorem ſuum eius nomine in realem & corporalem poſſeſſionem dictæ Domus noſtræ ſancti Martini, ac vniuerſorum iurium & pertinentiarum eiuſdem, auctoritate noſtra ponatis & inducatis, & inductum deffendatis, ac facientes ipſum vel dictum eius Procuratorem pro eo ad ipſam Domum noſtram vt eſt moris, recipi & admitti. Iniungentes vobis & veſtrum cuilibet, quod ab eodem Domno Guidone de Nourry vice & authoritate noſtra & tamquam Vicarii noſtri in hac parte recipiatis ſolita iuramenta. In quorum teſtimonium præſentes litteras ſigilli noſtri proprii appenſione duximus roborandas, eaſque manu propria ſubſcripſimus & ſubſcribi fecimus per Petrum Symenelli Notarium publicum & Scribam noſtrum, ad maioris roboris firmitatem. Datum Conſtantiæ Prouinciæ Maguntinenſis, die viceſima quinta menſis Iulii, anno à Natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo decimo ſeptimo, Apoſtolica ſede vacante. Signatum. Robertus Cluniacenſis.

Et ego Petrus Symenelli, Clericus Rotomagen. publicus authoritate Apoſtolica & Imperiali Notarius, quia præmiſ-

ſis omnibus & ſingulis, dum ſic (vt præmittitur) agerentur & fierent, præſens fui, eaque ſic fieri vidi & audiui: Ideo his præſentibus litteris manu mea propria ſcriptis, ſignum meum ſolitum & conſuetum appoſui in teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum requiſitus & rogatus.

Hunc inſuper plura in Archiuis noſtris inſtrumenta teſtantur, cuiuſmodi ſunt Carta eiuſdem, data anno Domini M. CCCCXVIII. *& altera, quæ eſt actus Capitularis vernacula lingua, anni* M. CCCCXX. *initus & habitus cum Ædituis & Parochianis Eccleſiæ S. Nicolai de Campis Pariſ. pro excitandis & de nouo conſtruendis duabus Capellis in dicta Eccleſia. Præſentibus.*

Reuerend Pere Guy de Norry, Prieur, & Domps Iean de la Bretonniere, Soubsprieur.
Pierre Daſnieres, grand Cellerier.
Hugues Bourgoin, Hoſtellier.
Iean Lormier, Infirmier.
Eſtienne Tiphaine, Tiers Prieur.
Guillaume de Lorme, Quart Prieur.
Iean des Prez, Quint Prieur.
Iean Dauſſonne, Chantre.
Bernard Gay, Soubsſecretain.
Guillaume Angoulant, Soubspitancier.
Raulin de Salerne, Refecturier.
Oudin Piot, Preſtre.
Triſtan le Moine, Diacre.
Iean de Ver, Preſtre.

Sic autem finitur dictus Tractatus.

Tous Religieux, faiſans & repreſentans la plus grande & ſaine partie des Religieux de l'Egliſe S. Martin des Champs, fut paſſé en leurs noms & comme eux faiſans forts des autres Religieux d'ilec, ont paſſé le traictié double declaré au blanc par les conditions & manieres declarées en iceluy, l'an M. CCCCXX. le Samedy XXV. iour de Ianuier d'vne part, aſſemblez en leur Chapitre, Et auſſi

les

les Marreigliers de ladite Egliſe d'autre part, leſdits iour & an, comme Marreigliers & Procureurs des deſſuſnommez Parroiſſiens, repreſentans, &c. Faict comme deſſus. Signé le Moyne. Barbier.

Ex theca Carthophilacij noſtri, quæ inſcribitur, Auberuilliers & Sainct Denys en France.

Soient examinez par le Commiſſaire donné en la cauſe pour Religieuſe perſonne & honneſte, Monſeigneur Guy de Norrys Prieur de S. Martin des Champs, qui apres le treſpaſſement de feu Damp Iean l'Auuernac, en ſon temps Prieur dudit lieu de S. Martin, a reprins le preſent procés à l'encontre des Religieux, Abbé & Conuent de S. Denys en France, &c.

GVILIELMVS
DE BOSCO-VARIO IV. PRIOR S. MART. XLII.

Carta eiuſdem, cuius initium eſt.

VNiuerſis præſentes litteras inſpecturis. Frater Guillelmus de Boſco-Vario, humilis Prior Monaſterii ſeu Prioratus S. Martini de Campis prope Pariſius, Ordinis Clun. ſalutem in Domino. Notum facimus quod nos citra reuocationem quorumcumque Procuratorum, hactenus per nos, &c. Datum anno Domini M. CCCCXXII. *An. 1422.*

Eſt & altera ipſiuſmet Gallico idiomate conſcripta, anni M. CCCCXXIII. *quæ ſic incipit.* Sachent tuit que nous Guillaume de Boſt-vert, humble Prieur de l'Egliſe S. Martin des Champs lés Paris, &c.

De annua penſione à Priore B. Mariæ de Inſula Adæ debita.

IN nomine Domini Amen. Nouerint vniuerſi præſens
An. 1424. publicum Inſtrumentum inſpecturi. Quod anno Domini M. CCCCXXIV. Indict. II. die verò decima menſis Februarii, Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Martini diuina prouidentia Papæ quinti, anno ſeptimo, in mei Notarii publici teſtiumque infraſcriptorum ad hoc vocatorum ſpecialiter & rogatorum præſentia perſonaliter conſtitutus in Monaſterio Clun. & exiſtens coram venerabili Patre & Religioſo viro Domno Guillelmo de Boſco-vario Priore Prioratus S. Martini de Campis prope Pariſius Clun. Ordinis, Religioſus vir Domnus Ioannes Bonæ-rei, Prior Prioratus Inſulæ Adæ Clun. Ordinis, Pariſ. Diœceſis, ſcienter & prouidè, non dolo vel metu ad hoc inductus, ſed quia rei veritas talis eſt, confitetur & recognoſcit publicè, ſe fuiſſe & eſſe informatum, tum per regiſtra, quitantias & apodixias dicti Prioratus Inſulæ Adæ, etiam quia notorium eſt in Prioratu S. Martini prædicto, quod dictus Prioratus Inſulæ Adæ facit facereque tenetur & conſueuit Prioratui prædicto S. Martini de Campis, & Domino Priori dicti loci pro tempore, cenſam ſeu penſionem annuam, &c.

Reliqua huius Cartæ hic minimè neceſſaria.

IACOBVS SEGVIN II.

PRIOR S. MART. XLIII.

EPISCOPVS FORO-IVLIENSIS Anno M. CCCCLII.

Hic cæpit præeſſe Martiniano catui anno M. CCCCXXIV. *vti pluribus mihi conſtitit documentis. Illum autem apud nos teſtantur & referunt Cartæ ſub datis* M. CCCCXXV. XXVI. XXVIII. XXXIX. XLIV. XLVIII. LI. *ſed potiſſimum ſequens Scedula ipſiuſmet manu conſcripta & ſubſignata, quæ quia eſt papiraoea multis in locis inuenitur lacera & dirupta, non tàm fortaſſis vetuſtate, quàm neglectu & incuria, quippe quam loco ſqualido in ſitu & puluere offenderim.* An. 1424.

EGo Iacobus Prior S. Martini Pariſien. confiteor compoſuiſſe cum venerabilibus & chariſſ. fratribus.......... Eccleſiæ S. Martini præd.cti, in modum qui ſequitur. Videlicet quod quendam librum qui vocatur.......... in duobus voluminibus. Quiquidem liber tempore extremæ neceſſitatis, & horrendæ famis ſeu......... & aliis neceſſitatibus præfatæ Eccleſiæ. Reſtituam, comparabo, ſeu ſcribi faciam infra triennium, dummodo.......... aſſequi pacificè Eccleſiam Foro-julienſem, ac poſſeſſione ipſius fructibuſque illius gaudere & frui plena pace........ In cuius rei teſtimonium præſentem Scedulam propria manu ſcripſi, roborauique ſigno meo manuali, vigeſima ſexta Ianuarii, anno Domini M.CCCCLII. Iacobus Prior ſancti Martini Electus Eccleſiæ Foro-julienſis.

IACOBVS IVVENALIS
DE VRSINIS III.
PRIOR S. MART. XLIV.
Patriarcha Antiochenus, & Epiſcopus Pictauenſis LXXXV.

Doctiſſ. Vir Theodorus Godefroy, Patronus in Senatu Pariſienſi, ad Notas Hiſtoriæ Caroli ſexti, ſic ait.

Iacques Iuuenal des Vrſins l'an 1443. Preſident en la Chambre des Comptes à Paris. L'an 1444. Archeueſque de Rheims, & l'an 1449. Patriarche d'Antioche, & Eueſque de Poitiers.

Ex theca, quæ eſt in Archiuis noſtris, cuius eſt inſcriptio.

Moulin de Creuecœur, S. Marcel & Gentilly.

An. 1452. PApier de cens, fonds de terres, rentes & couruées, deuës à Paris à tres Reuerend Pere en Dieu, & mon tres-honnoré & redouté Seigneur Monſieur le Patriarche d'Antioche, Eueſque de Poictiers, & Adminiſtrateur perpetuel de l'Egliſe de S. Martin des Champs à Paris, & à cauſe d'icelle Egliſe de S. Martin. Et lequel papier Ie Pierre Rogere Receueur ordinaire à la recepte des champs deſſuſdit, pour iceluy tres-Reuerend Pere en Dieu, ay extraict d'vn petit Manuel fait par Georges le Clerc Recepueur de ladite recepte, ordonné par Reuerend Pers en Dieu Monſieur l'Eueſque de Frejus, pour lors Prieur dudit S. Martin, duquel Manuel i'ay extraict leſdits cens, rentes, & coruées, & les arrerages de pluſieurs années, comme plus à plain appert par ledit Manuel. Deſquels ie Pierre Rogere deſſuſdit

rends compte à mondit Seigneur le Patriarche ou à ſon Commis, depuis le XV. iour de Feurier M. CCCCLII. iuſques au, &c.

Item ex altero Regiſtro.

COmpte de Anthoine de Vauboulon commis verbalement par feu tres-Reuerend Pere en Dieu Monſeigneur Meſſire Iacques Iuuenel des Vrſins, Patriarche d'Antioche, Eueſque de Poictiers, & Adminiſtrateur perpetuel de l'Egliſe & Monaſtere Monſeigneur S. Martin des Champs à Paris, & du Conuent dudit lieu. A faire faire & payer les ouurages & reparations neceſſaires à faire en l'vn des pignons de ladite Egliſe, lequel fondy & cheut par terre enuiron la Chandeleur l'an M. CCCCLIV. pour & à cauſe du Clochier d'icelle Egliſe, qui par vieilleſſe fondy & cheut par terre, & auec luy fondy & abbaty ledit pignon, ou coing de ladite Egliſe. De la recepte & deſpence faictes par ledit commis à la cauſe deſſuſdite. Ce preſent compte rendu par ledit de Vauboulon à Meſſieurs les Religieux Prieur & Conuent dudit Monaſtere, en la maniere qui s'enſuit, &c.

Ex M. S. RR. PP. Carthuſianorum Pariſienſium.

Pridie Idus Octobris Reuerendiſſ. in Chriſto Pater & Dominus D. Iacobus miſeratione diuina Patriarcha Antiochenus, Epiſcopus Pictauenſis, dedit in puram eleemoſinam nobis pro fundatione vnius Anniuerſarii perpetui in vita & in morte, ſummam centum ſcutorum nouorum auri, de cugno Domini noſtri Regis, & multa alia bona fecit nobis, & fieri procurauit.

Scripſit autem hic Reuerendiſſimus Gallico idiomate Præfatam Hiſtoriam Caroli ſexti Francorum Regis, quam paucis abhinc annis in lucem emiſit dictus Theodorus Godefroy, obiitque noſter hic Præſul anno M. CCCCLVI. *die* XII. *menſis Martii, Auguſtoriti Pictonum.*

IOANNES DE MONTLAMBERT V. PRIOR S. MARTINI XLV. PICTAVENSIS, POST ETIAM Montalbanenſis Epiſcopus Anno M. CCCCLXX.

Omiſſis infinitis propemodum Reuerendiſſimi huius Antiſtiti. noſtri Cartis, ſequentibus fiet nobis ſatis.

Inſtrumentum Iuramentorum per Domnum Ioannem de Monte-Lamberti Priorem Monaſterij S. Martini de Campis Pariſienſis factorum, in ſua prima receptione, videlicet die VI. *menſis Maii anno Domini* M. CCCCLVII.

An. 1457. IN nomine Domini Amen. Nouerint vniuerſi & ſinguli, hoc præſens publicum inſtrumentum inſpecturi & audituri. Quod anno eiuſdem Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſeptimo, Indictione quinta, menſis verò Maii die ſexta, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Calixti diuina prouidentia Papæ tertii, anno tertio. Cum venerabilis & Religioſus vir frater Ioannes de Monte-Lamberti, Licentiatus in Decretis, Prior Prioratus Conuentualis S. Martini de Campis Pariſienſis Ordinis Cluniac. qui die heſterna in poſſeſſionem dicti Prioratus virtute & auctoritate literarum Reuerendi in Chriſto Patris & Domini, Domini Ioannis de Borbonio Dei gratia ſanctæ Anicienſis Eccleſiæ nullius Prouinciæ, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ & nulli alteri in quo-

quam ſubiectæ Epiſcopi,& Vallauiæ Comitis, Abbatis Cluniacenſis, quarum tenor ſequitur & eſt talis. Ioannes de Borbonio Dei gratia ſanctæ Anicienſis nullius Prouinciæ, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ & nulli alteri in quoquā ſubiectæ, Epiſcopus & Vallauiæ Comes, ac Eccleſiæ Cluniacenſis humilis Miniſter. Venerabili & chariſſ. fratri Domno Ioanni de Montelamberto, in iure Canonico Licentiato, Ordinis S. Benedicti Monacho expreſsè profeſſo, ſalutem in Domino. Religionis zelus, generis nobilitas, literarum ſcientia, & morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, quibus apud nos fide dignorum commendamini teſtimonio, nos inducunt vt vobis reddamur ad gratiam liberales. Nos igitur attendentes Prioratum noſtrum Conuentualem S. Martini de Campis Pariſienſis, ſub noſtro Cluniacenſi Ordine & Monaſterio Clun. exiſtentem, vacare ad præſens de iure & de facto per obitum bonæ memoriæ quondam Reuerendiſſimi in Chriſto Patris & Domini, D. Iacobi Antiochiæ Patriarchæ, huiuſmodi Prioratus nouiſſimi in Commendam poſſeſſoris cuius collatio, prouiſio, inſtitutio, & omnimoda diſpoſitio nobis ad cauſam prædictæ noſtræ Clun. Eccleſiæ pertinet & ſpectat; volentes longeuæ vacationi eiuſdem (vt tenemur) obuiare, ne ipſe Prioratus diu ſuis fraudetur obſequiis, eundem Prioratū S. Martini de Campis Pariſienſis ſic (vt præmittitur) vacantem, vel quouiſmodo vacet, cum iuribus, honoribus & oneribus, ac pertinentiis eius vniuerſis, vobis tamquam ſufficienti & idoneo, licet abſenti, duximus conferendum, & conferimus per præſentes, & de eodem vobis prouidemus, & vos inueſtimus per annuli noſtri traditionem, in perſonam fratris Ioannis Quenoulle Sacriſtæ S. Reuerici, pro vobis præſentando & recipiendo. Inſtituendo vos verum Priorem & poſſeſſorem eiuſdem, regimen & adminiſtrationem ipſius vobis committendo, conſcientiam noſtram exonerando, & penitùs veſtram onerando. Nos verò vobis iniungimus per præſentes, vt infra duos menſes poſtquam poſſeſſionem dicti Prioratus fueritis aſſecutus, coram nobis comparcatis,

præſtaturus fidelitatis & obedientiæ ſolitum & debitum iuramentum. Quocirca vniuerſis venerabilibus & chariſſ. fratribus Vicariis noſtris, Prioribus, Religioſis & Monachis noſtri Clun. Ordinis, necnon Capellanis, Clericis, Notariis & Tabellionibus publicis nobis ſubditis, & eorum cuilibet ex nunc pro tunc, tenore præſentium in virtute ſanctæ obedientiæ præcipiendo & committendo mandamus; non ſubditos rogando, quatenus adhibitis ſolemnitatibus in talibus fieri conſuetis, vos vel procuratorem veſtrum legitimum in poſſeſſionem realem & corporalem dicti Prioratus S. Martini de Campis ponant & inducant, ſeu alter ipſorum ponat & inducat, inductumque deffendant ſeu deffendat, omnibus iuris & inſtitutorum Regularium viis & modis, etiam per cenſuram Eccleſiaſticam contradictores & rebelles (ſi qui ſint) auctoritate noſtra debitè compeſcendo, amoto exinde quolibet alio illicito detentore, quem nos per præſentes denuntiamus amotum, de fructibuſque, prouentibus, iuribus, & emolumentis vniuerſis eiuſdem vobis integrè faciant reſponderi, noſtro & alieno iure ſemper ſaluo. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium pręmiſſorum, præſentes ſigillo noſtro autentiquo, quo in noſtro vtimur Epiſcopatu, cum ſubſcriptione Secretarii noſtri iuſſimus communiri. Datum & actum in domo noſtra Epiſcopali Anicii, præſentibus Carolo de Magna-fagia Scutifero, & Domno Hermita de la Faye, teſtibus ad præmiſſa aſtantibus die decima octaua menſis Aprilis, anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſeptimo. Sic ſignatum in margine: De mandato Reuerēdiſſimi in Chriſto Patris & Domini, Domini Epiſcopi & Abbatis prædicti Gerardin.

Cum autem per Religioſum virum fratrem Balduinum Vectemol Presbyterũ Priorem, Prioratus S. Petri de Romiliaco diœceſis Morinen. dicti Ordinis Clun. poſitus & inductus extitiſſet, cõſueuerintque Priores ipſius Prioratus quàm primùm in eodem Monaſterio recipiuntur, à Religioſis & Conuentu cum proceſſione ſolemniter recipi, ipſos Religioſos & Conuentum requiſiuiſſet, quatenus ipſum cum ea

qua

qua ſolitum erat reuerentia & ſolemnitate recipere haberent. Ipſi autem Religioſi inſimul congregati Conuentum repræſentantes, mandatis ipſius Domini Epiſcopi & Abbatis obedire volentes, ſe ad ipſius Fratris Ioannis de Montelamberti receptionem ſolemniter præpararunt, & in eadem Eccleſia cum proceſſione, Campanarum ET ORGANORVM pulſatione ipſum Fratrem Ioannem Lamberti expectantes, ipſi fratri Ioanni de Monte in porta ipſius Monaſterii aduenienti obuiam venerunt fratres Guillelmus de Vlmo Subprior, Ioannes de Ver magnus Cellerarius, Triſtanus Monachi Sacriſta, & Ioannes des Prez Infirmarius & Pitantiarius, & eidem Fratri Ioanni de Montelamberti expoſuerunt quod ab antiquo conſuetum erat, dum Priores ipſius Prioratus in eadem Eccleſia recipiuntur, præſtare in manibus Subprioris & dictorum Officiariorum, aut aliorum à Conuentu deputatorum, iuramenta quæ dicebant contineri in quodam Libro cooperto aſſeribus argenteis deauratis, continente Textum Euangeliorum per anni circulum in Eccleſia legendorũ. Et quæ erant ſcripta in primo folio ſcripto illius Libri de groſſa littera ſatis antiqua, formã quæ ſequitur continebant. Et primo, in littera rubea.

FORMA IVRAMENTI QVOD PRESTARE SEV FACERE DEBET PRIOR HVIVS LOCI IN NOVITATE SVA. Et in littera nigra.

Ego frater (N) Prior Prioratus S. Martini de Campis Pariſienſis, iuro ad ſancta Dei Euangelia, corporaliter tacto libro iura Eccleſiæ cuſtodire, nihilque alienare. Item Conuentum & omnes meos ſubditos charitatiuè tractare. Item, quod ad correctionem ſeu punitionem Monachorum non niſi in Auditorio & Capitulo conſuetis, & de conſilio Balliuorum & aliorum proborum virorum Conuentus procedam. Item, quod Balliuis & Conuentui victui neceſſaria, vt eſt conſuetum, miniſtrabo ſeu miniſtrari faciam per meos Officiarios Monachos S. Martini. Item nullus Monachus cuiuſuis alterius Monaſterij ſeu Religionis pro Manſiona-

rio in hoc Monaſterio aut membris eiuſdem, meo tempore recipietur. Item de Prioratibus, Officiis vel Adminiſtrationibus niſi Monachis, qui ab initio in hoc Monaſterio induti fuerint habitu monachali, non prouidebo. Item omnes approbatas conſuetudines, priuilegia, & libertates hactenus in hoc Monaſterio S. Martini obſeruatas ab antiquo, ſine innouatione quacumque inuiolabiliter obſeruabo, & obſeruari faciam meo poſſe. Sic Deus me adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia. Supplicantes eidem, quatenus ſuorum prædeceſſorum veſtigiis inhærendo, huiuſmodi iuramenta præſtaret ſolemniter. Quiquidem frater Ioannes huiuſmodi Religioſorum ſupplicationibus annuens, iuramenta in forma ſupraſcripta præſtitit. Poſt quorum iuramentorum præſtationem ſolemniter ab eiſdem Religioſis fuit receptus. De & ſuper quibus ipſi Religioſi petierunt à me Notario publico ſibi confici atque tradi publicum inſtrumentum ſeu publica inſtrumenta, vnum vel plura. Acta fuerunt hæc Pariſius in introitu ipſius Eccleſiæ S. Martini, ſub anno, Indict. menſe, die, & Pontificatu prædictis. Præſentibus ad hæc Reuerendo in Chriſto Patre & Domino, D. Helia Epiſcopo Viuarienſi, Venerabili Patre fratre Guillelmo Maillart Abbate S. Cypriani, Pictauenſis Diocęſis, fratre Reginaldo de Chouigniaco Infirmario Caſæ Dei, Raimundo Ardeilhon Canonico Xanctonenſi, cum populi copioſa multitudine, ad præmiſſa vocatis & rogatis. Et me Franciſco Ferrebouc Clerico Pariſienſi, in iure Canonico Licentiato, publico Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus Curiarumque conſeruationis priuilegiorum, almæ matri Vniuerſitati Pariſienſi à ſancta ſede Apoſtolica indultorum, & Epiſcopalis Pariſienſis Notario iurato. Qui in prædictis omnibus & ſingulis proût ſupra ſcribuntur, dum agerentur & fierent, vnà cum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audiui. Ideo huic pręſenti publico inſtrumento manu alterius, me aliis præpedito negotiis, fideliter ſcripto, ſignum meum publicum & fieri ſolitum appoſui, requiſitus & rogatus in fidem & teſtimonium præmiſſorum.

Item eiuſdem R. P. de Montelamberto Schedulâ.

NOus Iean humble Prieur de l'Egliſe & Monaſtere de Monſeigneur S. Martin des Champs à Paris, & tout le Conuent de ce lieu. Certefions à tous à qui il appartient que en nos preſences noble homme Anthoine de Vaubelon Eſcuyer a rendu le Compte de la recepte & deſpence par luy faite, à cauſe des ouurages, reparations, que il par l'ordonnance de feu tres Reuerend Pere en Dieu Meſſire Iacques Iuuenel des Vrſins, en ſon viuant Patriarche d'Antioche, Eueſque de Poictiers, & Adminiſtrateur perpetuel de ladite Egliſe & Monaſtere, fit faire es années M.CCCCLV. & LVI. en l'vn des pignons de ladite Egliſe, lequel chei par terre auec le grand Clochier d'icelle, qui par villeſſe fondi & trebucha enuiron la Chandeleur l'an mil quatre cens cinquante quatre. Et lequel Compte nous auons eu & auons pour aggreable, tant en recepte, comme en deſpence. Et de l'Adminiſtration & gouuernement qu'il a eue à cauſe de ce, le quittons plainement & abſolument par ces preſentes. Pourueu toutesvoyes que nous ſommes demourez & demourons quittes enuers ledit Eſcuyer, les ayans cauſe de feu noſtredit Sieur le Patriarche & tous autres, de toutes & queconques choſes de tout le temps paſſé, leſquelles en teſmoin de ce nous auons ſcellées de nos ſceaux cy mis le VIII. iour de Iuin l'an M. CCCCLVII. *An. 1457.*

In quibuſdam aliis ipſiuſmet Cartis, ſequentibus ornatur titulis.

Frater Ioannes de Montelamberti, in iure Canonico licentiatus, humilis Prior Monaſterii S. Martini de Campis Pariſien. Ordinis Clun. ac Præſidens Compotorum illuſtriſſimi Principis Domini Ducis Aquitaniæ, &c. Datum anno Domini M.CCCCLXIX. die IV. menſis April. *An. 1469.*

Item.

Nous Iean de Monte-lambert, licentié en Decret, Prieur de ſainct Martin des Champs à Paris, Eſleu de Montauban, *An. 1470.*

& Preſident des Comptes de Guienne, &c. Faict ce XXII. iour de Iulliet l'an M. CCCCLXX.

Quoquidem anno compluribus aliis Cartis hunc lego electum fuiſſe in Epiſcopum Montalbanenſem, & S. Gildaſij in pago Bituricenſi Abbatem Commendatarium.

GVILIELMVS DES TOVTEVILLA V.

PRIOR S. MART. XLVI. S.R.E. CARD. ET ARCHIEP. Rothomagenſis, &c.

An. 1471. *HIc Martiniani Conuentus decoratus fuit infulâ anno* M. CCCCLXXI. *ſicuti teſtatur prouiſionis eiuſdem Pontificium diploma. Plurimis autem conſtat documentis antè adeptum noſtrum Monaſterium, magni Cellerariatus (non vltimi tunc apud nos nominis) Officio Clauſtrali fuiſſe potitum, Quodquidem in aſſequutione dicti Prioratus ex conceſſione Apoſtolica retinuit & poſſedit. Huius hic natiuam faciem cum inſignibus gentilitiis ex numiſmate cupreo exprimi curauimus.*



Hoc autem loci lubet quæ in Præfatione ad Bibliothecam noſtram Clun. ex Ciacono ſumus de præſenti noſtro Antiſtite mutuati, eadem phraſi atque verbis repetere & ſubiungere.

ILluſtriſſimus Dominus Guillelmus de Eſtouteuilla, Neuſtrius ſeu Normannus, Gallus, Decretorum Doctor, Monachus & Prior Monaſterii S. Martini de Campis Pariſienſis, Epiſcopus Morinenſis, poſt Andegauenſis, deinde

Biterrenſis, poſtremò Archiepiſcopus Rothomagenſis, ab Eugenio IV. anno Domini M. CCCCXXXIX. Pontificatus ipſius IX. XV. Cal. Ian. S.R.E. Presbyter Cardinalis SS. Siluestri & Martini in montibus creatus, tituli Equitii, factus poſtea Epiſcopus Cardinalis Portuenſis & S. Rufinæ à Nicolao V. & Oſtienſis & Veliternus à Pio II. Qui nobiliſſima & antiquiſſima ortus Familia, Regibus Francorum ſanguine iunctus erat; virtute, doctrina, religione, ita excelluit, vt meritò à præfato Eugenio Cardinalitia dignitate donaretur. Apud omnes enim Principes ob Familiæ ſplendorem, & vitæ integritatem plurimùm valuit, & maxima in æſtimatione fuit. Religionis maximus cultor. Eccleſiam S. Auguſtini vrbis à fundamentis ære ſuo conſtruxit, & ampliſſimis dotibus & veſtibus pretioſiſſimis ornauit. Baſilicæ etiam S. Mariæ Maioris multos ad cultum diuinum reliquit prouentus, vaſa aurea & argentea ingentis valoris donauit. Ac tandem multis legationibus pro Sede Apoſtolica functus, Romæ mortuus eſt octuagenario maior, cum vixiſſet in Cardinalatu XXXVIII. annis. Cardinalium Collegii Decanus S. R. E. Camerarius & Archipresbyter S. Mariæ Maioris, anno Domini M. CCCCLXXXIII. vndecimo Cal. Febr. Corpus eius ſepultum in magnifico templo S. Auguſtini à ſe conſtructo. Cùm eius funus efferretur, ob ſacras & aureas veſtes, quibus eius corpus erat indutum, contentione inter Canonicos S. Mariæ Maioris & fratres Auguſtinianos exorta, cuius eæ eſſent, annulis à digitis extractis, parum abfuit quin nudum ignominiosè relinqueretur. *Hactenus Ciaconus.*

NVllatenus verò præterire poſſum, neque ſilentio tegere, ſacris Monaſterii noſtri Martiniani Ædibus, anno Domini M. CCCCLXXIII. *inſtar congiarij honorificæque libationis à dicto illuſtriſſ. Cardinale, quaterna Ornamentorum Eccleſiaſticorum paria, Romæ texta, oblata & deuota fuiſſe. Quæ vt præclariſſima exquiſitiſſimaque, ita operoſiſſimi, ob diuerſos quibus variatur flores, ſunt artificij. Horum duo ſunt Damaſcena albi coloris, duo*

rubri, vnum ſcilicet Damaſcenum, alterum è panno ſericeo. Quæ quidem ita ſtudioſè, comptè, nitidè & abſque laciniosis complicationibus, locis oportunis reconduntur & aſſeruantur, vt nihil apud nos, & in toto Sacriſtiæ noſtræ mundo, præſtantius excellentiuſque cenſeatur. Quò fit vt feſtis tantùm ſolemnioribus, veluti Paſchæ, Pentecoſtes, Natalis Domini & ſimilium, inſeruiant & exhibeantur.

Ea autem ſunt forma diſpoſitæ ſacro faciendo Caſulæ, vt à modernis noſtris nonnihil diſcrepent. Nam præterquam ſunt illis duplo ampliores, ſic vt corpus totum contegant, latitudinis ſunt eiuſdem atque altitudinis, extremoſque digitos diſtentione ſua attingunt, & in quibus Cruces anteriùs, ſeu pectori, non autem poſteriùs, id eſt humeris (vt in recentioribus more Romano) inſutæ ſunt. In quibus omnibus dicti illuſtriſsimi Stemmata ſeu gentilitia inſignia, adfixa conſpiciuntur. Cuiuſmodi in Chartuſia Pariſien. Illuſtriſsimi Principis & Domini D. Petri Nauarrici (cuius à parte meridionali iuxta Altare primarium inibi Mauſoleum viſitur) ſereniſſ. Principis Caroli quondam Nauarræ Regis filii, largitione & munificentia, excellentiſsimi operis & artificij ego ipſe Caſulam vidi, Borbonicæ gentis ſtemmatibus inſignem.

E vetere M. S. noſtro Martyrologio.

Le Mardy IX. Nouembre, en l'an M. CCCCLXXIII. furent preſentez en Chapitre les ornemens que Mr le Cardinal de Toutteuille Archeueſque de Roüen a baillé. C'eſt à ſçauoir deux Chappelles rouges, l'vne de Damas cramoiſy à cocquilles d'or, & l'autre de veloux cramoiſy, & deux Chappelles blanches, l'vne de Damas broché d'or & de ſoye, l'autre de Damas à coquilles d'or. Et furent preſentés en la preſence de Mr Maiſtre Mahieu de Nantarre, premier Preſident, Mr le Chantre de l'Egliſe de Paris, & autres Conſeillers de la Cour de Parlement. Et furent portez à la Proceſſion le iour S. Martin, & fit l'Office Mr l'Abbé de ſainct Mor des Foſſez Croniqueur de France, Religieux de ceans.

ROBERTVS D'ESPINAY III.

PRIOR S. MART. XLVII.

LASCVRIENSIS EPISCOPVS, pòſt etiam Nannetenſis.

An. 1483. *Coepit poſſeſsionem Martiniani Conuentus, vices ſuas agente nobili viro Theobaldo d'Eſpinay in æde Virginis Cleriacæ Decano, eiuſdem fratre, anno* M. CCCCLXXXIII. die XIV. *menſis Aprilis.*

Extat etiam ab eo emanatus Vicariatus, ad ſibi (vt fatur) charißimum Magiſtrum Ioannem d'Eſpinay, pro Martiniano Conuentu, ſub data anni Domini M. CCCCLXXXIV. *die* XII. *menſis Martij.*

Poſtremo Lutetiani Senatus Arreſtum, datum inter Laſcurienſem Epiſcopum Priorem S. Mirtini, & Iacobum Amboſium Abbatem Cluniacenſem, anno Domini M. CCCCLXXXIX. *die* V. *menſis Decembris.*

Hunc compluribus documentis, ſed potißimùm anni M. CCCCLXXXXI. XIX. *Iunij, lego & comperio fuiſſe Nannetenſem Epiſcopum. Ab horum autem actuum & Inſtrumentorum lectione, (minimè fortaſſis neceſſaria) abſtinendum eſſe iudicaui.*

IACOBVS

IACOBVS DE AMBOSIA IV.

ABBAS CLVN. XLIII. PRIOR S. MART. XLVIII.

QVo iure vel Titulo Reuerendiſſimus hic noſter Abbas Martinianum Cænobium vnà cum Abbatia Cluniacenſi poſſederit, nondum ad meam notitiam peruenit. Plura autem me docent monumenta illum eodem tempore fuiſſe Abbatem Cluniacenſem & Martinianum Priorem. Cuiuſmodi ſunt Vicariatus pro fratre Gilleberto de Fraxino, Priore Prioratus S. Georgij de Roinuilla, quo ei regendi & moderandi in ſpiritualibus & temporalibus dictum ſuum Martinianum Monaſterium ſpecialem poteſtatem confert anno M. CCCCLXXXIII. *Item Contractus, elocationes (quas vſitatiori nomine Traditiones ad firmam,* Baux à fermes *dicimus) datæ annis* M. CCCCLXXXIII. *&* XIV. *à quarum exhibitione abſtinemus.* An. 1493.

ANDREAS D'ESPINAY PRIOR

S. MART. XLIX. S. R. E. TITVLI S. MARTINI IN MONTIBVS PRESBYTER

Cardinalis, Archiep. & Comes Lugdunenſis & Burdegalenſis. Galliarum & Aquitaniæ Primas.

An. 1498. *FRater Roberti d'Eſpinay Epiſcopi Laſcurienſis, de quo modo ſumus loquuti. Huius autem per quadriennium decorata fuit Præſulatu Martiniana Domus, in qua plurima ruinam minantia ab eo fuere reparata, in quibus gentilitia eius inſignia cernuntur.*

E vetere & M. S. noſtro Martyrologio.

L'an M. CCCCLXXXXVIII. André d'Eſpinay Archeueſque de Lyon, & Prieur de ceans, fit refaire, lambriſſer & pauer les Cloiſtres, & recouurit les tours des murailles, & le tout a couſté XII^c. liures, & a fait refaire la voute du Chœur & la Fontaine. Iceluy giſt aux Celeſtins de Paris.

Cuius Epitaphium muro ibidem affixum, & Ducum Aurelianenſium Sacello proximum, tale eſt.

Cy giſt Reuerend Pere en Dieu, Meſſire Andry d'Eſpinay, Cardinal Archeueſque de Lyon & de Bourdeaux, Primat de France & d'Aquitaine, zelateur & bienfaicteur de l'Ordre des Celeſtins. Qui treſpaſſa à Paris aux Tournelles le X. iour de Nouembre, l'an de grace mil V^c. priez Dieu pour luy.

PHILIPPVS BOVRGOIN PRIOR S. MARTINI. L.

Poſt Prior Maior Cluniacenſis.

Ex quodam M. S. cui Titulus Statuta Reformationis, cum nominibus Religioſorum S. Martini de Campis.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen. Notum ſit omnibus & ſingulis præſentes litteras inſpecturis. Quod anno Domini milleſimo quingenteſimo, die verò ſexta Ianuarii, Reuerendus Pater Domnus Philippus Bourgoin Prior Clauſtralis Cluniacenſis, Dei gratia & miſeratione annuentibus, cepit poſſeſſionem actualem & realem Prioratus Conuentualis S. Martini de Campis Pariſienſis in præſentia Reuerendiſſimi in Chriſto Patris Domini, Domini Iacobi de Ambaſia Abbatis Cluniac. Quiquidem Reuerendus Pater videlicet Domnus Prior, vnà cum tredecim aliis Religioſis per dictum Reuerendiſſimum Dominum Abbatem à Cluniacenſi Monaſterio, introducendæ ac inchoandæ in ſupradicto Monaſterio S. Martini Reformationis gratia, fuerat adductus. Quodquidem Monaſterium S. Martini per ſpatium centum annorum & ampliùs, per ſæculares rectum fuerat, adminiſtratum & gubernatum, videlicet per Dominos Cardinales Laudunenſem, Rothomagenſem, Lugdunenſem, Patriarcham Antiochenum, & Epiſcopum Nannetenſem. Et idem ſimiliter obtinuerat Valentinenſis Epiſcopus, per reſignationem defuncti Domini Cardinalis Lugdunenſis, eoque vſus fuiſſet ſi non obſtitiſſet inchoatæ iam Reformationis nedum fauor, ſed & ampla recompenſatio. An. 1500.

Ex noſtro Codice qui liber Obierunt, dicitur.

R. P. Philippes Bourgoin fut Prieur de ceans le VI. iour de Ianuier mil cinq cens. En ſon temps ont eſté faicts pluſieurs edifices ceans. Et premierement les celles du viel Dortoir, les bancs du Chapitre, les bancs & tables du Refectoir, auec les Images qui ſont ſur le banc de la grande table. Les chambres baſſes & hautes de l'Infirmerie. Le lambris de l'Egliſe, recouurir & reblanchir icelle & les verrieres. A fait faire les chaires du Chœur & les deux grandes portes de la nef. Les bancs de la Chapelle de l'Infirmerie. Les grandes & vieilles eſtables. Le corps de maiſon de deſſus la grande porte. Le texte d'Euangile d'argent doré. Vn grand Calice d'argent doré. Deux plats d'argent. Outre, pluſieurs reparations aux fermes & meſtairies de ceans, comme granges, eſtables, bergeries, cloſtures, qui ſeroient longues à reciter. Icelluy a eſté Prieur de ceans par l'eſpace de huict ans, & giſt au Chapitre de Cluny, eſtant mort le ſecond iour d'Octobre l'an M. V^{C} XIV.

Item ex eodem Codice.

Domnus Philippus Bourgoin, Venerandus Pater quondam Prior huius Domus, quam rexit in ſancta & regulari obſeruantia ferè annis octo. Cùm ipſe eſſet Prior maior Cluniacenſis, & cerneret ſe non poſſe diu tantæ adminiſtrationi intendere, multis occupationibus Ordinis detentus, hanc Domum regendam adminiſtrandamque reliquit R. P. Domno Stephano Gentils.

Huius viſitur tumulus apud Cluniacum loco Capitulari ſub his verbis.

Hic iacet Domnus Philippus Bourgoin, Prior maior Cluniacenſis, vir admirabilis ſanctitatis, & religionis vigilantiſſimus cultor. Qui obiit ſecunda die menſis Octobris, anno Domini M. V^{C} XIV.

STEPHANVS
GENTILS PRIOR
S. MARTINI LI.

Sub huius deuoto, pio & religioſo moderamine cœpta nuper Reformatio, altas radices egit. Vir cæteroqui conſecratæ memoriæ, & cuius recordatio quotquot vnquam futuri ſunt Martinianorum mentibus inhærere debet.

Ex M. S. noſtro, dicto liber Obierunt.

R. P. Dom Eſtienne Gentils Religieux de ceans, en fut Prieur le x. iour de Decembre M. V^c VIII. En ſon temps ont eſté faites ceans pluſieurs belles reparations, tant à cauſe du reuenu du Prieur, que Conuent & quatre Officiers, le tout en Commun. Et premierement. *An. 1580.*

Ont eſté redorez la Chaſſe & le Chef S. Paxent, & vne Lanterne d'argent doré auec vne boiſte de fin or pour poſer le Corps de Ieſus-Chriſt.

Vn grand Calice d'argent doré auquel y a grande façon, & pluſieurs autres Calices d'argent doré, Paix, Burettes d'argent, & Texte d'Euangile d'argent pour tous les iours. Le Beffroy du grand Clocher, & a fait refondre les deux groſſes cloches & les moineaux, & recouurir le petit Clocher, pauer l'Egliſe, fait faire les cloſtures des Chapelles de menuiſerie. La cloſture du grand Autel. Les deux Chapelles de la Nef, auec les cloſtures & les grands bancs de ladite Nef.

Le grand Poulpitre de cuiure du millieu du Chœur, le

Poulpitre de deſſoubs le Crucifix pour ouïr le Sermon. Vn Graduel en ſept grands volumes. Trois moyens volumes pour chanter les Reſpons & Alleluya de la grande Meſſe & Veſpres, & pluſieurs Antiphoniers. Dix Pſaultiers en parchemin. Les grandes Armoires du Reueſtiaire, & pluſieurs ornemens d'Egliſe moult riches. Les Caues, Celliers & Greniers de la Court de deuant. Le grand Dortoir & le Nouiciaire. La Chappelle S. Ioſeph. Le Sepulchre, les grandes Armoires du Threſor, auec pluſieurs layettes. Outre pluſieurs edifices & reparations en nos fermes & meſtairies, comme granches, eſtables, bergeries, & autres choſes qui ſeroient longues à reciter. Iceluy a eſté Prieur de ceans par l'eſpace de XXVIII. ans, & giſt au Chœur de noſtredite Egliſe.

Tenor Carthæ quæ incluſa eſt in Theca ſeu Capſa B. apud nos Paxentij Martyris.

An. 1509. ANno Domini milleſimo quingẽteſimo nono, die verò Iouis vltima menſis Maii. Hæc præſens Capſa in honorem B. Paxentii Martyris compoſita & dicata, tunc in pluribus ſuis locis fracta & diſrupta, aperta fuit & viſitata per Reuerendum Domnum Stephanum Gentils Priorem huius Prioratus S. Martini de Campis Pariſienſis. Aſſiſtentibus ſibi Domnis Richardo le Moine Cellerario & Subpriore, Michaele Goupil Infirmario, Germano Nicolas Subſacriſta. Extractis inde reliquiis, videlicet corpore præfati B. Paxentii Martyris, & corpore ſeu reliquiis B. Albinæ Virginis & Martyris, ſeparatim in duobus ſacculis lineis repoſitis, vnà cum reliquiis nonnullorum aliorum Sanctorum & Sanctarum, in diuerſis panniculis ſeorſum inuolutis, teſtimonio Reuerendorum in Chriſto Patrum Domnorum Epiſcopi Anicienſis, Clunicenſis, & Figiacenſis Monaſteriorum Abbatum, vt debitè & literatoriè conſtitit, approbatis. Et deinde ipſa Capſa reſtaurata, reparata, & de nouo deaurata, adiectis tribus marchis, ſex vnciis, duobus groſſis cum dimidio, argenti: adeoût aſcenderet ad pondus cen-

Teſtimonium illud ſupra exhibuimus in Priore Odone Chapitelli de Iroando.

tum nonaginta marcharum argenti apprimè deaurati. Dicta corpora Beatorum Martyrum Paxentii & Albinæ virginis præfatæ vnà cum cæteris reliquiis ſupradictis, vt prius fuerant, honorificè repoſita & recondita fuerunt per dictum R.P. Domnum Stephanum Gentils Priorem prædictum, aſſiſtentibus ſibi venerabilibus & Religioſis Domnis Richardo le Moyne Subpriore & Cellerario præfato, Ioanne Biſcieu Sacriſta, Michaële Goupil Infirmario, cum cæteris omnibus eiuſdem Prioratus Monachis, & pluribus aliis vtriuſque ſexus perſonis, adhibitis ſolemnitatibus cum magno omnium plauſu, & exultatione deuotionis, die xv. menſis Auguſti, anno prædicto. Ita eſt, Signatum. Stephanus Gentils, Prior prædictus S. Martini.

Placet etiam è ſtupendi, nec vulgaris operis ab eodem Reuerendo excitati, medio Chori noſtri ſtantis ex ære plutei (vel vt rudiore verbo vtar, Pulpiti) ſuppedaneo vel ſtylobata, erutos verſus hîc addere.

Mille & quingenti poſt partum Virginis anni An. 1521.
Tranſierant, iuncto cum luſtris quatuor, anno.
Cum fuit hæc moles magno conflata labore
In laudem Chriſti, & Mariæ genitricis honorem.
Tunc Gallis præerat Franciſcus pacis amator,
Et Prior huic Domui Stephanus, cognomine Gentils.
Tum domus hæc priſcæ Benedicti reddita normæ
Tris & ter ſenos Domino ſeruiuerat annos.

Ex quodam M. S.

L'an mil cinq cens vingt & vn, fut fait le Pulpitre de cuiure, peſant trois mil trois cens ſoixante ſix liures, au prix de vingt liures tournois le cent, vallent ſix cens ſoixante treize liures quatre ſols tournois.

Item baillé au fondeur pour aucunes images, qu'il auoit changees, vingt liures tourn.

Item donné aux ſeruiteurs quarante ſols tournois.

Somme toute que a couſté ledit Pulpitre, ſix cens quatre-vingts quinze liures, quatre ſols tourn.

Medio Chori noſtri viſitur eius Tumulus, cum hoc Epitaphio.

Hic iacet ſemper venerandus Pater Domnus Stephanus Gentils, Donziaci Autiſſiodorenſis Diœceſis natus, Religioſus deinde Prior huius loci, quem Dei gratia in regulari obſeruantia circiter octo & viginti annos laudabiliter rexit. Obiit autem anno Domini M. VcXXXVI. die VI. Nouem. Cuius anima ſine fine requieſcat in pace. Amen.

GERMANVS NICOLAS PRIOR S. MARTINI LII.

An. 1536. *Prædicto Gentils pietate & deuotione non inferior, Religioſum hoc Cœnobium piè & ſanctè annis ſex & viginti iuxta Reformationis Statuta rexit & moderatus eſt. Demum in Prioratu S. Nicolai d'Acy, in pomærio Siluanectenſi (cuius etiam erat Prior) diem clauſit extremum, loco Capitulari, ſub hoc Epitaphio ſepultus.*

Germani Nicolas cuius mens ſydera ſcandit
Petra tegit corpus, fama perennis erit.
Vicit opes, humilis, caſtus, nutritor egenûm,
Vixit amor populi, religionis honos.

Obiit prima Auguſti, anno M. VCLXIII. ætatis ſuæ LXXVII.

L X X V I I. Monachatus LXI. Rexit hanc Domum XXXVI. annis, Domum S. Martini XXVI. Anima eius requieſcat in pace.

In capite Tumuli eiuſdem hic verſus legitur.

Portio mea ſit in terra viuentium.

Cum autem penes me ſit Cartula, oratione ſoluta atque verſu, præcipua quæ dicto Prioratui S. Nicolai beneficia contulit, complectens, eandem hîc ſubiicere non indignum iudicaui.

NOn eſt omittendum quod Germanus Nicolas Domum S. Nicolai (cui XXXVI. annis præfuit) in temporalibus & ſpiritualibus multimodè extenuatam, & ferè omninò collapſam, regulari diſciplinæ cultuique diuino reſtituit. Inſtauratis ac de nouo præclarè extructis, diſpoſitiſque regularibus locis. In primis, Eccleſia, Choro, Campanili, Dormitorio, Clauſtro, Capitulo, Horologio. Infirmariis, & aliis tàm fratrum quàm hoſpitum habitationibus. Cum hortis, pomariis, ſalicibus, variiſque aquarum & piſcium receptaculis, non ſine prægrandi amœnitate reſtituit, & decenti Religioſorum numero, omnibuſque neceſſariis magnificè muniuit. Prouentus longè adauxit, loci ambitum nulla vicinia preſſum, muris & decurrentibus aquis circumquaque cinxit, & duplo maiorem effecit, itaût potiùs denuò ipſam Domum fundaſſe, quàm reparaſſe videatur. Pacis & veritatis amator, obſeruantiæ regularis & hoſpitalitatis indefeſſus cultor, felle vacuus, egenis & afflictis mirè compatiens.

Iam decus ecce tuum Nicolae & gloria ſurgit,
Surgit honos maior quàm fuit ante tuus.
Non etenim nomenque tuum laudeſque tacebit
Hic ſolida tectus qui requieſcit humo.
Ille eſt cui natura tuo de nomine fecit
Cognomen, cunctis dum Nicolaus erat.

Ille eſt qui multis ſacras tibi partibus ædes
Auxit, dum regeret rebus & arte domum,
Ille eſt qui fratreſque ſuos, vitaque pudicos
Æde ſacra & multa condecorauit ope.
Ille eſt qui ſacris redolentes addidit hortos,
Præfuit infirmis, hoſpitibuſque domo.
Ille eſt qui ſalices, & plenas piſcibus vndas
Contulit, & muro cinxit vtrumque latus
Amne, longè auxit fratrumque ſtipendia, turbam
Accreuit numero, magnificamque Domum.
Hanc verè idcirco potiùs fundaſſe videtur,
Quàm priſco tandem compoſuiſſe ſtatu.
Pauper erat, diueſque ſimul, contempſit honores,
Spreuit opes, fugit nomina magna latens.
Cura fuit ſeruire Deo, tectaque ſepulchro
Sentit poſt vitam, quid benefacta iuuant.
Quid benefacta iuuant? animos poſt funera tollunt,
Gaudia ſuppeditant, perpetuoſque dies.
Nobiſcum moribundus vixit Nicolaus ad illa,
Nunc vitam, tetro carcere liber, habet.

Inerat olim dicti Prioratus ſacrarum ædium pronao (ſed qui dudum ablatus fuit) ſequentes verſus lapis continens.

Cœnobium hoc ſtruxit Guido de Turre, perenne
Qui ſoboli nomen Buticulare dedit,
Fermè collapſum, pulchrè id reparauit & auxit
Germanus Nicolas, Cœnobiarcha pius.
Gloria ſoli Deo, laus, ac honor Omnipotenti,
Qui vita æterna donet vtrique frui.

Eiuſdem porrò non tàm gentilitia, quàm ex cognominis fortaſſe occaſione, trium ſcilicet puſionum (quos clericos dicimus) capita ab eo deſumpta arbitror inſignia quæ in extrema dicti Prioratus periſtilij parte, in feneſtra vitrea, cum hoc ſymbolo atque paræmia, vidiſſe memini.

QVO MAIOR, EO MITIOR.

ANTHONIVS VIALAR PRIOR SANCTI MARTINI LIII. ARCHIEPISCOPVS BITVRICENSIS, Aquitaniæ Primas & Patriarcha.

Hic ſub annum decimum à Martiniana ſua Prælatura, ad Bituricenſem Archiepiſcopatum euectus, hanc ita impleuit dignitatem, vt non tamen propoſitum Monachi habitumque deſeruerit. Vir cæteroqui, quem non tàm Pontificalis inſula, quàm ille Pontificalem inſulam decorauit. Mirandis cùm animi tùm corporis dotibus ornatus, adeoût, quod olim de Catone, etiam de illo vſurpari potuerit. AD ID VNVM NATVS VIDEBATVR, QVODCVMQVE AGERET. *A ſuſcepto igitur Martiniano Præſulatu anno* XIV. *ætatis agens* XLVIII. *in Prioratu B. Mariæ de Gornayo ad Matronam fluuium diem ſupremum obiuit. Inde corpus eius elatum, & in æde Archiepiſcopali Sancti Stephani Bituricenſis à tergo Altaris primarij incineratum.* *An.* 1563.

IACOBVS AMELOT V. DOCTOR THEOLOGVS, PRIOR S. MART. LIV.

An. 1576. *ET Monachus Prioratus S. Nicolai d'Acy, propè Syluanectum, ſepultus in Choro Martinianæ noſtræ Eccleſiæ, in cuius tumulo hæc leguntur.*

Hìc iacet Reuerendus Pater, & Domnus, D. Iacobus Amelot, Doctor Theologus, & huius Domus Prior, qui piè ac Religiosè Martinianam hanc rexit ædem annis XVII. ætatiſque ſuæ anno heu XLVI. Syluanecti crudeliter cæſus. Obiit die XIX. menſis Aprilis, anni Domini M. V^c LXXXXII.

Eidem lapidi inſunt ſequentes Verſus.

Amelotum periiſſe putas heu morte cruenta,
Syluecti premeret dum impia turba ſolum?
Falleris, æternùm viuit, nam neſcia cædis
Virtus nobilitans cæca ſepulchra fugit.
Ergo Domus diuûm hæc, triſtem compeſce dolorem.
Regi deuotus pulſus ab vrbe cadit.
Quid cadit? haud nuſquam cenſetur cæde perire,
Qui pro Rege ſuo ac Religione cadit.

Eiuſdem cor plumbo incluſum, ad gradum Altaris Eccleſiæ dicti Prioratus S. Nicolas conditum eſt, ſub his verbis.

Icy eſt inhumé le Cœur de Reuerend Pere en Dieu Dom Iacques Amelot, Docteur en Theologie, Religieux de ceans, & Prieur de S. Martin des Champs à Paris, lequel de-

ceda le XIX. iour d'Auril M. V^cLXXXXII. Priez Dieu pour ſon ame. Amen.

Ab hoc R. Patre ad ſacrarum noſtrarum Ædium Altare Primarium, die 21. menſis Martij. S^{mo}. Patri noſtro Benedicto dicata 1583. annos natus vndecim, menſes ſex, Ioanna Malot Matre, & Guilielmo Malot auunculo materno, vtroque lateri mihi adſtantibus ſeu per manus deducentibus (vti mos laudandus erat apud nos) habitum Monaſticum ipſo Sacrum faciente ſuſcepi. Annis ſiquidem tribus ſuperioribus Petrus Marrier pater meus, ſcilicet 1580. è viuis exceſſerat, in cuius locum dictus auunculus meus ſuffectus fuit.

FRANCISCVS CHAPPELLIER
PRIOR S. MARTINI LV.
Licentiatus in iure ſacro Canonico.

HVic Monaſterio annis circiter quatuor præfuit. Adepta verò pacifica Prioratus S. Nicolai in agro Syluanectenſi poſſeſſione, ibidem anno 1596. ſe recepit, vbi obiit & ſepultus eſt, cum ſequenti Epitaphio. An. 1592.

Hoc ſub marmore reconditos habes cineres Reuerendi in Chriſto Patris Domni Franciſci Chappellier in ſacro Iure Canonico Licentiati, Religioſi S. Martini à Campis Pariſiis, nec non etiam eiuſdem Domus Prioris, quique hoc in Prioratu S. Nicolai de Aciaco præfuit annis circiter quadraginta. Quo temporis ſpatio hanc quam vides & in qua iacet, ſecundò conſtruxit Eccleſiam. Obiitque tertio nonas Decembris anni Domini 1626. ætatis verò ſuæ anno 66. Eius anima requieſcat in pace. Amen.

IACOBVS AMELOT V. DOCTOR THEOLOGVS, PRIOR S. MART. LIV.

An. 1576. *ET Monachus Prioratus S. Nicolai d'Acy, propè Syluanectum, ſepultus in Choro Martinianæ noſtræ Eccleſiæ, in cuius tumulo hæc leguntur.*

Hîc iacet Reuerendus Pater, & Domnus, D. Iacobus Amelot, Doctor Theologus, & huius Domus Prior, qui piè ac Religioſè Martinianam hanc rexit ædem annis XVII. ætatiſque ſuæ anno heu XLVI. Syluanecti crudeliter cæſus. Obiit die XIX. menſis Aprilis, anni Domini M. V^{c} LXXXXII.

Eidem lapidi inſunt ſequentes Verſus.

Amelotum periiſſe putas heu morte cruenta,
Syluecti premeret dum impia turba ſolum?
Falleris, æternùm viuit, nam neſcia cædis
Virtus nobilitans cæca ſepulchra fugit.
Ergo Domus diuûm hæc, triſtem compeſce dolorem.
Regi deuotus pulſus ab vrbe cadit.
Quid cadit? haud nuſquam cenſetur cæde perire,
Qui pro Rege ſuo ac Religione cadit.

Eiuſdem cor plumbo incluſum, ad gradum Altaris Eccleſiæ dicti Prioratus S. Nicolai conditum eſt, ſub his verbis.

Icy eſt inhumé le Cœur de Reuerend Pere en Dieu Dom Iacques Amelot, Docteur en Theologie, Religieux de ceans, & Prieur de S. Martin des Champs à Paris, lequel de-

ceda le XIX. iour d'Auril M. V^c LXXXXII. Priez Dieu pour ſon ame. Amen.

Ab hoc R. Patre ad ſacrarum noſtrarum Ædium Altare Primarium, die 21. menſis Martij. S^{mo}. Patri noſtro Benedicto dicata 1583. annos natus vndecim, menſes ſex, Ioanna Malot Matre, & Guilielmo Malot auunculo materno, vtroque lateri mihi adſtantibus ſeu per manus deducentibus (vti mos laudandus erat apud nos) habitum Monaſticum ipſo Sacrum faciente ſuſcepi. Annis ſiquidem tribus ſuperioribus Petrus Marrier pater meus, ſcilicet 1580. è viuis exceſſerat, in cuius locum dictus auunculus meus ſuffectus fuit.

FRANCISCVS CHAPPELLIER
PRIOR S. MARTINI LV.
Licentiatus in iure ſacro Canonico.

HVic Monaſterio annis circiter quatuór præfuit. Adepta verò pacifica Prioratus S. Nicolai in agro Syluanectenſi poſſeſſione, ibidem anno 1596. ſe recepit, vbi obiit & ſepultus eſt, cum ſequenti Epitaphio. An. 1592

Hoc ſub marmore reconditos habes cineres Reuerendi in Chriſto Patris Domni Franciſci Chappellier in ſacro Iure Canonico Licentiati, Religioſi S. Martini à Campis Pariſiis, nec non etiam eiuſdem Domus Prioris, quique hoc in Prioratu S. Nicolai de Aciaco præfuit annis circiter quadraginta. Quo temporis ſpatio hanc quam vides & in qua iacet, ſecundò conſtruxit Eccleſiam. Obiitque tertio nonas Decembris anni Domini 1626. ætatis verò ſuæ anno 66. Eius anima requieſcat in pace. Amen.

CLAVDIVS DORMY

PRIOR S. MARTINI LVI.

DOCTOR IN IVRE SACRO Pontificio, Epiſcopus Bolonienſis.

An. 1595. *ABbatiæ Cluniacenſis Monachus profeſſus, qui anno M.VI^c poſt aſſecutum Epiſcopatum Bolonienſem, ex diſpenſatione Apoſtolica, voto nuntium remiſit, Martinianumque Monaſterium Commendæ ſubiecit. Hic me ad Profeſſionem Monaſticam, & vota Religioſa emittenda, ad Altare noſtrum Prima-*
*.1596. *rium 29. menſis Aprilis *die feſto S. Hugoni Abbati Clun. infra ſacra Miſſæ ſolemnia, ſuſcepit. Obiit vltima Nouembris 1626. annum agens 63. Sepultus ad Dominicanos Pariſienſes, cum hoc Epitaphio.*

D. O. M. V. Q. M.

Adſta paululum viator, & chariſſimos manes aduerte. Cubat hic Claudius Dormy digniſſimus Morinorum Epiſcopus, quem nuſquam gregi ſuo indormientem, curis tandem feſſum, tertius ſupra ſexageſimum ætatis annus, rebus humanis exemptum, cœlo ad meliorem vitam locauit. Mortales exuuias frater maior natu Carolus Franciſcus Dormy Regi ab Epiſtolis communis parentis vnde ſexageſimo ante anno defuncti, cineri apponendas gentilitio monumento curauit. Obiit pridie Cal. Decemb. anno 1626.

IACOBVS VIGNIER VI.

PRIOR S. MART. LVII.

PRior etiam B. Mariæ de Argentolio, Pariſienſis Dioc. dicti Martiniani Monaſtery poſſeſſionem eſt adeptus octaua menſis Octobris anno 1620. Dein in Sorbona Doctoratus laureâ anno 1622. donatus, & eodem Romæ XXII. *Martii mortem obiens, ad Diui Ludouici ſepultus eſt.* *An. 1620.*

LVDOVICVS I. TITVLI

S. LAVRENTII IN DAMASO S.R.E. PRESBYTER CARDINALIS, DICTVS

Ludouiſius, eiuſdemq; Vicecancellarius, & Archiepiſcopus Bononienſis, Prior S.M. LVIII.

HIc per deceſſum præfati Iacobi, in Curia Romana demortui, ex conceſſione ſummi Pontificis *vtrumque Prioratum eſt aſſecutus. & vigeſima quarta Septembris ſequentis, in dicti Martiniani Monaſterij poſſeſſionem receptus & admiſſus.* Obiit *Bononiæ 15. Decembris 1632. ætatis anno 38.* *An. 1622.*

EMINENTISSIMVS
ET ILLVSTRISSIMVS LVDOVICVS II. S.R.E. CARDINALIS DICTVS DE LA VALETTE, PRIOR S. MART. LIX.

An. 1633. *QVi nomine Procuratorio dicti Monaſterij poſſeſſionem cepit die 22. menſis Februarij, anno Domini 1633. ex collatione ſibi de eodem facta per Eminentiſſimum & Illuſtriſſimum Cardinalem de Richelieu, Abbatem Cluniacenſem.*

EMINENTISSIMVS
ET ILLVSTRISSIMVS ARMANDVS IOANNES DV PLESSIS, S. R. E. Cardinalis, Dux de RICHELIEV. Par Franciæ. Abbas Clun. LI. Prior Martinianus LX.

An. 1633. *EX reſignatione præfati Eminentiſſ. & Illuſtriſſ. D. Card. de la Valette, & ex diſpenſatione Apoſtolica, eiuſdem Monaſterij nomine Procuratorio poſſeſſionem eſt adeptus, die 7. menſis Nouembris 1633.*

HISTORIÆ REGALIS MONASTERII S. MARTINI DE CAMPIS PARIS. ORD. CLVNIACENSIS,

LIBER QVARTVS.

IN QVO PRIORATVS AB EODEM Monaſterio dependentes, vnà cum Cartis fundationum eorumdem continentur.

PRÆFATIO.

QVandoquidem inter cætera quæ Martiniano Cœnobio ſubſunt & attinent, ea quæ dicuntur Officia Clauſtralia, Prioratus, Prebendæ Vicariæ, Capellæ Monachales (quæ in Curas Parochiales poſteà euaſere) atque Capellaniæ; eiuſdem partes ſunt, erit ad rem fortaſſe ſi quæ ad ipſarum notitiam vel lectu digna, vel vetus æuum redolentia, pertinere videbuntur, exhibuerimus documenta. Sunt igitur apud nos primi nominis Officiarij quatuor, ſcilicet,

CELERARIVS MAGNVS.
SACRISTA.
HOSPITALARIVS.
INFIRMARIVS.

Nam cæteri, veluti Camerarius, Sub-camerarius, Subſacriſta, Eleemoſinarius, & id genus, dudum ſuppreſſi fuere. At primùm de Prioratibus, quibus pro dignitate anteit ſequens.

PRIORATVS B. MARIÆ DE GORNAYO.

Ad Matronam Fluuium.

PARISIENSIS DIOCESIS.

In quo debent eſſe Priore computato XXV. *Monachi.*

HVius cùm extructionis certa non teneam initia, Fundatorum tamen non latuerunt nomina. Nam ex vetuſtis noſtris conſtat Monumentis, Guidonem Rubæum Rupisfortis Comitem, vxoremque eius Adelaidam, iuxta Caſtrum Gornacenſe, ad Matronam fluuium, ante annos quingentos ſexaginta, illius iecisse fundamenta. Conſtat, inquam, à plurimis magniſque principibus, potiſsimùm Melletenſibus Comitibus, innumeris congiaris & eleemoſinis dictam fuiſſe affectam Eccleſiam. Vnde in tantum euaſit incrementum, vt reliquas præfato Martiniano Cænobio ſubditas, longo poſt ſe interuallo reliquerit. Quippè cuius fundatio viginti quinque ſit fratrum, quos ibi per longiſsima temporum ſpatia, vitam duxiſſe religioſam, ex infinitis documentis certiſsimum eſt.

De Prioratu B. Mariæ de Gornayo.
Carta Ludouici VI. Francorum Regis.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Ludouicus Dei diſpenſante miſericordia in Regem Francorum ſublimatus, notum fieri volo cunctis fidelibus tàm futuris quàm & inſtantibus. Quod Eccleſiam Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, ſanctique Ioannis Euangeliſtæ ſupra Maternam fluuium, iuxta Gornayum Caſtrum ſitam, Guido Rubeus, & vxor eius Adelaida, pari ab ipſo fundamento deuotione conſtruxerunt, & cum multa illi contuliſſent beneficia, eam cum omnibus ad ipſam pertinentibus, Monachis S. Martini de Campis, perpetuò habendam conceſſerunt. Vt autem eorum dona quæ prædictæ Eccleſiæ dederunt, ab aliorum beneficiis diſtinguamus, eadem dona nominatim ſubſcribi præcipimus. Primum eorum donum Monachis S. Martini de Campis, vt dictum eſt collatum, hoc eſt præfata Eccleſia, cum ſuis clauſuris & cum omni adjacente ambitu. Capella de Gornayo, Terra de Luabum, Molendinum apud Gornayum. Apud Ruſſiacum, Eccleſia cum atrio, & tertia parte eiuſdem villæ. Hæc ſunt ſpecialiter Guidonis, & vxoris eius Adelaidæ dona, prædictis Monachis ab eiſdem collata. *An. 1122.*

Cunctis præterea innoteſcere volumus, quod Anſellus de Garlanda Dapifer noſter, ſupradicto Monaſterio tribuit apud Ruſſiacum, duas eiuſdem villæ partes, & ſic totam omnino villam conceſſit Monachis & eorum hoſpitibus ad ardendum & hoſpitandum, & ad propriæ neceſſitatis vſum. Nuſiellum quoque, Eccleſiam ſcilicet & quicquid ad illam pertinet, cum hoſpitibus, terris, pratis, vineis cum nemore & molendino, ſicut Monachi ea poſſident, illi donauit. Decimam inſuper de Berchorellis, & duas partes decimæ de Bercheriis. Tertiam verò partem cum atrio, Balduinus de Claciaco Monachis dedit, aſſenſu Anſelmi Dapiferi noſtri. Totam quoque decimam de Ponteuz, & apud Torciacum

medietatem decimæ, quæ dicitur S. Martini, & Eccleſiam Eſſoniæ cum atrio & decima, Anſelmus eidem Monaſterio contulit. Hoſpites verò in eodem atrio commanentes, Stephanus frater eiuſdem Anſelmi ei Monaſterio conceſſit. Apud Canoilum quoque quicquid ibi proprietatis habebat Albertus de Bry, Eccleſiam ſcilicet cum decima, prata & terram & nemus, Monachis præfati Monaſterii conceſſit, ipſo Anſello annuente, ex cuius feodo habebat. His & aliis beneficiis bonæ memoriæ Anſellus præfatum ditauit Monaſterium, & Chriſtum heredem fecit, fratribus ſuis Stephano, Vvilelmo, & Gilleberto concedentibus. In vodo quod eſt inter Gornayum & Kalam, præfati Monachi XV. arpenta pratorum habent, quinque de dono noſtro, ſeptem de dono Alberici de Monte-firmo, & tria de aliorum fidelium beneficio. Nos autem hæc omnia prædicta dona, Guidonis videlicet Rubei, & vxoris eius & Anſelli Dapiferi noſtri, & Stephani fratris ſui, & Balduini de Claciaco, & Alberici de Monte-firmo, & volumus & approbamus, & quantum ad noſtram pertinet Maieſtatem in perpetuum omninò confirmamus. Terram quoque & nemus de Campo-muſſoſo quæ Arnulfus de Corquerellis, annuente Pagano de Monte-gaïo, prædictis Monachis dedit, nos eidem Eccleſiæ confirmamus. Eidem etiam Eccleſię confirmamus terram & nemus quod dicitur Raimundi. Actum Pariſius anno Incarnati Verbi M. C. XXII. Regni noſtri XIV. Adelaidis reginæ VII.

Signum Stephani Dapiferi.
S. Giſleberti Buticularii.
S. Hugonis Conſtabularii
S. Alberici Camerarii.
Data per manum Stephani Cancellarij.

De eodem Prioratu de Gornayo.
Carta Girberti Pariſien. Epiſcopi.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Quoniam beneficia à Domino collata & impenſa, ſunt vota fidelium, & patrimonia ſunt pauperum, ſumma nitendum eſt cura, ſummo laborandum eſt ſtudio, ne valeant aut maliuolentia diſtrahi, aut negligentia minui. Sed perpetuo ſtabilitatis munimine roborata, & ſubſidia ſint viuentium, & ſuffragia morientium. Ego igitur Girbertus Dei miſericordia Pariſiorum Epiſcopus, pro iniuncto nobis officio Eccleſiam Dei & pauperes Chriſti ſuſtentare habens & defenſare, Eccleſia ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, ſanctique Ioannis Euangeliſtæ, ſupra Maternam fluuium iuxta Gornayum Caſtrum ſita, quibus fuerit Fundatoribus conſtructa, quorumue donariis & auxiliis fuerit ampliata, præſentibus ſcriptis annotare diſpoſui, vt viuente memoria poſſeſſio Eccleſiaſtica nulla valeat perturbatione mutari, aut immutatione perturbari. *An. 1122.*

Guido igitur cognomine Rubeus, & eius vxor Adelaida, pari voto, communi deuotionis animo prædictam Eccleſiam ab ipſis etiam fundamentis conſtruxerunt, multa illic beneficia contulerunt, eamque cum omnibus ad eam pertinentibus glorioſo Ludouico Rege annuente Monachis S. Martini de Campis perpetuò habendam conceſſerunt, Villas verò & beneficia ab eis eidem Monaſterio collata ſubſcribere decreuimus, vt eorum dona ab aliorum beneficiis diſtingueremus. Primum ergo donum eſt præfata Eccleſia cum ſuis clauſuris, & toto circumadiacente ambitu. Capella de Gornayo Terra de Luabum. Molendinum apud Gornayum. Apud Ruſſiacum Eccleſia cum attio & tertia parte villæ, Iſta ſunt ſpecialiter Guidonis & eius vxoris donaria, præfato Monaſterio contradita, & regali auctoritate firmata. Anſellus verò de Garlanda Dapifer regis, de proprietate ſua eidem Monaſterio donauit apud Ruſſiacum

duas partes eiuſdem villæ; ſic totam omnino villam Monachis conceſſit, excepto nemore, & ipſum nemus Monachis & hoſpitibus eorum ad ardendum & hoſpitandum, & ad clauſuram meſſium ſuarum. Nuſiellum quoque, Eccleſiam ſcilicet & quicquid ad illam pertinet, cum hoſpitibus, terris, pratis, vineis cum nemore & molendino ſicut Monachi ea tenent. Decimam de Berchorellis, & duas partes decimæ de Bercheriis. Tertiam verò partem cum atrio Balduinus de Claciaco Monachis dedit, aſſenſu Domni Anſelli. Totam quoque decimam de Pontelz, & apud Torciacum medietatem decimæ quæ dicitur S. Martini, & Eccleſiam Eſſoniæ cum atrio & decima Anſellus eidem Monaſterio contulit. Hoſpites verò in eodem atrio commanentes, Domnus Stephanus frater eiuſdem Anſelli eidem Monaſterio conceſſit. Apud Canoilum quoque, quicquid ibi proprietatis habebat Albertus de Bry, Eccleſiam ſcilicet cum decima, prata & terram, & nemus Monachis præfati Monaſterij conceſſit, ipſo Anſello annuente, ex cuius feodo habebat. His & aliis beneficiis bonæ memoriæ Anſellus præfatum Monaſterium locupletauit, & Chriſtum hæredem fecit, aſſenſu fratrum ſuorum, Domni ſcilicet Stephani, Guillelmi quoque & Giſleberti; piiſſimo etiam Rege Francorum Ludouico gratanter annuente, & omnia confirmante. Quoniam ergo iuxta Canonum decreta, Eccleſiarum bona ſub tuitione & poteſtate ſunt Epiſcopali, nos qui Eccleſiæ Dei habemus & præeſſe & prodeſſe, præſentem Cartam fidelium dona exponentem, aſſenſu Archidiaconorum noſtrorum Stephani ſcilicet, Henrici & Theobaldi, communi etiam totius Capituli noſtri aſſenſu confirmante, & ſigillo noſtro munire, & ſignis Canonicorum noſtrorum ſignare decreuimus.

Signum Bernerii Decani.
S. Stephani Archidiaconi.
S. Henrici Archidiaconi.
S. Theobaldi Archidiaconi.
S. Adam Præcentoris.

S. Roberti

S. Roberti Succentoris.
S. Theoderici Presbyteri.
S. Landonis Presbyteri.
S. Vvilelmi Diaconi.
S. Rainaldi Diaconi.
S. Alberici Subdiaconi.
S. Simonis Canonici.
S. Algrini Canonici.
S. Alberti Canonici.
S. Henrici Lotoringenſis.

Actum publicè Pariſius in Capitulo S. Mariæ, anno Incarnationis Domini M. CXXII. Regni Ludouici Regis anno XIV. Epiſcopatus autem noſtri anno VI. Indictione I. Epacta XXII. Concurrente VI. Ego Theobaldus Cancellarius legi & ſubſcripſi.

Nota Reformationis eiuſdem Prioratus de Gornayo, ex M.S. deſumpta.

In nomine ſanctiſſimæ & indiuiduæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen.

NOtum ſit omnibus tàm præſentibus quàm futuris, Quòd anno Virginei partus quingenteſimo quinto, ſupra milleſimum, die verò quarta menſis Februarii, inchoata fuit Reformatio huius Conuentualis Prioratus Beatæ Mariæ de Gornayo, ſupra Maternam, Cluniacenſis Ordinis, ad inſtantiam R. P. Gerardi de Mauny, Abbatis de Nuceriis, ac huius prædicti Cœnobii Prioris Commendatarii. In quo ſunt inuenti quinque Religioſi. Et tunc pro dictæ Reformationis obſeruatione introducti ſunt ſex Cœnobitæ, à Monaſterio S. Martini Pariſienſis, tranſlati per venerabiles patres Domnos Philippum Bourgoin, dicti Monaſterii S. Martini Priorem digniſſimum, ordiniſque Cluniacenſis Maiorem Priorem benè meritum, & Ioannem Raulin ſacræ Theologiæ, prædictique Ordinis Cluniacen-

ſis profeſſorem eximium. Ex quorum prædicto Cœnobitarum numero, Domnus Adam-Dieu (exigente obedientia) Subprioris Officium ſuſcepit exercendum. Animæ quorum per Dei miſericordiam ſine fine requieſcant in pace. Amen.

Quæ à dicto Prioratu dependent.

Sacriſtia eiuſdem loci.
Prioratus B. Mariæ de Groſſo-boſco.
Cura S. Arnulphi dicti loci de Gornayo.
Cura de Noiſiello.
Cura de Bercheriis.
Cura de Pontelz.
Cura de Eſſona.
Cura de Roiſſiaco in Bria.
Cura de Villeuaudé.
Cura S. Marcelli Papæ & Martyris de Oratorio repoſitorii ſubtus Montem-gayum.

} Pariſien. Diocesis.

PRIORATVS S. NICOLAI DE ACIACO

Syluanectenſis Dioceſis.

Vbi debent eſſe Priore computato IX. Monachi.

VVidonem ſeu Guidonem de Turre, non Vltimæ nobilitatis Militem, dicti Prioratus fuiſſe Fundatorem, plurimis documentis compertum habeo. At quibus magis hic foret opus, nempe ipſius fundationis tabulis cùm caream, certum proinde illius extructionis annum deſignare nequeo; ex his tamen quæ penes me ſunt monumentis, paulò poſt annum à ſalute parta milleſimum, eiuſdem à præfato Guidone iacta fuiſſe fundamenta (fert enim eius tumulus eum in fata conceſſiſſe ad annum Domini milleſimum nonageſimum) conijcere licet.

Cui fortaſſe hac in parte non inferior R. Pater Domnus Franciſcus Chappellier, nuperrimus illius è Martiniano noſtro cætu digniſſimus Prior. Qui cum in adeundo anno Domini M. V^c^LXXXXVIII. *huiuſmodi Prioratu, anteriorem eamque maximam ipſius Eccleſiæ partem proſtratam & euerſam offendiſſet (anno enim ſuperiore peruigilij feſti Regum nocte concubia, ex turris tintinnabulariæ Choro ſupereminentis immenſo pondere corruerat, vt pote quæ ante annos ſexaginta, Veteribus & nimia annorum intercapedine hiantibus pilis lapideis, noua fuerat impoſita & extructa) nihil ſibi antiquius, inque votis magis exti-* An. 1598.

tit, quàm ab ipſis fundamentis repetitam; ampliorem, ſplendidiorem, & multo quàm anteà fuerat, nitidiorem excitare & reedificare. Cui ſcilicet operi licet articulari morbo in dies grauaretur, totum occupatum & ſciebamus & oculis noſtris non ſemel conſpeximus. Quo ſanè vel præclaro facinore, tanto ſibi cumulatiorem ſolidioremque laudem comparauit, quanto ab eiuſmodi mente huius ætatis Beneficiorum poſſeſſores alienos & remotos ſcimus & conſpicimus.

Laudat & approbat, Hubertus Syluanectenſis Epiſcopus Donum Roberti Vicedomini, Martinianis collatum, de Eccleſia ſeu Prioratu S. Nicolai d'Acy.

An. 1106. IN nomine ſanctæ & Indiuiduæ Trinitatis. Notum fieri volumus omnibus fidei Catholicæ cultoribus tàm præſentibus quàm futuris. Quod Domnus Theobaudus B. Martini Eccleſiæ de Campis Prior, adiit præſentiam noſtram, petens vt donum quod fecerat B. Petro Cluniacenſi & S Martino de Campis Robertus Vicedominus de Eccleſia B. Nicolai ſita in villa quæ dicitur Acy, & de terra quam ex dono eiuſdem Roberti poſſident ibi Deo ſeruientes Monachi, ego quoque laudarem & confirmarem ſicut Anteceſſor noſter Domnus Letaudus Epiſcopus (de cuius Epiſcopali beneficio ipſam Eccleſiam & terram idem Robertus tenebat) laudauerat & conceſſerat. Cuius petitioni Ego Hubertus Dei gratia Eccleſiæ Syluanectenſis Epiſcopus aſſenſum præbens, volentibus & deprecantibus Canonicis noſtris Decano ſcilicet Vuarnerio, Haymone Archidiacono, Bartholomæo Præcentore, cum cæteris Canonicis noſtræ Eccleſiæ. Intercedente etiam Domino noſtro Ludouico, iam in Regem deſignato, & amico noſtro Vvidone de Turri, & cæteris fidelibus noſtris, ſupradictum donum litteris mandari decreuimus, & ſigilli noſtri impreſſione corroborauimus. Ita tamen conſiderata authoritate Eccleſiæ noſtræ, vt ſi contigerit (ſuperueniente aliqua tribulatione) nos à Diuino Officio ceſſare, & ipſi pariter ceſſent, ſic ta-

men vt ianuis clauſis Diuinum Officium liceat eis celebrare. Si autem Monachi ibi manentes ordinari voluerint, à Siluanectenſi Epiſcopo ordinentur, vel ſuâ licentiâ ab alio. Excommunicatos noſtros nec viuos nec mortuos ſuſcipiant. Presbyter qui ibi Parochianis præfuerit, Epiſcopo & Archidiacono & Canonicis Eccleſiæ debitam ſubiectionem exhibeat. Huic autem noſtræ conceſſioni & corroborationi interfuit Vvido de Rareto, tunc temporis Vicedominus, volens & concedens. Vt autem hæc Cartula perpetuam firmitatem obtineat, eam nominibus & ſignis noſtris ſignauimus.

Signum Huberti Epiſcopi.
S. Vvarnerii Decani.
S. Haimonis Archidiaconi.
S. Bartholomæi Præcentoris.
S. Odonis Decani Sancti Reguli.
S. Haimonis Sacerdotis.
S. Gelrici Sacerdotis.
S. Radulphi Decani Sancti Frambaudi.
S. Vvaſzonis Diaconi.
S. Radulphi Diaconi.
S. Bernerii Subdiaconi.
S. Hugonis. S. Odonis.
S. Caroli. S. Odoardi de Gonis.
S. Odonis de Noa. S. Engelardi.
S. Vvidonis de Turri.
S. Vvidonis de Rareto.
S. Vvilelmi de Beſtiſiaco.
S. Arnulphi filii Hildiardi.
S. Golsberti.
S. Bardini de Leuncurte.
S. Odonis de Goneſſa.
S. Hermerii de Vietellio.
S. Goiſleni.

Actum publicè in Capitulo S. Mariæ Siluanectenſis. Anno Incarnati Verbi M. C. VI. Epiſcopatus autem Domni Hu-

berti Epiſcopi anno VII. regnante Rege Philippo & filio eius Ludouico iam iuuene. Ego Arnulphus Cancellarius relegi & ſubſcripſi.

Carta Ludouici VI. Francorum Regis. De eodem Prioratu S. Nicolai.

An. 1124. IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Ludouicus Dei gratia Francorum Rex. Notum fieri volumus cunctis fidelibus tàm futuris quàm & inſtantibus, Quòd Guido de Turri Eccleſiæ B. Nicolai quæ non longè à Ciuitate Siluanectenſi ſita, & ab eodem Guidone conſtructa eſt, & fratribus ibi Deo ſeruientibus hæc de rebus & poſſeſſionibus ſuis, pro remedio animæ ſuæ donauit, & iure perpetuo poſſidenda conceſſit. Vinagium ſcilicet de Clomblorio in pago Aurelianenſi. Altare de Darenciaco, & terram arabilem apud Villam pictam, & villam de Auilliaco cum boſco & plano, & molendino & pratis, & viaria & iuſtitia, & cum omnibus ad eandem villam pertinentibus, & terram de Barbaria, quam ipſe à Hugone Elinandi filio commutauit. Et medietatem Altaris de Brayo, & Altare de Noa S. Martini, & altare de Noa S. Remigii, & villam quæ Fons S Firmini dicitur cum luco & plano, cum viaria & iuſtitia, & cum omnibus ad eandem villam pertinentibus, & terram arabilem apud Brayum. Hæc omnia ſupradicta, & quicquid inſuper prædictus Guido de noſtro vel de alterius feodo prædictæ B Nicolai Eccleſiæ dedit, & in futurum Deo volente daturus eſt: Nos eidem Eccleſiæ pro animæ noſtræ & Anteceſſorum noſtrorum remedio confirmamus, & iure perpetuo habenda & poſſidenda concedimus. Quod nè valeat obliuione deleri ſcripto commendauimus, & ne poſſit à poſteris infirmari, ſigilli noſtri authoritate & nominis noſtri Caractere ſubterfirmauimus. Actum Pariſius publicè, anno Incarnati Verbi M. C. XXIV. Regni noſtri XVI.

Priuſquam verò vlteriùs digrediar, illud mihi minimè omittendum, ad læuam Chori è vetuſto lapide ipſius Vvidonis Fundatoris, extare Monumentum, cuius tenorem à Notariis olim deſumptum, vernaculè, vt eſt, hîc lubet addere.

L'an mil cinq cens ſoixante deux le XII. iour d'Auril apres Quaſimodo par nous Iean Lobry & Nicolas de Cornuaille Notaires du Roy noſtre Sire ou Bailliage & Chaſtellenie de Senlis ſoubs ſignez. A la requeſte de deuote & Religieuſe perſonne Damp Germain Nicolas, Preſtre Prieur du Prieuré ſainct Nicolas d'Acy lez Senlis, a eſté extraict en l'Egliſe dudit Prieuré S. Nicolas, à ſçauoir ſur vne tombe ou Sepulchre de pierre, où y a deux giſants, au chef du premier giſant ces mots FVNDATOR ECCLESIÆ. Et à l'entour ces mots.

Hic iacet egregius Guido de Turre vocatus
Cui ſit propitius Chriſtus de Virgine natus.

Et au deſſus dudit Sepulchre ſur vn tableau empreint en la muraille, où ſont engrauez ces mots.

Cy giſt Guy de la Tour Cheuallier, & ſa femme fondateurs de l'Egliſe & Monaſtere de ceans, lequel treſpaſſa enuiron l'an mil quatre-vingt & dix, le IX. iour du mois de Mars, auquel iour eſt fait & celebré par chacun an Obit ſolennel en ceſte Egliſe, & aumoſne generalle par les Religieux de ce lieu, pour les ames deſdits Fondateurs, leurs parents & amis, Priez Dieu pour eux.

Et encores au deſſoubs de ce que deſſus eſt eſcrit ſemblablement FVNDATOR ECCLESIÆ.

Hic iacet egregius Guido de Turre vocatus
Cui ſit propitius Chriſtus de Virgine natus.

Dont ledit Prieur nous a requis lettres, à luy octroyées

ces preſentes, pour luy ſeruir & valloir ce que de raiſon. Fait comme deſſus. I. Lobry. de Cornuaille.

Ad ingreſſum ſacrarum ædium pro parte Clauſtri, muro incauatum.

Hic iacet Religioſus vir frater Ioannes Mathon, in Theologia Baccalarius, Prior huius Prioratus, qui anno Domini 1487. die verò 29. Auguſti, diem clauſit extremum. Cuius anima in pace Chriſti requieſcat. Amen.

Forma, genus, mores, ſapientia, cenſus, honores.
Morte ruunt ſubita, ſola manent merita.

Iacet etiam in Ædibus ſacris dicti Prioratus Reuerendus pater D. Andreas Boucher, ſub his verſibus.

Hic ſitus eſt Andreas Boucher, Pariſinus, in omni
Doctrina clarus, de Dolomonte Prior:
Qui bis tredenos hoc rexit Subprior annos
Cænobium, pro quo pectore funde preces.

Pro capite eius hic verſiculus legitur.

Participem me fac Deus timentium te.

Cy giſt Dom Pierre Chelot, en ſon viuant Religieux de S. Martin des Champs à Paris, & Soubsprieur de ceans, lequel deceda le 24. iour de May 1583. Priez Dieu pour ſon ame.

Pro capite ipſius tumuli.

In te Domine ſperaui. Pſal. 30.

Et pro pedibus.

In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Eccleſ. 7.

Viſitur etiam in Periſtilij angulo, ſacris Ædibus contiguo lapis vetus, ſequentes verſus referens.

Subiacet

Subjacet huic tumulo Corredi morte ſolutum
Corpus, vt humanæ conditionis erat.
Annue ſumme pater, totum purgetur in ipſo
Quod mortale fuit; vt benè viuat. Amen.

Et in teſtudine eiuſdem Periſtilij, duobus in locis hæc leguntur.

Petrus Delbinius Prior S. Nicolai, Clauſtra hæc ruinam minantia, propriis ſumptibus reſtaurauit 1578.

Et pro valuis nouæ Capellæ, ad ingreſſum Clauſtri,

Soli Deo honor & gloria.

Anno Domini M. VI^C IX. die XXVIII. menſis Octobris Reuerendus in Chriſto Pater & Dominus Anthonius Roſe Epiſcopus Siluanectenſis, à Religioſo viro Domno Franciſco Chappellier huius Prioratus Conuentualis S. Nicolai d'Acy Priore, rogatus & vocatus, hanc Eccleſiam & majus Altare in honorem Deiparæ ſemperque Virginis Dei genitricis Mariæ ſanctificauit, atque conſecrauit, & Reliquias Sanctorum Chriſti Martyrum Dionyſii Areopagitæ, & Laurentii Leuitæ in Altari incluſit, ſingulis fidelibus Chriſti, in die Anniuerſario conſecrationis prædictæ, ipſam Eccleſiam & Altare viſitantibus XL. dies de vera indulgentia in forma Eccleſiæ conſueta concedens. Clauſtraque hæc & Capitulum eo ipſo die & anno quo ſupra benedixit & ſanctificauit.

A tergo Altaris dictæ Capellæ, ineſt Sacellum, in cuius pariete lapis ſequentia refert.

Soli Deo honor & gloria.

Anno Domini M. VI^C IX. die XXVIII. menſis Octobris: Reuerendus in Chriſto Pater & Dominus Anthonius Roſe Epiſcopus Siluanectenſis, à Religioſo Viro Domno Franciſco Chappellier huius Prioratus Conuen-

tualis S. Nicolai d'Acy Priore inuitatus atque rogatus, conſecrans hanc Eccleſiam in honorem Deiparæ ſemperque Virginis Matris Chriſti Mariæ, etiam hoc Altare in honorem ſanctorum Chriſti Confeſſorum Franciſci, Benedicti. Mauri, Antonii, Fiacrii conſecrauit & dedicauit, atque Reliquias ſanctorum Martyrum Sebaſtiani, Chriſtophori, & Thebeorum in eo incluſit, ſingulis Chriſti fidelibus in die Anniuerſario conſecrationis prædictæ, ipſum Altare viſitantibus xl. dies de vera indulgentia, in forma Eccleſiæ conſueta, concedens.

Iacent in dicta noua Capella, duo Martiniani noſtri fratres, cum his verbis.

Hic iacet Domnus Nicolaus le Roy, Religioſus & Sacriſta huius Domus, Qui obiit die 14. Iulii. Anno Domini 1623. Requieſcat in pace. Amen.

Hic iacet Domnus Martinus Desjobars Religioſus in hoc Prioratu S. Nicolai, & Prior S. Dionyſii de Varennes. Qui obiit anno Domini 1610. 7. die Ianuarii. Requieſcat in pace. Amen.

A Clarembaldo Siluanectenſi Epiſcopo, datam Præbendam Priori & Monachis dicti Prioratus in Æde primaria Virginis Siluanectenſis, conſtat ex ſequente ipſius ſucceſſoris Petri, eiuſdem loci Epiſcopi Cartâ, quæ etiam plura alia complectitur.

An. 1138. IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Notum ſit omnibus tàm poſteris, quàm & inſtantibus, Domnum Petrum Priorem Eccleſiæ S. Nicolai de Acy, præcibus ſuis impetraſſe, vt ego Petrus gratia Dei Siluanectenſis Eccleſiæ Epiſcopus, Altaria & decimas & cætera beneficia quæ eidem Eccleſiæ S. Nicolai & Monachis ibi Deo famulantibus in eleemoſinam à fidelibus pro animarum ſuarum remedio collata ſunt, & in Epiſcopatu noſtro continentur,

autoritate noſtra laudarem & confirmarem, & ſigilli noſtri impreſſione corroborarem. In primis Præbendam quam dedit illis bonæ memoriæ Clarembaldus Anteceſſor noſter. Deinde Eccleſiam de Oiry, cum minuta decima. Eccleſiam de Coïa, cum atrio & minuta decima, Lucum etiam cum terra arabili, Medietatem altaris de Braïo. Medietatem minutæ decimæ de Fontanis; & nonam partem maioris decimæ. Eccleſiam ipſam S. Nicolai in qua conſiſtunt Monachi, hoſpites, terram arabilem, & prata quæ dedit Robertus Vicedominus. Hoſpites decem, quos dedit Hermengardis amita eius qui ſunt in vico S. Martini, & prata & terram quæ ſunt ſecus Eccleſiam S. Nicolai. Quatuor etiam arpennos pratorum ibidem de eleemoſina Domni Odonis de Goneſſa, & duos de eleemoſina Ioannis de Brayo. Terram & prata quæ dedit Oilardus Pincerna. Terram quam dedit Hugo de Sylua & pratum vnum. Villam quæ Anilliacus dicitur cum boſco & plano & molendino & pratis, & viaria & iuſtitia, & cum omnibus ad eandem villam pertinentibus. Necnon & villam quæ Fons S. Firmini dicitur cum luco & plano, & viaria & iuſtitia, & cum omnibus ad eandem villam pertinentibus de eleemoſina Domni Odonis Percebot & vxoris eius, Duos hoſpites in vrbe Syluanectenſi, Domum videlicet Oilardi Palmarii, & Domum Stephani quæ iuxta præfatam Domum ſita eſt. Apud villam quæ Syluerinus dicitur, medietatem totius villæ, quicquid etiam ad eos pertinebat apud Loiſiacum, & de cenſu apud Barbariacum. Terram quam ab Hugone Elinandi filio commutauit Domnus Guido de Turre. Item in vrbe Syluanectenſi domum de Sotomonte, & terram, & vineam quam dederunt in eleemoſinam Ingelrannus & Odo frater eius, & maſuram Guidonis parui, cum vinea & torculari, & maſuram Aſzonis de Clea. Medietatem quoque Altaris de Curtolio, & totam maiorem decimam & terram & cenſum & hoſpites quos dedit Hugo de Salice, & terram quam dedit Robertus Brito. Presbyter verò, qui in Eccleſia S. Nicolai Parochianis præfuerit, Epiſcopo & Archidiacono,

& Canonicis Eccleſiæ Syluanectenſis debitam ſubiectionem exhibeat. Præterea ſciendum eſt quod maior & minor decima prædictæ villæ quæ Auilliacus dicitur, & alterius villæ quæ Fons S. Firmini appellatur, Canonicorum Eccleſiæ S. Mariæ eſt, excepta tamen decima omnium animalium, quæ propriè Monachorum ſunt in villa Acy, & in Auilliaco. Igitur ego Petrus gratia Dei Siluanectenſis Epiſcopus, Prioris ſupradicti petitionem ſuſcipiens, hæc omnia ſupraſcripta pro animæ noſtræ & Anteceſſorum noſtrorum ſalute confirmamus, & iure perpetuo habenda & poſſidenda Eccleſiæ S. Nicolai concedimus. Quod ne valeat obliuione deleri, ſcripto commendauimus, & ſigilli noſtri authoritate corroborauimus. Actum Siluanectis publicè in Capitulo Sanctæ Mariç, anno Verbi Incarnati M.C.XXXVIII.

Cuinam Officio teneatur Præbendarius S. Nicolai, in Eccleſia Siluanectenſi. Gaufredi Siluanect. Epiſ. Carta.

An. 1105. EGo Gaufridus Dei gratia Siluanectenſis Epiſcopus. Nouerint qui præſentes litteras viderint vel audierint; inter Capitulum B. Mariæ Siluanectenſis, & Priorem & Monachos S. Nicolai, nobis mediantibus aſſenſu Prioris S. Martini de Campis talem interueniſſe compoſitionem. Quod idem Capitulum prædictis Monachis conceſſit ne vnquam poſſit eos compellere vt habeant Vicarium in Eccleſia B. Mariæ, qui Præbendam ipſorum quam in eadem Eccleſia habent, deſeruiat; vel vt ipſi manſionem ibi facere teneantur, nec pro eadem Prçbenda aliud ſeruitium facient, quàm facere ſolent. Septimanam ſuam tàm in Miſſa quàm in horis, cuſtodiam Chori in ordine ſuo, & in maioribus feſtis Inuitatorium cantabunt, in illis ſcilicet in quibus quatuor cantant illud. Relaxat eos Capitulum ne ad Proceſſionem in Aſſumptione B. Mariæ, ad quam venire conſueuerant, de cætero venire teneantur. Quando Canonici illi in quorum parte Monachi capient fructus Præbendæ ſuç de fructibus Prçbendarum ſuarum noluerint compu-

tare, diem denuntiabunt in domo S. Nicolai, vel Priori vel alicui Monachorum. Et ſi Prior ſiue aliquis Monachorum quem pro ſe mittat, ad diem illum venerit, intererit illi computationi. In eadem libertate & integritate habebunt Monachi Præbendam ſuam, in qua habent alii Canonici ſuas, niſi quod vocem in Capitulo non habebunt, nec Capitulum intrabunt, niſi à Capitulo vocentur, nec de diſtributione vel computatione quæ in Capitulo fit, aliquid requirere poterunt. Si ad faciendam procurationem vel Archiepiſcopi vel alicuius legati, vel alterius perſonæ, vel aliquo alio negotio de corpore Præbendarum aliquid communiter capiatur, ſimiliter de corpore Præbendæ S. Nicolai capietur. In quadrageſima vnus Monachorum, ſi voluerit, cum aliis comedet in Refectorio, extra verò Refectorium, ſicut nec licuit, ita nec licebit panem vel vinum extra Refectorium percipere. Si vinum de communitate extra quadrageſimam diuidatur, ſi Prior vel aliquis Monachorum Eccleſiam intrauerit, in illa die ſuam percipiet portionem. Prior verò & Monachi S. Nicolai aſſenſu prædicti Prioris & Conuentus S. Martini de Campis, ad ſeruitium B. Mariæ augmentandum tenentur dare ſingulis annis tres modios bladi medietarii vſque ad natale Domini perſoluendos. Quod vt ratum habeatur, ad prçces vtriuſque partis hoc ſcriptum inde fieri, & ſigillo noſtro fecimus confirmari. Hanc autem compoſitionem ſicut in hac Carta adnotata eſt, Ego Stephanus Decanus & Capitulum B. Mariæ Siluanectenſis laudamus & ratam habemus: & vt maiorem in poſterum obtineat vigorem, ad eius confirmationem ſigillum noſtrum cum ſigillo Domini Epiſcopi appendimus. Actum anno ab Incarnatione Domini M. CC. V.

Quæ dicto Prioratui ſubſunt.

Sacriſtia eiuſdem loci. Cantoria.
Præbenda in æde primaria Virginis Siluanect.
Cura B. Martini de Aſpero-monte. Beluac. Dioc.

Cura de Noa S. Martini. Sueſſion. Dioc.
Cura S. Georgii de Brayo. Siluaneƈt. Dioc.

Ad quam per R. Abbatem S. Vicentij Siluaneƈt. & præfatum R. Priorem vicibus alteris præſentatur.

Cura de Noa S. Remigij. Beluac. Dioc.
Cura SS. Geruaſii & Prothaſii de Curtolio. Siluaneƈt. Dio.
Cura B. Mariæ de Oiriaco, cum Capella in eadem, quam dictus R. Prior his confert & Antiſtita S. Remigii Siluaneƈt. ſemel. Siluaneƈt. Dioc.
Cura S. Germani de Charronâ. Pariſien. Dioc.
Cura S. Siluani de Derenciaco paruo. Pariſien. Dioc.

De Altaribus ſeu Curis de Derenciaco paruo, & de Carrona, Pariſien. Dioc.

Stephani Pariſienſis Epiſcopi Carta.

An. 1140. IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Quia iuxta Propheticam & Euangelicam vocem, veritates à filiis hominum diminui, & refrigeſcente charitate iniquitatem proh dolor! videmus habundare, oportunum imò neceſſarium eſt nos operam omnimodis dare, quatenus iniquitatis multiplicitati & habundantiæ per bonorum operum incrementa valeamus reſiſtere. Hac igitur ratione Ego Stephanus Dei gratia Pariſiorum Epiſcopus concedo & confirmo Monachis S. Martini de Campis qui manent iuxta Siluanectis, in villa quæ dicitur Acy, Eccleſiam de Derenciaco cum omni minuta decima, & tertia parte maioris decimæ, tàm vini quàm ſegetis. Et Eccleſiam de Carrona ſimiliter, cum omni minuta decima, & tertia parte maioris decimæ tàm vini quàm ſegetis, & vt hæc in ſempiternum rata & firma permaneant, præſentem cartam noſtri authoritate ſigilli firmari fecimus. Actum Pariſius publicè in Capitulo B. Mariæ, anno Incarnati Verbi M. CXL.

Item alia de eodem Derenciaco paruo Odonis Pariſienſis Epiſcopi, Carta.

ODo Dei gratia Pariſienſis Epiſcopus. Omnibus præſentes litteras inſpecturis in Domino ſalutem. Notum facimus quod noua Eccleſia quæ conſtructa eſt infrà terminos Eccleſiæ S. Germani de Derenciaco in vico qui dicitur Noes, ad donationem Monachorum S. Nicolai Siluanectenſis pertinet, & Presbyter ipſius Eccleſiæ de propriis redditibus ſoluere tenebitur Sinodum & Circadam, nec propter hoc ad minutam decimam Monachorum ſe conuertere poterit. Duas etiam partes candelarum quæ offeruntur in feſto Purificationis B. Mariæ, Monachi S. Nicolai in illa noua Eccleſia annuatim habebunt, ſicut habent in Eccleſia S. Germani. In cuius rei teſtimonium præſentem Cartam ſigilli noſtri fecimus impreſſione muniri. Actum anno Domini M. CC VII. *An. 1207.*

Item pro Altare de Oyriaco
Adæ Siluanect. Epiſcopi Carta.

ADam Dei gratia Siluanectenſis Epiſcopus. Omnibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Notum facimus quod cum controuerſia verteretur inter Abbatiſſam & Conuentum S. Remigii Siluanect. ex vna parte, & Priorem S. Nicolai Siluanectenſis ex altera, ſuper iure Patronatûs de Geni, tandem de bonorum virorum conſiliò, voluntate; & aſſenſu noſtro vnita fuit Parochia de Geni cum Parochia dicti Prioris S. Nicolai Siluanect. de Oyri, vt ſic duæ Parochiæ vna efficiantur voluntate partis vtriúſque. Verumetiam ordinatum eſt per nos, & per voluntatem & aſſenſum vtriuſque partis, quod prædictus Prior dabit duabus vicibus continuis prædictam Parochiam, & prædictæ Abbatiſſa & Conuentus dabunt eandem prædictam Parochiam tertia vice, cum ipſam vacare contigerit, ſaluis tamen *An. 1245.*

vtrique parti decimis maioribus & minutis oblationibus, & omni alio iure in vtraque Eccleſia ab antiquo ſibi debitis & conſuetis. Quod vt ratum permaneat præſentibus litteris ad petitionem vtriuſque partis ſigillum noſtrum duximus apponendum. Actum anno Domini M. CCXLV. menſe Iulij.

PRIORATVS SANCTORVM GERVASII ET PROTHASII DE ENCRA.

AMBIANENSIS DIOCESIS.

Vbi debent eſſe Priore computato x. Monachi.

HVius Prioratus etſi ſedulus Indagator, numquam tamen anni fundationis aſſequi potui notitiam. Canonicos ibidem à prima fundatione & priuſquam Martinianorum iuris eſſet, inſtitutos (quibus mortem obeuntibus iidem ſuccenturiati fuere) ſequentibus documentis comperio.

Donum Guarini Ambianenſis Epiſcopi, Martinianis, De Prioratu de Encra.

An. 1138. IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Quia in corpore Chriſti quod eſt Eccleſia, prælatis tamquam oculis maior vigilantię cura ſuper fideles & maximè religioſos impoſitur,

imponitur, dignum eſt vt eis beneficia noſtra conferamus, quorum præcibus pax nobis & ſecuritas concedatur. Idcirco Ego Gaurinus Dei gratia Ambianenſis Epiſcopus, Eccleſiam S. Geruaſij de Encra, quæ diu contra Apoſtolica decreta in manu fuerat laica, cum peſte Simonica, Monachis ſancti Martini de Campis liberè & abſolutè do in eleemoſinam cum omnibus appenditiis ſuis. In præſentia Donni Alberici Oſtienſis Epiſcopi, & Apoſtolicæ ſedis Legati, & Donni Gauſleni Sueſſionenſis Epiſcopi, & Donni Gaufredi Catalaunenſis Epiſcopi, Teſte Donno Gaurino Ambianenſis Eccleſiæ Theſaurario, & Magiſtro Rainerio Catalaunenſi Archidiacono. Actum eſt anno Incarnati Verbi M.CXXXVIII.

Præfatum Prioratum Canonialem olim fuiſſe Eccleſiam, conſtat ex ſequente Theodorici Ambian. Epiſcopi Carta, & qualiter in Martinianorum poſſeſſionem deuenerit.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Ego Theodoricus Dei gratia Ambianenſis Epiſcopus, tàm præſentibus quàm futuris in Chriſto fidelibus in perpetuum. Ad paſtoralem ſolicitudinem ſpecialiter pertinet ius Eccleſiaſticum à malis & importunis hominibus liberare, & cum extraordinariè libertas Eccleſiæ ducitur in quantum præualet, ad ordinis lineam reducere. Et quoniam literarum ius eſt præteritorum vel abſentium facta poſteris pręſentia facere, & omnem ambiguitatis notam vel controuerſiæ quæſtionem de medio auferre, quo ordine Eccleſia S. Geruaſii de Encra cum omnibus ad eam pertinentibus à tempore Domni Guarini bonæ memoriæ prædeceſſoris noſtri de dono Hugonis Candauenæ & poſtea ex dono & conceſſione Anſelmi filii eius per manum noſtram in ius & poſſeſſionem S. Martini de Campis deuenerit, litteris decreuimus adnotare. Siquidem prædictus Hugo Candauena religioſorum virorum conſiliis acquieſcens, & culpam ſuam recognoſcens, Canonicas S. Geruaſij de Encra quas contra *An. 1154.*

canonum inſtituta iure hęreditario vſurpauerat, & diu per peccatum ſuum tenuerat, in manus Domni Guarini prædeceſſoris noſtri reddidit, & vt eas Monaſterio S. Martini à Campis redderet, poſtulauit; Noſtris verò temporibus, poſt deceſſum prædicti Hugonis Anſelmus, Ingelrannus, & Guido filii eius prædictas Canonicas (cum tamen eas in primis retinere attentarent) in manus noſtras reddiderunt, & in prædicta Eccleſia de Encra, vel Præbendis, ſe nihil amplius reclamaturos, ſub fide & ſacramento promiſerunt.

Nos igitur Eccleſiam S. Geruaſii cum omnibus ad illam pertinentibus, & Canonicas prætaxatas à manu laica per Dei gratiam liberatas, Monaſterio S. Martini de Campis perpetuò poſſidendas ſaluo Epiſcopali iure, contradimus & confirmamus, & defunctis Canonicis qui in præſentiarum locum ipſum obtinent, ne alii Canonici aliquo modo ibidem ſubrogentur penitùs prohibemus. Ne igitur rei huius notitia à memoria hominum excidat, ſed vt decurrente tempore per ætates & ipſa decurrat, ad munimentum prætaxati Monaſterii præſens ſcriptum facimus, & ſigillo noſtro communimus, & ne ab aliqua Eccleſiaſtica vel ſeculari perſona hæc noſtra confirmatio auſu temerario impetatur, ſub Anathemate interdicimus, & ipſum ſcriptum perſonarum noſtrarum, & eorum qui huic donationi interfuerunt ſubſcriptionibus roboramus.

Signum Radulphi Decani.

S. Guarini & Simonis Archidiaconorum.

S. Fulconis Cantoris.

S. Radulfi, Mainerii, Guidonis, Presbyterorum.

S. Roberti, Gaufredi, Diaconorum.

S. Laurentii, Roberti, Theobaldi, Richardi, Subdiaconorum.

S. Bartholomęi, Prioris S. Martini de Campis.

S. Petri, Prioris de Capy, & Petri Sacriſtæ & Martini.

S. Anſelmi de Hoſdend, qui & ipſe donum iſtud laudauit & conceſſit, & vxor eius & filii.

S. Anſelmi de Pas, & Efredi fratris eius.

S. Martini Patalanara.
S. Ogeri præpoſiti.
Actum X V. Cal. Ianuarii, anno M. C L I V. Ego Simon Cancellarius relegi. Datum per manum Roberti Gigantis Notarii.

Numerus fratrum ibidem inſtituendorum, Hugonis & Yolendis Comitis Sancti Pauli Carta.

H. Comes Sancti Pauli, & Y. Comitiſſa vxor eius, Vniuerſis Chriſti fidelibus in perpetuum. Cùm ſepenumero inter nos ex vna parte, & inter Priorem & Conuentum S. Martini de Campis ex altera parte fuiſſet litigatum ſuper numero Monachorum inſtituendorum in Eccleſia S. Geruaſij de Encra, pro Diuinis Officiis ibidem digne & laudabiliter celebrandis, ad bonum pacis hinc inde eodem animo concurrentes & pari conſenſu confirmantes conſtituimus & conceſſimus, vt de cætero in octo Monachis ibidem manentibus deſeruirent: & cum adhuc duo Canonici eiuſdem loci ſuperſtites eſſent, firmauimus etiam vt eis de medio ſublatis duo Monachi eorum loco ſubſtituantur. Ita quod quando alter illorum Canonicorum diem clauſerit extremum, vnus Monachus loco illius incontinenti ſubrogabitur, & ſic deinceps in perpetuum in honore Domini denarius Monachorum numerus adimpletus perſeuerabit. Quod ſi aliquo caſu, ſeu per aliquorum negligentiam iſtud minùs fuerit obſeruatum, dicti Monachi conceſſerunt, vt nos vel heres noſter Dominum Ambianenſem Epiſcopum ſuper hoc requiramus, quatenus ab illis hoc emendari faciat. Et ſi ad eius mandatum infra quadraginta dies id emendare contempſerint, volunt quod dictus Epiſcopus ipſam Eccleſiam S. Geruaſij & reliquas Eccleſias ſuas Parochiales, ad illam Eccleſiam ſpectantes in Epiſcopatu ſuo interdicat, & interdictas teneat donec ad plenum quod minus iuſtum fuerit corrigatur, ſaluo priuilegio Ordinis Cluniacen. quo eis à ſede Apoſtolica eſt indultum, vt in Eccleſiis An. 1201.

ſuis interdictis ſubmiſſa voce, ianuis clauſis, non pulſatis campanis, diuina poſſint Officia celebrare. Si verò nos vel noſter hęres (quod abſit) contra hanc pactionem noſtram & ſuam venire præſumpſerimus, conceſſimus & obnixiùs rogauimus Dominos Ambianenſem, Atrebatenſem, & Morinenſem Epiſcopos, vt nos vel hęredem nôſtrum quem contra hoc venire contingeret excommunicationi, & vniuerſam terram noſtram interdicto, præciſa dilatione, poſtquam ab illis ſuper hoc fuerint requiſiti, ſupponant. Vt autem hoc ratum ſit, perpetuamque obtineat firmitatem, præſentem paginam ſigillorum noſtrorum appoſitione dignum duximus roborari. Actum anno Verbi Incarnati M. CCI.

Innocentii Papæ II. De eodem Prioratu Bulla.

An. 1130. INnocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis Priori & Conuentui S. Martini de Campis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Iuſtis petentium deſideriis facilem nos conuenit præbere conſenſum, & vota quæ à rationis tramite non diſcordant effectu proſequente complere. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, ius quod habetis in Eccleſia S. Geruaſii de Encra, & B. Mariæ de Berberiis ex dono Hugonis Candauen. qui ius Patronatûs quod in eadem habebat Eccleſia, reſignauit in manu bonæ memoriæ Guarini & Theoderici quondam Epiſcoporum Ambianenſium, proût in eorum autenticis manifeſtè continetur expreſſum, ſicut illud iuſtè & canonicè poſſidetis, & nobilis vir Comes Sancti Pauli tam per ſuæ fidei ſacramentum, quàm per ſuas id vobis litteras confirmauit in hunc modum, videlicet quod tota ipſius Eccleſiæ ordinatio de ſubſtitutione Monachorum facienda ibidem, in veſtra conſiſtere debeat voluntate, deuotioni veſtræ authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc noſtræ paginam confirmationis infringere vel ei auſu temerario

contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Laterani VI. Calend. Decemb. Pontificatûs noſtri anno primo.

De eodem. Eugenij Papæ III. Bulla.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis Odoni Priori S. Martini de Campis, eiuſque fratribus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Super controuerſia quæ inter vos & Canonicos B. Geruaſii de Encra ſuper eadem diutiùs agitata eſt vtriuſque partis rationes & allegationes diligenter audiuimus, & fratrum noſtrorum conſilio eidem controuerſiæ finem taliter impoſuimus. Siquidem quod ſuper eadem cauſa à Gaurino bonæ memoriæ Ambianenſi Epiſcopo Religioſorum virorum conſilio ſtatutum eſt, & prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ Innocentii & Lucii Romanorum Pontificum ſcriptis & autoritate firmatum vt videlicet decedentibus Canonicis, ibidem Monachi ſubſtituantur, ſaluis tamen eorum Præbendis qui ſuperſtites fuerint, nos nihilominus authoritate Apoſtolica confirmamus, & ratum manere decreuimus, & ſuper eadem cauſa perpetuum Canonicis ſilentium impoſuimus. Datum transtiberim X. Cal. Martii.

Quæ dicto Prioratui ſubſunt.

Præpoſitura. Sacriſtia, ſiue Theſauraria.	Officia Clauſtralia.
Cura SS. Geruaſii & Prothaſii eiuſdem loci. Cura S. Serrei Epiſcopi & Conf. de Auelluis. Cura S. Martini de Vvadencourt. Cura S. Martini de Englesbermer & Vviter-mont. Cura S. Firmini de Milancourt.	Ambian. Diocceſis.

Cura SS. Nicolai & Egidii de Meſnillo & Martinſſart.	Ambian. Dioceſis.
Cura S. Vedaſti de Becordel & Becourt.	
Cura S. Honorati de Bouzincourt & Rancourt.	
Cura S. Vincentii de Ouillé & Boiſſelle.	
Cura B. Mariæ de Beaumont & Hamel.	

PRIORATVS SANCTI PETRI DE CANNIS, SEV DE CONA.

SENONENSIS DIOCESIS.

Vbi debent eſſe Priore computato VI. Monachi.

Alexandri Papæ III. Bulla. De omnibus eiuſdem Prioratus poſſeßionibus.

An. 1172 ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Dilectis filiis Priori Monaſterii de Cona eiuſque fratribus tam præſentibus quàm futuris Regularem vitam profeſſis in perpetuum. Piæ poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri, vt & deuotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & vtilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum Monaſterium in quo Diuino mancipati eſtis obſequio,

ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, vt ordo Monaſticus qui ſecundum Deum & B. Benedicti Regulam in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium inpreſentiarum iuſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam ſancti Petri de Cona cum omnibus pertinentiis ſuis, & quicquid in eadem villa habetis. Quicquid habetis in territorio de Foiſſy, quicquid habetis in monte Arlais. Eccleſiam S. Martini de Dormella cum omnibus pertinentiis ſuis, & Molendinum de Monte-moret, quod eſt in Parochia eiuſdem Eccleſiæ. Quicqnid habetis in Eccleſia S. Martini de Miri. Qnicquid habetis in Eccleſia de Sauins. Quicquid habetis in Eccleſia de S. Valeriano. Quicquid habetis in Eccleſia S. Lupi de Villa-tierry. Quicquid habetis in Eccleſia S. Martini de Truiſi, & in eadem villa. Quicquid habetis in Varennis & in Valentiis, & in Lauile, aquam ſcilicet quæ ſubterfluit Monaſterio cum paſſagio, & prata de Milleris quæ data ſunt Monaſterio veſtro à bonæ memoriæ Ala Comitiſſa Bleſenſi, & quartam partem ſalagii de Moſteriolo, & cenſum de Moncellis. Quicquid habetis in molendino ſtanni de Sancto Valeriano. Terram de Chaſneto. Quicquid habetis in villa Emanti. Terram quam habetis ad montem Machoi, & quicquid habetis apud Palai, & nemus Arlais. Quicquid habetis in nemore S. Mauricii & in nemore S. Petri, quod eſt Vice-comitis, & terram quam habetis in Parrochia de Blena, prata, Molendinum, alnetum, & nemus, & quartam partem territorii de Villafrod, & allodium de Saueniaco. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, vt eorum deuotioni & extremæ voluntati qui ſe

illic ſepeliri deliberauerint, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalua tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. In Parochialibus autem Eccleſiis quas tenetis, liceat vobis ſacerdotes eligere & Epiſcopo repreſentare, quibus ſi idonei fuerint, Epiſcopus animarum curam committet, vt de plebis quidem cura Epiſcopo, vobis autem de temporalibus debeat reſpondere. Sanè noualium veſtrorum quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſiue de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus à vobis decimas præſumat exigere. Cum autem commune interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis ianuis excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce diuina Officia celebrare. Obeunte verò te nunc eiuſdem loci Priore, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundùm Dei timorem, & B. Benedicti Regulam præuiderint eligendum. Decernimus ergò vt nulli omninò hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed illibata omnia & integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura, ſalua ſedis Apoſtolicæ authoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentauerit, ſecundò tertióue commonita, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum

ſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Datum Tuſculan. per manum Gratiani S. R. E. Subdiaconi & Notarii XVI. Cal. Decemb. Indictione VI. Incarnationis Dominicæ anno M. CLXXII. Pontificatûs verò Domini Alexandri Papæ III. anno XIV.

Carta VVilelmi Senonenſis Archiepiſcopi. De eodem Prioratu.

VVilelmus Dei gratia Senonenſis Archiepiſcopus, & Apoſtolicæ ſedis Legatus, dilectis filiis Anculfo Priori & fratribus in Eccleſia de Cona Deo ſeruientibus in Domino ſalutem. Gratus Deo famulatus numquam impenditur, niſi ex charitatis radice procedat. Omnes igitur Chriſtianæ fidei amatores, & præcipuè Religioſos ex commiſſo nobis officio tenemur diligere, & loca venerabilia cum ipſis perſonis diuino ſeruitio mancipatis attentiùs confouere, vt nullis prauorum hominum inquietentur moleſtiis, vel importunis angariis fatigentur. Quamobrem dilecti in Chriſto filii ſanctorum bonorum ſequentes exempla virorum, rationabilibus poſtulationibus veſtris, benignum præbentes aſſenſum, Eccleſiam de Cona in qua diuina ſuffragante clementia, obſequium diuinum ſolemniter celebratur, cum omnibus ad ipſam pertinentibus, ſub noſtra ſuſcipimus protectione, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. Statuentes vt poſſeſſiones vniuerſæ, & quæcunque bona iuſtè & canonicè poſſidetis, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis Deo propitio poteritis adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Videlicet Eccleſiam S. Petri de Cona, Altare, perſonatum, atrium, minutam decimam eiuſdem villæ, decimam magnam & minutam de territorio de Foiſſy. In monte Arlais tertiam partem magnæ decimæ & minutæ. Eccleſiam S. Martini de Dormella, & perſonatum *An.* 1172.

Rr

eiuſdem Eccleſiæ, cum Capella de Flagiaco quæ ad eam pertinet, & minutam decimam eiuſdem Parochiæ & molendinum quoddam de Montemoret, quod eſt in eadem Parochia. Item in Eccleſia S. Martini de Miry, duas partes oblationum in feſtiuitate omnium ſanctorum. In natale Domini. In Purificatione B. Mariæ, & atrium & duas partes decimæ magnæ & minutæ. Et illud quod habetis in Eccleſia de Sauins, ſcilicet in craſtino Natalis Domini, duas partes tortellorum, & in Purificatione duas partes candelarum, poſt meſſionem Presbyteri, tertiam partem decimæ tàm vini, quàm annonæ, & tertiam partem minutæ decimæ. In Eccleſia de S. Vateriano, viginti ſolidos & id quod habetis in Eccleſia S. Lupi de Villa-tierry; in Altare videlicet ſextam partem oblationum in feſto omnium ſanctorum. In natale Domini, & in Purificatione B. Mariæ, & etiam in feſto S. Lupi ſextam partem, ſi ad Procurationem Clericorum ſextam partem expenſæ dederitis. Et id quod habetis in Altare S. Martini de Truiſi, ſcilicet tertiam partem offerendæ, poſt partem Presbyteri. In feſtiuitate omnium ſanctorum. In natale Domini. In Purificatione B. Mariæ, & etiam tertiam partem villæ, & tertiam partem magnæ decimæ & minutæ eiuſdem villæ. Sanè quartam partem magnæ decimæ de Varennis, & quartam partem magnę decimæ de Valentiis, & minutam decimam de la Vile, & cætera omnia quæ Eccleſiæ B. Petri de Cona data ſunt in eleemoſinam, aquam ſcilicet quæ ſubterfluit Monaſterio cum paſſagio, & prata de Milleris, quæ data ſunt à beatæ memoriæ Ala Comitiſſa Bleſenſi, & quartam partem Salagii de Moſteriolo, & cenſum de Moncellis. In molendino ſtanni de S. Valeriano dimidium modium frumenti, & terram de Chaſneto. Prætere in villa Emanti duodecim ſolidos & tres obolos, & terram quam habetis ad Mont-macho, & apud Palay decem ſolidos, & nemus Arlais, & partem octauam quam habetis in nemore ſancti Mauricii, & vſagium in nemore S. Petri, quod eſt Vice-comitis, & terram quam habetis in Parochia de Blena, hoſpites, prata, molendinum,

alnetum & nemus, atque quartam partem territorii de Villaſro, & alodium de Saueniaco. Et quicquid præterea immunitatis, quicquid libertatis ſeu donationis à prædeceſſoribus noſtris, ſeu à Catholicis Regibus Eccleſia veſtra hactenus habuiſſe dignoſcitur, ratum & ſtabile permanere ſancimus. Decernimus ergo vt nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet moleſtiis fatigare; ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura. Salua in omnibus ſedis Apoſtolicæ authoritate, & noſtra, ſucceſſorumque noſtrorum canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam venire tentauerit, Omnipotentis Dei iram, & noſtram maledictionem ſe incurſurum nouerit. Cunctis autem eidem Eccleſiæ iura ſua ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Actum Senonis. Anno Dominicę Incarnationis M.CLXXII.

Inſtitutio Monachorum Cluniacenſium in Eccleſia ſeu Prioratu S. Petri de Cannes. Ex Richerij & Daimberti Senonenſium Archiepp. Carta.

IN nomine Domini. Richerius Archiepiſcopus. Notum ſit omnibus tàm pręſentibus quàm & futuris, quod veniens quidam Miles Roſtelinus nomine ante noſtram preſentiam vnà cum conſenſu & voluntate coniugis ſuę ac liberorum ſuorum, Frederii videlicet & cęterorum omnium, deprecans obnixè vt concederemus ei Eccleſiam S. Petri de Cona, quam de beneficio Eccleſię S. Stephani atque noſtro tenebat, dare Eccleſię Cluniacenſi ad conſtituendos Monachos, qui pro ſe & pro cunctis fidelibus deo deſeruirent, ac ibidem religiosè viuerent. Cuius pręces ſuſcipientes, con-

ceſſimus ei, ſed eo tenore vt heres illius prædictam Eccleſiam ſemper de nobis teneat, Monachi verò per ipſum habeant. Junioratus autem Eccleſiæ, quem Presbyteratum appellant, ſicut hactenus, integer permaneat. Sacrilegium quoque Eccleſiæ & atrii, ſicut exigit ratio, in noſtra deliberatione conſiſtat. Ego verò Daimbertus Archiepiſcopus, quod ipſe bonæ memoriæ Pater Domnus Richerius prædeceſſor meus geſſit, in Chriſti nomine concedo ac legitimè atque canonicè confirmo.

De controuerſia inter Priorem de Cannis, ſeu Conis & Presbyterum. Petri Senonen. Archiepiſcopi Carta.

An. 1204. PEtrus Dei gratia Senonenſis Archiepiſcopus. Omnibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino, Vniuerſitati veſtræ notum facimus. Quod cum inter Priorem de Conis ex vna parte, & Henricum Presbyterum eiuſdem villæ ex alia ſuper decimis noualium quæ in nemore S. Mauricii & Brucciis ſancti Saluatoris, & Pleſeis de Moncellis, à tempore Lateranen. Concilii accreuerunt, & in poſterum accreſcent, quæſtio diutiùs verteretur, tandem inter ipſos in noſtra præſentia compoſitum eſt hoc modo, quòd dictus Prior de Conis & eius ſucceſſores percipient medietatem dictarum decimarum pacificè & quietè in perpetuum, & præfatus Presbyter & eius ſucceſſores aliam medietatem pacificè & quietè percipient. Nos verò ad præces dilectorum filiorum Guillelmi Prioris & Monachorum S. Martini de Campis Pariſien. ad quorum Eccleſiam, Prioratus de Conis ſpectare dignoſcitur, dictam compoſitionem laudauimus & approbauimus. Et ne ſuper præmiſſis aliqua inter ſucceſſores ipſorum valeat oriri diſcordia, præſentem Cartam huic veritati teſtimonium perhibentem, ſigilli noſtri authoritate fecimus communiri. Actum anno gratiæ M. CCIV. menſe Martio.

PRIORATVS S. DIONYSII DE CARCERE, IN HAC VRBE PARISIEN. ad pontem virginæum.

PARISIENSIS DIOCESIS.

Vbi debent eſſe Priore computato V. Monachi.

INgenuè fateor huius Prioratûs tantùm Fundatores, at fundationis documenta, vel tempus (quod annos præcedere ſexcentos arbitror) non tenere. Abbatialem verò, priuſquam in ius noſtrum deueniret, fuiſſe Eccleſiam, inque ea Canonicos, quos Regulares dicunt, degiſſe; ſequentes Cartæ docebunt.

Carta Gilberti Pariſienſis Epiſcopi, qua Eccleſiæ S. Dionyſij de Carcere Fundatorum meminit.

PAſtoralis prouidentiæ eſt pio affectu ac ſtudioſa ſolicitudine omnibus inuigilare, maximè autem iuxta Apoſtolum Domeſticos fidei beneficiis & munificentia ampliare, & ampliatos diligenti cura protegere, ac contra malignorum verſutias præmunire. Ego igitur Girbertus, Dei miſericordia Pariſienſis Eccleſiæ humilis Epiſcopus notificare curaui tàm poſteris quàm præſentibus, quod quidam *An. 1122.*

Miles Anſoldus nomine, & vxor eius Retrudis, pro antecesſorum ſuorum, necnon & animarum ſuarum remedio proût accepimus, Eccleſiam B. Dionyſii de Carcere, ſuis opibus fundauerunt, & Clericos qui ibidem Deo militarent deuotè ſtatuerunt, plurimiſque beneficiis in ſuſtentationem & in vſum prædictorum Clericorum eandem Eccleſiam liberaliter dotauerunt. Inter quæ ſupradicta munificentiæ dona idem Anſoldus & vxor eius Retrudis dederunt præfatæ Eccleſiæ B. Dionyſii de Carcere iure perpetuo ad poſſidendum de Epiſcopali feodo, vnum videlicet arpennum terræ cum omnibus eiuſdem arpenni conſuetudinibus apud villam quæ dicitur Mareſcalceis, & totam decimam culturarum duarum villarum, quarum villarum altera Mareſcalceis, altera vocatur Noeteiz, quicumque eas culturas excolat ſiue poſſideat. Et hoc totum prædicta Eccleſia, prout accepimus, plurimis ac penè innumeris annis, quietè ac iuſta tranquillitate vſque hodie poſſedit, & Deo opitulante poſſidet. Nos verò à quibus charitatis flagrantia in alios debet redundare, & ad quos præcipuè pertinet tàm in ſe benè agere, quàm aliorum benefacta & dicta ſuſtentare & affirmare, aſſenſu Domni Henrici Archidiaconi, & totius Capituli noſtri, & præcibus Domni Roberti Decani & Canonicorum præfatæ Eccleſiæ S. Dionyſij, totum quod de Epiſcopali feodo prædictus Anſoldus & vxor eius Retrudis prædictæ Eccleſiæ contulerunt, & ſicut eiuſdem Eccleſiæ Canonici, vt determinatum quietè & tranquillè poſſederunt, confirmamus, & eidem Eccleſiæ S. Dionyſii de Carcere perpetuo iure obtinendum & poſſidendum in gratia & charitate Dei concedimus. Et ne hoc aliquâ poſterorum calumniâ poſſit infirmari, ſigilli noſtri impreſſione, & Canonicorum noſtrorum ſignis decreuimus ſic fulciri.

Signum Girberti Epiſcopi.

S. Berneri Decani.

S. Adæ Præcentoris.

S. Stephani Archidiaconi.

S. Henrici Archidiaconi.

S. Theobaldi Archidiaconi.
S. Landonis Sacerdotis.
S. Theodorici Sacerdotis.
S. Philippi Sacerdotis.
S. Frederici Diaconi.
S. Guilielmi Diaconi.
S. Guinerani Diaconi.
S. Hugonis Sub-diaconi.
S. Petri Sub-diaconi.
S. Alberti Sub-diaconi.
S. Anſelli pueri.
S. Andreæ pueri.
S. Manaſſæ pueri.
Actum publicè Pariſius in Capitulo B. Mariæ. Anno Dominicæ Incarnationis M. CXXII. Concurrentibus VI. Epacta XI. Indictione XV. Epiſcopatu Girberti anno VI. Theobaldus Cancellarius ſubſcripſit.

Canonicis Dionyſianis prædium ſeu ditionem quam Lemouecas (Gallicè Limoges) propè Milidunum, dicimus; olim à Roberto Francorum Rege conceſſam, ſequens Carta teſtatur.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Rotbertus diuina propitiante clementia Rex. Si prçcibus noſtrorum fidelium quando pro ſuis vel Eccleſiarum neceſſitatibus aliquid nobis intimare voluerint, aurem libenter accommodamus, eorumque iuſtas petitiones ad optatum effectum perducimus, non ſolùm regiam conſuetudinem in hoc exercemus, ſed eoſdem noſtros fideles Deo atque nobis promptiores facimus atque deuotiores. Igitur omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, noſtrorumque tam prçſentium quàm & futurorum nouerit induſtria, quoniam adiens ſerenitatis noſtræ prçſentiam quidam fidelium noſtrorum nomine Anſoldus & vxor ſua Reitrudis, aſſenſu Rainoldi Milidunenſis Comitis, & ſanctæ Mariæ ſedis Pariſiacæ Epiſcopi, humiliter deprecatus eſt, quatenus Canonicis S. Dio-

nyſii de Pariſiaco Carcere, peruigili prece inibi Domino famulantibus ex quadam villa quæ vulgò vocatur Lemouecas cum Eccleſia & omnibus appenditiis, terris, cultis, & incultis, omnibus mancipiis, hoc noſtræ authoritatis præceptum fieri iuberemus. Cuius namque congruam conſiderantes petitionem prædictis Canonicis S. Dionyſii prædictum alodum ſub precepti authoritate, cum Eccleſia & omnibus appenditiis concedimus perpetualiter habendum. Si quis autem (quod nefarium eſt dici) plenus demonica poteſtate contra huius precepti authoritatem inſurgere auſus fuerit, ſeueris preſſus iuditiis, ter denas auri libras regali cenſuræ cogatur exoluere. Vt autem huius authoritatis preceptum per futura tempora inuiolabilem obtineat firmitatis vigorem, manu propria ſubterfirmauimus, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri rogauimus. Franco Cancellarius Palatii ſubſcripſit. Actum in Palatio Aurelianis.

Huic Autographo ſimile inerat proximæ Cartæ ſequenti, membraneæ adfixum Sigillum, quod nimia vetuſtate collapſum eſt.

Eiuſdem Anſoldi Donum aliud, apud Furchas (Gall. Fourches) propè Milidunum.

An. 1015. IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Rotbertus diuina propitiante clementia Rex. Si fidelium noſtrorum iuſtas benignè petitiones ſuſcipimus, eaſque ad pium effectum proſperando perducimus, hoc ſine dubio agimus vnde communis vtilitas profectum ſuſcipiat, regiaque celſitudo firma & ſtabilis atque glorioſa omnimodis vbique conſiſtat. Cunctorum igitur ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium tàm præſentium quàm etiam futurorum, noſtrorum quoque induſtria ſucceſſorum nouerit; quoniam adiens noſtræ ſerenitatis genua, quidam noſtrorum militum nomine Anſoldus, & vxor ſua nomine Reitrudis, ſummiſſa prece petiit, quatenus S. Dionyſii è Pariſiaco Carcere Canonicis inibi Deo famulantibus, aſſenſu Rainoldi Milidunenſis pagi Comitis, & Pa-

& Pariſiacæ ſedis Epiſcopi, ſeptem manſos & dimidium, qui ſunt in Comitatu Pariſiaco in villa quæ dicitur Furcas, ſub authoritate præcepti perpetualiter concederemus. Placuit noſtræ excellentiæ his annuere precibus, & ſicut ipſe popoſcit de ſeptem manſis & dimidio, prædictis S. Dionyſii Canonicis Regale præceptum ſtatuimus habendum. Ipſos autem VII. manſos & dimidium cum mancipiis & vniuerſis eorum appenditiis per ſuccedentia tempora Domino adiuuante, ſine aliqua diminutione vel abſtractione teneant, ac abſolutè ſecurè poſſideant, nemine inquietante. Si quis autem (quod minimè venturum eſſe credimus) contra iſtius præcepti authoritatem præſumptiuè tentauerit inſurgere, ipſe & petitio eius adnullata coram regia maieſtate maneat, & coactus iudiciaria poteſtate, auri viginti libras componat, & quod repetit, nullo modo vindicari valeat, ſed pręſens præcepti authoritas firma eternaliter ſubſiſtat. Et vt hæc noſtræ authoritatis conceſſio firma & ſtabilis perpetualiter maneat, manu propria ſubterfirmauimus, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri delegauimus. Franco Cancellarius Palatii ſubſcripſit. Actum Palatio Aurelianis III. ID. Nouemb. anno nono decimo. Regnante Rotberto glorioſiſſimo Rege.

Quandoquidem vetuſtiſſimum huiuſce Regis noſtri ſequens mihi viſum eſt Sigillum, tametſi ex parte diruptum, placuit tamen in Antiquitatis ſtudioſorum gratiam, hic cum Cyrographo ſubiungere.



Antequam verò præfata Dionyſiana Eccleſia in ius noſtrum cederet, Lectori notum eſſe debet, hanc, quæ in Cacumine eſt Montis qui Martyrum dicitur, Eccleſiam, ex cuiuſdam Gualterij dono, Martiniano Cœnobio fuiſſe collatam, eandemque pium poſtea Principem Ludouicum VI. affectaſſe, vt in Puellarum ac Virginum cœtum conuerteret. At vt minimè regium eſt auferre,

ſed conſerre; nolletque nobis quidpiam ex fidelium largitione imminui ſed augeri, in dictæ Montiſ-martyrum Eccleſiæ, & eius quæ ad radicem eſt Capellæ compenſationem, præfatam (quæ tum ad manus regias erat redacta) S. Dionyſij Eccleſiam, nobis munificentiſſimè eſt elargitus. Quæ omnia mox demonſtrabo, poſtquam, vt dixi, probauero

Fuiſſe olim Martinianorum iuris Eccleſiam Montis-martyrum.

VIr quidam egregius & Miles ſtrenuus, Paganus appellatus, à baptiſmate Vvalterius, & vxor eius à baptiſmate Hodierna Comitiſſa nuncupata, imitari volentes præcedentium patrum exempla, de poſſeſſionibus ſuis ſanctæ B. Martini de Campis Eccleſiæ dederunt Eccleſiam quæ ſita eſt in Monte qui nuncupatur Mons-Martyrum, Altare videlicet & Capſum, ſepulturam, & tantum atrii vbi fierent Officinæ fratrum, decimæ tertiam partem & tertiam partem hoſpitum, terræque medietatem carrucæ ad poſſidendum. Hoc verò publicè factum eſt in ſupradicta B. Martini de Campis Baſilica, & ſuper Sacroſanctum Altare donum eſt poſitum à ſupradicto Pagano, & coniuge ſua, videntibus cunctis qui aderant, quorum hæc ſunt nomina. *An. 1096*

Petrus & Vvalo. Milites ipſius Pagani.
Roibertus, filius Stephani.
Heinricus filius eius.
Vvalo frater eius.
Vlrichus Falconarius.
Vvalterius maior.
Vvarinus & Teudo, frater eius.
Helgotus & Herluinus filius eius.
Drogo nepos eius, & Herlebodus, ſerui Eccleſiæ.
Albericus Ortolanus.
Theobaldus faber.
Bernardus Parmentarius.
Arnulfus maior rei illius.

ſacræ. Anno Dominicæ Incarnationis M. XCVI. Indictione IV. Qui hæc ſupradictæ Eccleſiæ abſtulerit, erit Anathema.

Fuiſſe etiam ipſorum Martinianorum iuris, eam quæ ſubtus dictum montem eſt, Capellam, quæ ad ſanctum Martyrium dicitur.

NOtum eſſe volumus contemporaneis & poſteris noſtris. Quoniam parua Eccleſia, quæ in Colle Montis-Martyrum eſt, & à vulgo appellatur Sanctum Martyrium, erat olim laïcorum hominum, qui pro abſolutione peccatorum ſuorum, & ſalute animarum ſuarum conſequenda, eam dederunt Deo & Sancto Martino de Campis, & Domno Vrſoni Priori & Senioribus eiuſdem loci. Domnus autem Vrſo aſſenſu Seniorum & rogatu Laïcorum conceſſit oblationem totam quę afferretur in eam, Bernardo Laico in vita ſua ad cenſum x. ſolidorum, quos perſoluet ad feſtum ſancti Ioannis Baptiſtæ ſingulis annis, eo tenore vt in die mortis ipſius Bernardi, præfata oblatio S. Martino remaneat, & quicquid facultatis eo die Bernardus habuerit, S. Martino relinquat pro anima ſua. Et dum vixerit, Miſſam celebrari faciet in ipſa Eccleſia bis vel ter in Ebdomada.

Hic verò commodum & opportunum fortaſsis erit ſi quod XIII. *Iulÿ anni* M. VI^c XI. *eo loci maximo omnium ſtupore & admiratione contigit, paucis recitauero. Quæ tunc ſacro eidem Montis-Martyrum virginum præerat Antiſtita Cænobio, poſtquam labaſcens, & veluti ad occaſum vergens inibi Monaſticum inſtitutum, priſtino priſcoque ſplendori & claritati ſuapte & innata virtute reddidiſſet (audi lector æui noſtri alterum Maronem.* Maria de Beauuillier.

Conſpicitur ſacri ſurgente in acumine montis
Delubrum vetus (& ſenium ſaxa ipſa loquuntur)
Sponte vbi Veſtales, ſubeunt quàm munda puellæ Bother. in Lutetia folio 136.
Clauſtra, vbi collapſum Benedicti Antiſtita honorem
Reſtituit, labemque omnem deterſit, abactis

His, quæ calcato fœdarent clauſtra pudore,
Clara Herois auis, ſed cælibe clarior illa
Vita, & virginei ſacro moderamine cœtus.

Illud, inquam, ad primæuum ſtatum ordinemque reuocaſſet; E ſuo Superiore Cœnobio ad præfatam Capellam, quæ in decliuo vt diximus, eiuſdem montis eſt, ducto vtrinque muro, ſibi totique deuotæ familiæ viam tranquillam & opertam concinnandam & ædificandam ſtatuit, ac ipſi Capellæ ob anguſtiam, multitudinis minimè capaci, accretionem faciendam. At operarij artificeſque vix inceperant: cùm inter fodendum excauandumque, nouæ, imò veterrimæ Cryptæ à tergo Altaris dictæ Capellæ, ex ſuffoſione terræque amotione, fit apertura; ad quam vbi rumor increbuit, vrbs tota ſpectandam concurrit. Vnde in primis hoc ſui muneris eſſe credidit ab Antiſtitoribus de re tota renuntiationem ſeu (vt loquuntur) proceſſum verbalem debere fieri, nobis commonſtrandum, vt ſi quid (ob veterem per nos dicti Montis poſſeſſionem) recens inuentum referens, in Archiuis noſtris latitaret, lubenter impartiremur. At nos, habere nihil, neque Cartophilacio noſtro quidpiam eiuſmodi comprehendi vel inueniri, reſpondimus. Intereà loci inuiſendi non minimum me deſiderium & appetitio capit (cepit autem hominum pluſquam ſexaginta millia) Cryptam ſubeo, & per quinquaginta gradus, tæda prælucente, in imum me confero, Obſtupeo prima fronte, ſed reſumpto ſpiritu, hanc ſtudioſis oculis quaquauerſum conuiſo & colluſtro. Dicam quod videtur? Non Cellam Vinariam, non Lapidicinam (tota nimirum ex gypſo eſt, indeque nihil præter gypſum eruitur) ſed priſcorum Chriſtianorum latibulum quoddam arbitror, in quod (per ſuos ſatellites furente Sathana vt ritus ſacros Myſticaque ſua ſecretius peragerent; ſeſe recipiebant. Quinetiam eos qui pro fide Chriſti & Religione Catholica prædicanda, propaganda, tutanda, mortem fortiter & interritè obiiſſent, illic à Libitinariis, Pollinctoribus Sandapilariis, & Veſpillonibus condi & ſepeliri ſolitos, ſed poſtea vbi ſudum illuxit, id eſt Chriſtianæ Religioni ſtatus quietior adfulſit, & à diris perſecutionibus ceſſatum eſt, illorum cineres & oſſa elata atque translata, & poſtmodum Eccleſiæ Dei conſpicua reddita, au-

tumo, Ad quod vt credulum me faciliùs præbeam, mouent, incitant, impellunt, vrgent quamplurima. Loci compoſitio, ad cuius partem dexteram, quæ Solem Orientem conſpicit, Ara quædam ſeu Altare, è lapide admodum rudi nec ferro, aut altero inſtrumento dolato vel polito (inſtar fortaßis eius quod ſibi Dominus in veteri lege exſtrui volebat, Ædificabis, *inquit,* Altare Domino Deuter. 27. 6. Deo tuo de lapidibus quos ferrum non tetigit & de ſaxis informibus & impolitis, &c.) *in cuius ſuperficie, vti etiam ad parietes qui ad Exortiuum, (nam ad Occidentem nullæ ſunt) plures ſtilo acuminato cruces celatæ viſuntur. Aiebant etiam qui primi Antrum ſubierant, hæc ad parietes diuerſis locis legiſſe.* CLEMIN. DIO. MAR. *At multitudinis eò confluentis imprudentiâ, vel potius Nebulonis & Nouatoris cuiuſdam (nam eius generis dicebant vnum ibi comprehenſum, qui lapidem ſeu Altare præfatum ſubuertere & loco dimouere tentabat) accuratâ malitiâ eraſa & expuncta fuiſſe. Sed non ita à meo ſenſu & opinione R. P. Stephanus Binetus è Societate Ieſu Theologus dimouetur & recedit, dum vitam tanti Martyris Dionyſii vulgari idiomate deſcribens. Pagina 293. ſic infit.*

L'an 1611. le 13. iour de Iuillet, on fit ouuerture d'vne eſpece de Cauerne qui c'eſtoit trouuée dans le Roc en foüillant pour faire les fondements. On trouua par cy par là des Croix & des lettres ſi vſées & ſi vieilles qu'on ne les peuſt lire; vne forme d'Autel : des demi mots Mar. Clemin. Dio. & autres demy-rongez, & qu'on ne ſçauoit deuiner: On cognoiſt aſſez que c'eſtoit vn Cachot pour les premiers Chreſtiens qui n'oſoient s'aſſembler que ſoubs terre, & là enſeueliſſoient leurs Martyrs à la façon de Rome, dans les Caues qu'ils nommoient des Cryptes, Catacombes, & Cauernes cachées : mais tout cela eſtoit remply de ſang des Martyrs, de larmes des Saincts Confeſſeurs, & ce ſont là les premiers fondements de l'Egliſe de France qui eſt la tres-Chreſtienne; & la tres aymée de Dieu.

Sed nihil equè poſt Altare prædictum, me ad credendum impellit & ſuadet, (fuiſſe videlicet olim condendorum, inde poſtea elatorum, Martyrum corporum & Reliquiarum nobile & ſa-

crum Monumentum) quàm genuinus & maxillaris humani corporis dens craſſitudinis ſtupendæ, ibi à me repertus, cuiuſquidem magnitudo vanam meam eſſe fidem, fortaſſis non patitur, quandoquidem ante annos quingentos, multò quam noſtra fert ætas, maiora & ampliora conſtitere humana corpora. Hunc verò Martyris ſit, necne, ea ſaltem ratione, quòd corporis humani pars ſit, noſtris duplò maior, à me ſeruari, non impium pronuntiatum iri exiſtimo. Sed vt dictis fulcrum addam, neque falſa pro veris ingerere arguar, Actum ſeu Inſtrumentum publicum hîc placet adijcere.

L'an mil ſix cens onze, le 13. iour de Iuillet apres midy, pardeuant nous Pierre Poget, Secretaire de la Chambre du Roy, Preuoſt de Mont-Martre, pour mes Dames les Religieuſes Abbeſſe & Conuent dudit Mont-martre Dames dudit lieu, eſtans audit Mont-Martre, y ſeroit comparu Maiſtre François du Bray, Receueur & Procureur deſdites Dames, lequel nous auroit remonſtré, que leſdites Dames voulans faire aggrandir & accroiſtre leur Chappelle du Martyre de Monſieur S. Denys & ſes Compagnons, vulgairement ditte la Chappelle des SS. Martyrs, laquelle eſt ſcituée au bas de la cloſture deſdites Religieuſes du coſté de Paris, les Maçons trauaillans aux fondemens des murs neceſſaires pour faire ledit accroiſſement, auroient trouué au delà du bout & chef de ladite Chappelle, qui regarde du coſté de Leuant, vne voulte ſoubs laquelle il y a des degrez pour deſcendre ſoubs terre en vne Caue; auquel lieu il nous a ſupplié nous vouloir tranſporter, & y deſcendre, pour veoir & viſiter que c'eſt. Au moyen dequoy ce requerant ledit du Bray, accompagnez de luy & de Maiſtres Iean Teſniere, Iullien Gueret, & Iacques Cheuallier, Preſtres & Chappellains deſdites Dames, tant en leur Abbaye, qu'en leurdite Chappelle des Martyrs; & de Maiſtre Iean Gobelin Maiſtre Maçon demourant à Paris, ruë & Paroiſſe S. Paul, & d'Adam Boiſſart, Peintre & Sculpteur demeurant à Paris ruë pauée Paroiſſe S. Sauueur, à l'image S. Nicolas.

Inclinans

Inclinans à la requeſte dudit du Bray, nous ſerions tranſportez au chef & pointe orientalle de ladite Chappelle par le dehors d'icelle, auquel lieu aurions trouué pluſieurs maçons & manœuures qui trauailloient ſoubs ledit Gobelin, à faire les fondements de l'aggrandiſſement de ladite Chapelle. En preſence deſquels ledit Gobelin nous a monſtré vn trou & pertuis qui auroit eſté fait par leſdits manœuures à la voulte d'vne certaine montée en creuſant leſdits fondements: en laquelle voulte, ce requerant ledit du Bray, nous ſerions deſcendus par ledit trou, auec vne eſchelle dans ladite montée, accompagnez de luy & de noſtre Greffier, & deſdits Teſniere, Gueret, Cheuallier, Gobelin & Boiſſart, auec deux chandelles allumées, & aurions trouué que c'eſtoit vne deſcente droicte, laquelle a cinq pieds & vn quart de largeur, par laquelle ſerions deſcendus trente-ſept degrez, faits de vieille maçonnerie de plaſtre, gaſtez & eſcornez, le deſſus de laquelle deſcente eſt voulté, & au bas d'icelle deſcente, aurions trouué vne Caue ou Cauerne, prinſe dans vn Roc de plaſtre, tant par le haut que par les coſtez & circuit d'icelle, laquelle aurions fait meſurer par ledit Gobelin, lequel auroit trouué qu'elle a de longueur depuis l'entrée iuſques au bout, qui eſt tirant vers la cloſture deſdites Religieuſes, trente deux pieds, l'entrée de laquelle a huict pieds de largeur, & en vn endroit diſtant de ladite deſcente de neuf pieds, elle a de largeur ſeize pieds, & le ſurplus d'icelle va en eſtreciſſant: en ſorte qu'au bout vers la cloſture deſdites Religieuſes, elle n'a que ſept pieds de largeur. Dans laquelle Caue du coſté de l'Orient il y a vne pierre de plaſtre bicornuë, qui a quatre pieds de long, & deux pieds & demy de large, prinſe par ſon millieu, ayant ſix poulces d'eſpoiſſeur; au deſſus de laquelle au millieu, il y a vne Croix grauée auec vn ciſeau, laquelle Croix a ſix poulces en quarré de longueur, & demy poulce de largeur, laquelle pierre eſt eſleuée ſur deux pierres de chacun coſté de moiſlon de pierre dure, de trois pieds de haut, appuyée contre la Roche de plaſtre, en forme de Table ou Autel, &

Tt

eſt diſtante de ladite montée de cinq pieds. Vers le bout de laquelle Caue à la main droicte de l'entrée, y a dans ladite Roche de Pierre vne Croix imprimée auec quelque poinçon ou couſteau, ou autre ferrement, ces lettres M A R. en ſuitte deſquelles il y a quelque apparence de quelques autres lettres que l'on ne peut diſcerner. Et au meſme coſté vn peu diſtant de la ſuſdite Croix au bout de ladite caue eſt encores imprimée vne autre Croix dans ladite Roche de plaſtre, & à la main gauche de ladite Caue en entrant à la diſtance de XXIV. pieds dés l'entrée, c'eſt trouué ce mot eſcript de pierre noire ſur le Roch CLEMIN. Et au coſté dudit mot Clemin, y auroit quelque forme de lettres imprimées dans la pierre, auec la pointe d'vn couſteau ou autre ferrement, où il y a DIO. auec autres lettres ſuiuantes, qui ne ſe peuuent diſtinguer. La hauteur de laquelle Caue en ſon entrée eſt de ſix pieds iuſques à neuf pieds, en tirant de ladite entrée vers le bout de ladite Caue, & le ſurplus iuſques au bout, eſt remply de terre & grauois, où il y a pluſieurs pierres & thuiaulx fort frayez & affermis par deſſus, ainſi qu'vne terraſſe. De maniere que au dela deſdits neuf pieds, il n'y a de diſtance en la hauteur depuis leſdites pierres & grauois iuſques au haut, que trois pieds en aucuns endroicts, & quatre en autres, de ſorte que l'on ne peut s'y tenir debout. Ce fait nous ſerions ſortis de ladite Caue, & remonté par leſdits degrez accompagnez des deſſus nommez, leſquels en foy de ce, ont auec nous ſigné noſtre preſent procez verbal, les iour & an que deſſus.

Quod verò hîc XXXVII. *tantùm gradus memorentur, cum reuera* L. *ſint, ex ruderum illos tum operientium maſſa & aceruo poſtmodum ablato, ſcriptum ſic fuiſſe credendum eſt. Hanc autem Cryptam cum ipſis ſacris, viciniſque Montis-Martyrum ædibus hîc oculis ſubijci & exprimi curauimus.*



Sed iam ad illam, qua de loquuti ſumus, cum Rege permutationem, indeque ſequutas & expeditas litteras, veniamus.

Carta Theobaldi Prioris S. Martini de Campis.

An. 1133. IN Chriſti nomine. Ego Theobaldus Prior B. Martini de Campis, totuſque Eccleſiæ Conuentus, notum fieri volumus tàm præſentibus quàm futuris, quatenus Eccleſiam Montis-Martyrum cum ſuis appenditiis Ludouico Dei gratia Francorum Regi, & Adelaidi eadem gratia Reginæ, & Ludouico eorum filio iam in Regem ſublimato anno tertio, ad hoc ſcilicet donauimus & conceſſimus vt eam Sanctimonialibus ibidem Deo famulantibus donarent & perpetuò concederent. Donauimus etiam eis ad hoc idem. Capellam de ſancto Martyrio, & culturam Morelli, & domum Guerrici Cambiatoris, ſicuti eam habebamus & tenebamus. Rex autem Ludouicus Eccleſiæ B. Martini de Campis & nobis, Eccleſiam B. Dionyſii donauit, & habendam perpetuò conceſſit. Quod vt ratum & firmum permaneat in ſempiternum, ſcripto commendauimus, & ne poſſit à poſteris infirmari, ſigilli noſtri authoritate ſubterfirmauimus. Actum publicè in Capitulo B. Martini. Anno Incarnati Verbi M. CXXXIII. Regnante Ludouico anno XXVII.
Signum Theobaldi Prioris.
S. Odonis Subprioris.
S. Giſlemeri tertii Prioris. Monachi.
S. Petri à ſecretis.
S. Manaſſerii à Secretis.

Petri Mauritij, dicti Venerabilis, Abbatis Clun. Carta.

An. 1133. IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Diligens præcedentium patrum prouidentia, & ſtudioſa nihilominus ſagacis prouidentiæ eorum ſolertia, alumna pacis, amica concordiæ, præſentium futurorumque conſulens vtilitati hoc inſtituit, hoc præuidit, hoc inſpirante Deo decreuit, vt quoties aliquid præcipuum agitur, vel Deo ſeruientibus memoria dignum confertur beneficium, litterarum teſti-

monio, & ſcriptorum priuilegio roboretur, quo memoriæ tenaciùs commendetur. Cuius conſtitutionis doctrinam diuinitùs editam, ego frater Petrus Abbas Cluniacenſis ſubſequens, actionem illam ſalutiferam, inter piiſſimum Regem Francorum Ludouicum & vxorem eius Adelaidam Reginam, eorumque filios ac Priorem S. Martini de Campis Domnum Theobaldum & Conuentum ſolenniter peractam, de Eccleſia videlicet Montis-Martyrum & de Eccleſia S. Dionyſij de Carcere, approbo & concedo, vtque noſtris temporibus & futuris firmior habeatur, inuiolabiliter teneatur, rata conſeruetur & indiſſolubilis, ſcripto præſenti confirmo. Sunt autem hæc quæ Ego & Conuentus conceſſimus, Eccleſia videlicet libera, eo duntaxat modo quo Monachi noſtri tenuerant, & decima ad eandem Eccleſiam pertinens, cum vineis & terra arabili cum vno hoſpite apud Darentiacum, cæteriſque appenditiis quæ ibidem Deo ſeruientes poſſederant. Addidimus prætereа Eccleſiam de Sancto Martyrio, cum vineis Adam, & Morelli culturam, Culturam etiam quam Domnus Mathæus Prior comparauit à Vvarnerio de Portu. Actum Pariſius apud S. Martinum de Campis, anno ab Incarnatione Domini M. CXXXIII. Indictione XIV. Reſidente in Apoſtolica ſede Papa Innocentio, Ludouico Rege Francorum, & Domni Petri Cluniacenſis Abbatis anno XII.

Carta Stephani Epiſcopi Pariſienſis. De dono dictæ Eccleſiæ, cum Præbenda in Eccleſia Pariſienſi.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Stephanus Dei gratia Pariſiorum Epiſcopus licet indignus, non ignorans quid ſolicitudinis, quid amoris, Chriſti & Eccleſiæ filiis debeam, & cum multo timore perpendens quid oneris pro regendis fidelibus populis ſuſtineam, quanto ad hæc auxilio, quantáue pro diſtribuendis mihi eorum oblationibus ſolertia indigeam, faciendum pro neceſſitate cognoui ad ſupportandum tantæ impoſitionis ſarcinam, ſeruorum *An.* 1133.

Dei auxilia quærere, eoſque vt nobiſcum ob cuſtodiam gregis Dei vigilent & orent, ſtipendiorum noſtrorum participes efficere. Cum autem omnibus (ſi fieri poſſet) munificum & vtilem Epiſcopalis me dignitas eſſe depoſcat, religioſis maximè vitis munificentiæ & vtilitatis meæ liberalitatem aliquam impendere ſtudui. Quapropter Eccleſiæ B. Martini de Campis & fratribus inibi Deo ſeruientibus Eccleſiam Sancti Dionyſii quæ dicitur de Carcere, quam diu manus laica iniuſtè inuaſerat, quæ etiam tempore noſtro ad manus Regias redacta fuerat, ipſam in manibus noſtris redditam, ex conſenſu, petitione, & voluntate ipſius Domini Regis Ludouici, annuente Adelaide Regina, filiis etiam eius Ludouico Rege, & Henrico eiuſdem Eccleſiæ Abbate, concedentibus; ſaluo in omnibus iure Pariſienſis Eccleſiæ, in perpetuum donauimus, cum omnibus ad eandem Eccleſiam pertinentibus ſcilicet Molendino vno in Mibray, furno etiam vno, eidem Eccleſiæ proximo. Villa de Fontanis, cum Eccleſia & decima, nemore & portu, villa etiam de Limogiis, cum Eccleſia & decima, Villa de Furcis, cum Eccleſia & decima, terra & pratis, in loco qui dicitur Rouundel, cum Præbenda etiam B. Mariæ, maioris & ſedalis Eccleſiæ, & cum vniuerſis cæteris appenditiis, eo duntaxat modo, quo præfatæ Eccleſiæ Clerici eatenus tenuerant. Nos autem tranquillitati fratrum ibidem Deo famulantium prouidentes ex conſenſu Bernerii Decani & Adæ Præcentoris totiuſque Capituli, ſolas proceſſiones (exceptam Cruce & Capellano & Textu, & aqua benedicta) eis condonauimus, cæteraque omnia ad ius Pariſienſis Eccleſiæ pertinentia, nobis & Eccleſiæ noſtræ retinuimus. Verùm vt hoc ratum & firmum permaneat in ſempiternum præſentem Cartam noſtri authoritate ſigilli firmauimus, quæ donum noſtrum diligenter exponat, & munimentum ſtabilitatis perpetuò exiſtat. Actum Pariſius in Capitulo, anno Incarnationis Domini M. CXXXIII. Regnante Ludouico anno XXV. Epiſcopatûs autem noſtri IX. Signa quoque fratrum noſtrorum ſubtitulari decreuimus, vt

teſtimonio veritatis, quod factum eſt corroboraretur.
Signum Bernerii Decani.
S. Adæ Præcentoris.
S. Stephani Archidiaconi.
S. Theobaldi Archidiaconi.
S. Theobaldi Archidiaconi.
S. Giſleberti Sacerdotis.
S. Theoderici Sacerdotis.
S. Vvilelmi Diaconi.
S. Yuonis Diaconi.
S. Guineranni Diaconi.
S. Anſelmi Sub-diaconi.
S. Petri Subdiaconi.
S. Alberti Subdiaconi.
S. Henrici pueri.
S. Manaſſes pueri.
S. Henrici pueri.

Carta Ludouici VI. Francorum Regis. De dotatione Eccleſiæ Montis-Martyrum, in cuius commutationem dedit Martinianis Eccleſiam S. Dionyſij de Carcere.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Amen. *An.* 1134.
Ego Ludouicus Dei miſericordia in Regem Francorum ſublimatus, Notum fieri volumus cunctis fidelibus tàm futuris quàm præſentibus, quod pro remedio animæ meæ & prædeceſſorum meorum, & prææe & conſilio Chariſſimæ vxoris meæ, Adelaidis. Eccleſiam & Abbatiam in monte qui Mons-Martyrum appellatur, authore Deo conſtruximus, cui videlicet Eccleſiæ & Sanctimonialibus ibidem Domino famulantibus, hæc quæ ſubſcripta ſunt in perpetuum habenda & poſſidenda de rebus & poſſeſſionibus noſtris, annuente Ludouico filio noſtro, iam in Regem ſublimato, donamus & concedimus villam ante S. Clodoaldum ſitam, quæ vocatur Manſionuillum cum omnibus appenditiis ſuis, vineis, pratis, & nemore, ad ſuos & hominum ſuorum vſus.

Molendinum apud Clipiacum cum concluſione aquæ & molitura totius villæ. In Ciuitate Pariſius furnum, quem ibi proprium habebamus, cum omnibus conſuetudinibus. In ſilua quoque noſtra quæ Vulcenia vocatur quotidie vehiculaturam vnam mortuorum lignorum eis conceſſimus. Domum præterea Guerrici, & ſtationes & feneſtras ibi conſtructas, & eiuſdem terræ Vicariam, prædictis Sanctimonialibus liberam prorſus ab omni conſuetudine & quietam, perpetuò habendam dedimus. Omnibus ſiquidem innoteſcere volumus, quod Guillelmo Syluanectenſi (cuius erat illius terræ Vicaria) pro eadem vicaria, ſtatum vnum inter veteres ſtatus carnificum, & feneſtras duas ex alia parte viæ Pariſius, in commutationem dedimus. Eiſdem inſuper Sanctimonialibus dedimus hoſpites quatuor in foro noſtro Pariſius prorſus liberos ab omni exactione & quietos, & terram quam emi à Theoberto filio Gemardi, quæ vocatur Puncta, liberam & quietam, & piſcaturam quam Pariſius in Sequana habebamus, & terram in inſula de Bercilliis ab omni conſuetudine liberam. Apud Chellam arpenta pratorum decem. In pago Syluanectenſi apud Brayum, Domum vnam & vineas quas ibi habebamus, & terram vni carrucæ ſufficientem, ab omni exactione & conſuetudine liberam, ita quod de carruca illa, aut de aliis, ſi plures Deo donante carrucas ibi habuerint, nullam campipartem, nullam conſuetudinem vnquam tribuant. Dedimus etiam illis in pago Stampenſi villam quæ Tolfolium dicitur cum omnibus appenditiis. In pago Milidunenſi, nemus & nauem ad ligna per Sequanam adducenda ab omni exactione & conſuetudine prorſus liberam & quietam. Hoſpitem quoque vnum ab omni exactione, equitatu & tallia liberum, vt annonam earum à Miliduno vſque Pariſius per Sequanam adducat; eo ſcilicet pacto, vt ſi eis benè non ſeruierit, mortuuſve fuerit, alius ad hoc opus idoneus eis reſtituatur. In pago Gaſtinenſi, Manſinuillos tres, cum terra & molendino & cæteris eorum appenditiis. Quicquid etiam adipiſci de feodo noſtro poterunt, liberè in perpetuum concedimus. Et Stampis furnum

num vnum, quem ibi proprium habebamus, cum omnibus conſuetudinibus. Apud Pratellum-holdeum, villam quam ibi ædificauimus, prorſus liberam cùm omnibus appenditiis.

Sub ſilentio autem præterire non volumus, quod pro domo Guerrici, quam Monachi B. Martini de Campis in manu ſua habebant, & pro Eccleſia Montis-Martyrum quam ipſi poſſidebant, nos eiſdem Monachis Eccleſiam B. Dionyſii de Carcere (quam in manu noſtra propria habebamus) cum omnibus eius appenditiis, in commutationem donauimus. Quod ne valeat obliuione deleri, ſcripto commendauimus, & ne poſſit à poſteris infirmari, ſigilli noſtri authoritate & nominis noſtri Caractere ſubterfirmauimus. Actum Pariſius in Palatio noſtro publicè. Anno Incarnati Verbi M. CXXXIV. Regni noſtri XXVII. concedente Ludouico filio noſtro, iam in Regem ſublimato anno III. adſtantibus in Palatio noſtro quorum nomina ſubtitulata ſunt & ſigna.

Signum Radulfi, Viromandorum Comitis, & Dapiferi noſtri.
Et Guillelmi Buticularii.
Et Hugonis Conſtabularii.
Et Hugonis Camerarii.
Data per manum Stephani Cancellarii.

E Vetere noſtro Martyrologio M. S.

Calend. Auguſti depoſitio Domni Ludouici Regis Francorum qui dedit nobis S. Dionyſium de Carcere. Huius Anniuerſarium fit de reditu domorum.

A Dicto Prioratu hæc dependent, de quibus tamen Reuerendus noſter Martinianus Prior diſponit.

Cura, ſiue Vicaria perpetua SS. Egidii & Lupi.

Tranſlata in proximum Sacellum S. Simphoriani, vt inferius demonſtrabitur.

Præbenda in Æde primaria Pariſienſi.

V u

E Vetere noſtro Martyrologio M.S.

SCiendum eſt quod Eccleſia B. Dionyſii de Carcere habet vnam Præbendam in Eccleſia B. Mariæ Pariſienſis, de veteribus Præbendis & vnum Vicarium in dicta Eccleſia ad Dei ſeruitium deputatum, de dono & conceſſione bonæ memoriæ Stephani Pariſien. Epiſcopi. Bernerii Decani, Adæ Præcentoris, totiuſque Capituli prædictæ Eccleſiæ B. Mariæ. Pro qua Præbenda Prior Eccleſiæ B. Dionyſii prædicti, & Vicarius ipſius Eccleſiæ debent percipere diſtributionem panis & vini. Statutum fuit & ordinatum anno Domini M. CCXLII. menſe Iulij, aſſenſu & voluntate Decani totiuſque Capituli Eccleſiæ B. Mariæ prædictæ, & etiam aſſenſu & voluntate Prioris & Conuentus S. Martini de Campis Pariſien. quod prædicti Prior & Vicarius perciperent communiter per annum, videlicet Prior vna hebdomada, & Vicarius vna hebdomada integraliter diſtributionem panis & vini prædictam.

Fuiſſe ibidem olim Sacriſtam, ſeu Officium Clauſtrale Sacriſtiæ, ſed poſtmodum ſuppreſſum, ſequentes Cartæ teſtantur.

Ioannis Prioris S. Martini Carta.

An. 1362. VNiuerſis præſentes litteras inſpecturis. Ioannes humilis Prior S. Martini de Campis, Pariſien. Ordinis Cluniacenſis totuſque eiuſdem loci Conuentus, ſalutem in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Querelam chariſſimi fratris noſtri Prioris Domus noſtræ S. Dionyſij de Carcere recepimus, continentem quod bona & redditus ſui Prioratus, ſunt propter guerras quæ per magnum tempus viguerunt in Regno Franciæ, & adhuc (quod eſt dolendum) vigere non ceſſant, adeò diminuta, quod ex ipſis ipſe & ſui ſocii viuere, & ſua onera ſupportare non poſſit, niſi per nos ſibi prouideretur, nobis humiliter ſupplicando, vt ſibi de reme-

dio prouideremus gratioſo. Nos piis eius ſupplicationibus inclinati, volentes nihilominus ſuper hoc maturè procedere, fecimus diligenter de valore & ſtatu dicti Prioratus & oneribus ſibi incumbentibus inquiri. Et quia nobis conſtitit aliàs per relationem illorum quibus hæc commiſimus, quibus plenam fidem adhibuimus, & adhuc tenore præſentium adhibemus, quod dictus Prioratus ſolum habet ſex viginti libras in omni ſua recepta, computatis & incluſis locagiis & cenſiuis ſuarum domorum Pariſius exiſtentium; quæ domus in ſuo valore plus poſſunt diminui quàm creſcere, habeatque quatuor Monachos Presbyteros pro ſeruitio diuino faciendô, vnum famulum cum pediſequa, vel ſaltem duos famulos ad minùs, ac magnam quantitatem domorum valdè ruinoſarum & vinearum ſuſtinere, Procuratorique & conſilio ſuo pro Iuriſdictione dicti Prioratus ſuſtinenda, prouidere: & in duobus Generalibus nobis, Conuentui, & familiæ noſtræ annis ſingulis, in ſumma ſeu valore ſexdecim librarum Pariſien. ſatisfacere, ſitque in octo lib. Pariſien. pro decima dicti Prioratus oneratus. Et quod recepta & oneribus præmiſſis conſideratis, non poteſt bono modo viuere, & onera ſibi incumbentia ſuſtinere. Propter quæ eidem Priori & Prioratui totis paternis viſceribus compatientes & condolentes, & prouidere volentes, & maximè ne Diuinum ſeruitium ibidem noſtris temporibus obmittatur ſeu diminuatur, ſed vt ipſum & Religio ibidem vt hactenus magis vigeat & obſeruetur; proût eſt neceſſarium propter multitudinem populi illic affluentis; cùm ipſe Prioratus ſit in medio ciuitatis Pariſienſis ſituatus. Attendentes etiam & conſiderantes eidem Priori fore neceſſarium & ſatis vtile, & ſufficere de præſenti pro prædictis ſuis oneribus ſupportandis habere & ſibi applicari emolumenta & obuentiones quæ percipere conſueuerunt Sacriſtæ dicti Prioratus, hoc nomen & Officium intitulatum indebitè ſibi vſurpantes, cùm in veritate numquam ibidem fuerit tale Officium intitulatum, nec per nos ſtatutum ſeu ordinatum, ſed ſolùm toleratum temporaliter de munificentia & permiſ-

ſione Prioris dicti loci, ſub certis oneribus & ſeruitiis, quibus tamquam ingrati abuſi ſunt proût aliàs pleniùs declarauimus, informatione & inqueſta ſuper hæc factis, & adhuc tenore præſentium declaramus. Hinc eſt quod nos habito ſuper hæc diligenti tractatu & conſilio, nolentes quod de cætero tale Officium ſit ibidem, habeaturque ſeu nominetur, ſed potiùs volentes ipſum penitùs tollere de facto, ſicut de facto proceſſit, & ex cauſa, bona, iura, obuentiones & emolumenta quæcumque quæ Sacriſtæ dicti loci percipere conſueuerunt, dicto Priori & Prioratui de Carcere, ad quem alias de iure pertinere dignoſcuntur, reddimus & reſtituimus per præſentes, & de gratia ſpeciali ſi neceſſarium ſit, attentis præmiſſis neceſſitatibus dicti Prioratus & ſuis oneribus, tenore præſentium vnimus & aſſignamus. In cuius rei teſtimonium, & ad maiorem firmitatem, ſigilla noſtra præſentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini M. CCCLXII. vltima die menſis Martii.

In eandem Vnionem. Iacobi Abbatis Cluniacenſis Carta.

An. 1378. VNiuerſis præſentes litteras inſpecturis. Frater Iacobus miſeratione diuina Cluniacenſis Eccleſiæ Miniſter humilis ſalutem in Domino Ieſu Chriſto, Cum bonæ memoriæ Domnus Ioannes de Pinu prædeceſſor noſter immediatus, olim Prior S. Martini de Campis Pariſienſis & Conuentus dicti loci S. Martini ſolenni informatione & matura deliberatione præhabitis, ac certis & iuſtis rationibus & cauſis ipſos ad hoc mouentibus declarauerint & ordinauerint. Officium Sacriſtiæ non fuiſſe in Prioratu S. Dionyſii de Carcere ab antiquo, nec eſſe in futurum, ſed potius dictam Sacriſtiam & emolumenta ipſius, Priori dicti loci & eius ſucceſſoribus ſpectare & pertinere perpetuis temporibus proût hæc omnia in litteris ſigillis eorum ſigillatis, quibus hæ noſtræ litteræ ſunt annexæ, pleniùs continetur. Nos de prædictis pleniſſimè informati, eorum declarationem & ordinationem laudamus, approbamus, & ratificamus, & de

nouo confirmamus, ac declaramus ipſam Sacriſtiam & emolumenta ipſius pertinuiſſe & pertinere debere ad dictum Prioratum de Carcere, & ad Priores qui fuerunt, vel fuerint pro tempore. Nonobſtante quod aliquotiens per vſurpationem vel alias ibi fuerit Sacriſta. Inhibentes Priori moderno & ſuis ſucceſſoribus, & quibuſcunque noſtris ſubditis, ne de cætero dictam Sacriſtiam conferant ſeu tradant in beneficium, nec de ea ſeu eius emolumentis aliter diſponant, niſi & proût de aliis iuribus incorporatis dicto Prioratui eis licitum eſt de iure & obſeruantia Religionis. In cuius rei teſtimonium præſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum. Datum Pariſius in Palatio noſtro Thermarum die XXIV. menſis Aprilis Anno Domini M. CCCLXXVIII. more gallicano computando. Signatum. Io. Vvirieti.

Pro eiuſdem Sacriſtiæ vnione Clementis Papæ VII. qui Auinioni ſedit, Bulla.

CLemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. His quæ pro vtilitate Prioratuum quorumlibet & perſonarum illos obtinentium, quo tempore prouidè facta ſunt, vt illibata conſiſtant, libenter adiicimus apoſtolici muniminis firmitatem. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Ioannis de Roffeyo Prioris Prioratûs S. Dionyſii de Carcere Pariſienſi, Cluniacenſis ordinis petitio continebat. Quod cùm olim quondam Ioanni Priori, & dilectis filiis Conuentui Prioratus S. Martini de Campis Pariſien. dicti ordinis conſtitiſſet, quod Prioratus ipſe S. Dionyſii ſex viginti libras in redditibus duntaxat, ac quatuor Monachos, vnum famulum cum pediſequa, vel ſaltem duos famulos, ac magnam quantitatem domorum valdè ruinoſarum ac vinearum ſuſtinere, Procuratorique & conſilio ſuo pro iuriſdictione dicti Prioratus ſuſtinenda prouidere, & annis ſingulis præfatis Conuentui de XVI. libris Pariſien. ſatisfacere habebat, ac in VIII. libris Pariſien. pro decima dicti Prioratus S. Dionyſii oneratus exi- *An.* 1388.

ſtebat, quodque præmiſſis conſideratis Prior eiuſdem Prioratus bono modo viuere, & onera huiuſmodi ſuſtinere non poterat. Præfati Ioannes Prior, & Conuentus emolumenta & obuentiones quæ nonnulli Monachi dicti Prioratus pro tempore aſſerentes ſe fore Sacriſtas ipſius, & ad Officium Sacriſtiæ huiuſmodi pertinere, percipere conſueuerant, eiſdem Priori & Prioratui S. Dionyſii reddiderunt, reſtituerunt, vniuerunt, & etiam aſſignauerunt; & nihilominus declarauerunt numquam Officium Sacriſtiæ fuiſſe in eodem Prioratu intitulatum ſeu per eos ſtatutum, vel etiam ordinatum. Quodque poſtmodum quondam Iacobus Abbas Monaſterii Cluniacen. Matiſconenſis Diœceſis declarationem huiuſmodi laudauit, approbauit, ratificauit, & de nouo confirmauit, ac declarauit emolumenta prædicta, ad dictum Prioratum S. Dionyſii & ad Priores ipſius qui fuerunt vel forent pro tempore, pertinuiſſe, & pertinere debere, proût in diuerſis inde confectis litteris ipſius Iacobi Abbatis, Ioannis Prioris & Conuentus prædictorum ſigillis munitis, pleniùs continetur. Quodque S. Dionyſii à Prioratu S. Martini, & S. Martini Prioratus prædicti à Monaſterio præfatis dependere dignoſcuntur. Quare pro parte dicti Ioannis de Roffeyo nobis extitit humiliter ſupplicatum, vt reſtitutioni, vnioni, aſſignationi, laudationi, approbationi, ratificationi, confirmationi, & declarationibus præfatis, robur confirmationis adiicere, ac omnes defectus ſi qui forſan interuenerint, in præmiſſis ſupplere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, reſtitutionem, vnionem, aſſignationem, approbationem, ratificationem, confirmationem, & declarationes prædictas ratas habentes & gratas, illas apoſtolica authoritate ex certa ſcientia confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnem defectum (ſi quis forſan interuenerit in eiſdem.) Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei,

& Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auinioni II. Cal. Ianuarii. Pontificatus noſtri anno XI.

Priuſquam autem ab hocce Prioratu diſcedamus, in Cryptam ſeu Carcerem in quem Sanctum Dionyſium Gallorum Euangeliſtam incluſum fuiſſe perhibent, commigremus. Quem vbi olim ſubire, in eoque Sacrum aliquando facere contigit, interna quadam & inſolita mouebar deuotione. Dum enim eo loci ſtare me conſiderabam in quo vir tantus tot pro Chriſto ærumnas exantlauit, dum ad Altaris læuam ponderoſum lapidem videbam, quem ſacris eius humeris miniſtri nequitiæ imponebant; & (quod longè præclarius) dum mentis oculis ipſummet Chriſtum beatorum ſpirituum agminibus circumſeptum, Pancratiaſtem ſuum interritum, ſacratiſsima inibi ſui Corporis & Sanguinis communione cibantem, contemplabar, tùm demùm veluti anhelus in admirationem & ſtuporem conuertebar. Neque piget hîc verſiculos quos pientiſſ. mihique chariſſ. D. Char. de la Sauſſaye, Eccleſiæ S. Iacobi Pariſienſis vulgo de Carnificeria, dum viueret Curio, à ſe conſcriptos eidem loco adfigi cupiuit, ſuperaddere.

Verſus ad Criptam S. Dionyſij in Carcere ſcribendi.

Cum hîc Dionyſius Miſſam celebraret,
Et iſthic cum ſociis mortem exſpectaret;
Chriſtus hunc cum Angelis aſtans viſitauit,
Atque ſui corporis adipe cibauit.
Chare meus, inquiens, accipe quod damus,
Quod complendum calitùs tibi nunciamus:
Age fili fortiter, nomen aſſequeris,
Pro quibus oraueris, ſemper audieris.
Si liquet hic cernuus, Chriſtiane, ſiſte,
Et vide, terribilis quàm ſit locus iſte,
In quo Chriſtus, Angeli, Sancti congregati
Tremendis myſterijs ſunt cooperati.
Carcer quem ingrederis, plebs, eſt terra ſancta

Signo tam mirabili cælum Dei facta:
Solue cautus calceos, Moſen imitare,
Supplex Deum, Angelos, Sanctos hîc precare.

C. D. L. S.

Porrò in eiuſdem Prioratus Periſtilio, vetuſtiſſimus cuiuſdam ſacris veſtibus induti, ſed propter inſcriptionis defectum, ignoti; viſitur è lapide Tumulus, in cuius ſtola duæ maiuſculæ literæ S. A. & in manipulo læuæ impendente quatuor conſpiciuntur. O. I. B. N. Sed quarum intelligentiam diuinare nequeo, vt potè qui Dauus ſim, non Oedipus. Reſtat & murus (cuius radicem allambit Sequana) qui vndarum plus ſolito anno Domini M. V^c L X X X X I X. *intumeſcentium creberrima repercuſſione ſubuerſus & proſtratus, tandem anno* M. VI^c II. *ſumptibus non minimis excitatus & reædificatus fuit, vt ex lapide eidem infixo, ſic dignoſcitur.*

SCEANT CLEMENT VIII. ET REGNANT TRES-CHRESTIEN HENRI IV. ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE. CE MVR FVT BASTI SVR PATINS ET SOLIVES, PAR FRERE RENE' HAZON, NATIF D'ORLEANS, RELIGIEVX PROFES DV PRIEVRE' S. MARTIN DES CHAMPS, ET PRIEVR DE CE PRIEVRE' S. DENYS DE LA CHARTRE.

Ad gradum Altaris S. Mauritio ſacri. ſubtus Chorum, ſeu in Crypta Eccleſiæ dicti Prioratus, ſequens legitur Epitaphium.

Hîc iacet, venerabilis & religioſus vir Domnus Hugo Seroti Matiſconenſis Dioceſis, Prior ac Reædificator huius ſacri Cœnobii S. Dionyſii, qui Monachus profeſſus extitit in ordine Cluniacenſi per 63. annos, & obiit in veneranda ſenectute, anno Domini 1383. die 18. menſis Decembris.

Et in proximo Sacello, S. Michaeli deuoto.

Cy giſt venerable & diſcrette perſonne Maiſtre Touſ-ſaint

ſainct de l'Eſpinay, natif du Dioceſe de Lyſieux iadis Prieur de ſainct Denys de la Chartre, & S. Sauueur de .... Curé de Perié, & Chapelain de la Chapelle S. Leger de l'Egliſe de Gohier au païs d'Anjou, qui treſpaſſa le 2. iour de Ianuier 1543. Priez Dieu pour luy.

In medio nauis dictæ Eccleſiæ.

Hic iacet ordinis Cluniacenſis Religioſus, & S. Dionyſii de Carcere, & Montis-Deſiderii Ambianenſis Diœceſis Prior, frater Simon le Gay, ſacræ Theologiæ Profeſſor nobilis, de domo & familia de l'Imbertiere: Pictauii natus. Obiit anno Domini 1525. 3. die Auguſti.

Religioſi viri Simonis Gaii Theologi Epitaphium.

Conditur hîc Gaius, cuius differe ſupremam
In ſenium iuſſit parca ſeuera diem
Dat cælo hunc pietas, & terris viuere fama.
Vitam ergo huic geminam mors ſemel vna dedit.

Ad ingreſſum Chori, pro parte ſiniſtra, areæ laminæ hæc inſculpta leguntur.

Arnaldo Chandonio Apamienſi, huius Ædis Præfecto, domeſtica militarique diſciplina claro, Libellorumque in Inſubria Magiſtro, vltrò in Senatus ordinem cooptato à Rege, ad componendas Prouincialium lites electo, ab itinere Thermarum Regii morte intercepto. Hieron. Chand. ex ſorore Nepos. P. Obiit annos LXIII. A. D. .... VI. nonas Iulii. *An. 1562.*

PRIORATVS S. MEDARDI DE CAPIACO.

NOVIOMENSIS DIOCESIS.

Vbi debent eſſe Priore computato VI. Monachi.

Conceſſione Radbodi Nouiomenſis Epiſcopi fit Cluniacenſium Prioratus, vt ſequitur.

An. 1086. IN nomine Patris & Filii & Spiritus-Sancti. Amen. Ego Radbodus indignus Nouiomorum Epiſcopus, notum volo fieri quibuſque fidelibus Altare de Capy, tùm Dei timore, tùm Monachorum interuentu, me de manu Rodberti Peronenſis & hæredum eius (quibus ex beneficio contingebat) recepiſſe, & Eccleſiæ S. Petri Cluniacenſis ad remiſſionem peccatorum meorum, aſſentiente imo præcante Clero S. Mariæ, perpetim habendum conceſſiſſe, ea videlicet ratione vt Sacerdos inibi ſeruiens, ſuſceptæ curæ animarum reddat rationem, & mihi meiſque miniſtris debitam ſoluat conſuetudinem. Quod ſi congregatio ibi, Deo diſponente, prouenerit; culpas emendare in poteſtate ſit Abbatis. Si autem Abbas ſeu Prior negligenter egerit, tùm ad Epiſcopum Nouiomenſem correctio Monachorum redundabit. Vt autem Cyrographum iſtud futuris temporibus firmius exiſtat, circumſtantium ſubnotauimus nomina.

Signum Radbodi Epiſcopi.
S. Gerilini Decani.
S. Baldrici Archidiaconi.
S. Vvalcheri Theſaurarij.
S. Odmundi Præpoſiti.
S. Vvidonis Cancellarii.
S. Yuonis Caſtellani.
S. Vvincmari.
S. Rodberti.
S. Gosberti.
Actum Noiiomi anno Incarnationis Dominicæ M.LXXXVI. Indictione IX. Regnante Rege Philippo anno XXV. Domno Radbodo Epiſcopante anno XIX.

Lucii Papæ III. de omnibus poſſeſſionibus ad Capeienſe Monaſterium pertinentibus Bulla.

LVcius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Roberto Priori Capeienſis Monaſterii eiuſque fratribus tàm præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis, in perpetuum. Effectum iuſta poſtulantibus indulgere & vigor poſtulat æquitatis, & ordo exigit rationis, præſertim quando petentium voluntatem & pietas adiuuat, & veritas non relinquit. Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum Monaſterium in quo diuino eſtis obſequio mancipati, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. Statuentes vt quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium in præſentiarum iuſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam S. Medardi de Capeio & tertiam partem decimæ ipſius Caſtri, & quicquid ibi habetis. *An.* 1184.

Altare de Longa-valle, tertiam partem decimæ ipſius loci, & quicquid ibi habetis. Illud iuris & poſſeſſionis quod in Altari de Clary Gaufridus Clericus, filius Mathæi Peronenſis viri illuſtris habebat, cum parte decimæ quam ibi habetis, & quicquid ibidem poſſidetis. Præbendam vnam in Eccleſia S. Furſei in Peronenſi Caſtro, ex donatione Radulfi Comitis Viromand. Altare de Framereuilla, cum tertia parte decimæ, & quicquid ibi habetis. Altare de Vvauiller, cum tertia & decima & terra & curte quam ibi habetis. Altare de veteri Ambianen. liberum & abſolutum & ab omni coſtumia, & quicquid ibi in decima vel terra habetis. Terram de Remecurt, & quicquid ibi habetis. Terram de Fulconcurt, & quicquid ibi habetis. Alodium de Choinnoles & hoſpites & quicquid ibi habetis. Altare de Mamés, & quicquid in decima illius loci habetis. Quicquid habetis in decima de Carnai. Altare de Fontanis, cum curte, & quicquid ibi habetis. Viginti ſolidos ad luminare Eccleſiæ ſingulis annis in conductu mercatorum, quod vulgò Guionagium dicitur, Peronæ capiendos, & in feſto S. Remigii perſoluendos, de dono Radulfi comitis Viromand. & Adeleidis vxoris eius. Terram quæ dicitur S. Cornelii, ſub redditione cenſus quinque ſolidorum. Sexaginta ſolidos Atrebatenſis monetæ. Apud Vvarneſton, tres bonuerios terræ de dono Petri militis de Capeio, aſſentientibus & concedentibus Eua vxore ipſius, & Gila filia eiuſdem. Sanè noualium veſtrorum quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſiue de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus à vobis decimas extorquere præſumat. In Parochialibus autem Eccleſiis quas habetis, liceat vobis Sacerdotes eligere, & Dioceſano Epiſcopo præſentare, quibus ſi idonei fuerint, Epiſcopus curam animarum committat, vt ei de ſpiritualibus; vobis verò de temporalibus debeant reſpondere: liceat vobis quoque clericos vel laicos è ſæculo fugientes liberos & abſolutos ad conuerſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis ianuis, non pulſatis

campanis, excluſis excommunicatis & interdictis, ſuppreſſa voce diuina Officia celebrare. Priorem inſuper vel Monachos ſicut à bonæ memoriæ Papa Lucio, & aliis Rom. Pontificibus conſtitutum eſt, ſine authoritate Rom. Pontificis nullus excommunicationi vel interdicto ſubiicere propria voluntate præſumat. Si verò, quod abſit, in atrio veſtro, vel in effuſione ſanguinis, vel in verberum illatione, ſiue in aliquo huiuſmodi violentiam irrogari forte contigerit, nequaquam propter hoc à diuinis Eccleſia veſtra prohibeatur Officiis. Sepulturam præterea ipſius loci liberam eſſe decernimus, vt eorum deuotioni & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalua tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Prohibemus inſuper vt infrà fines Parochiarum veſtrarum, ſine aſſenſu veſtro, Capellam vel Oratorium, nullus ædificare præſumat, ſaluis tamen priuilegiis Rom. Eccleſiæ. Statuimus etiam vt ſi Prior qui pro tempore fuerit in veſtra Eccleſia conſtitutus, Præbendam quam in Eccleſia S. Furſei de Perona debetis habere, alicui perſonæ idoneæ quæ aſſiduè deſeruiat ad tempus duxerit committendam, integritatem fructuum ſicut alii qui aſſidui fuerint, conſequatur. Criſma quoque, Oleum ſanctum, Conſecrationes Altarium, Ordinationes Clericorum, & cætera Eccleſiaſtica Sacramenta à Dioceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apoſtolicæ ſedis habuerit, & ea gratis & abſque prauitate aliqua vobis voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis Catholicum adire Antiſtitem, qui noſtra fultus authoritate, quod poſtulatur indulgeat. Libertates verò & immunitates ac rationabiles conſuetudines in Eccleſia veſtra hactenus obſeruatas, ratas habemus, eaſque futuris temporibus illibatas manere ſancimus. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paterna in poſterum ſolicitudine prouidere volentes, authoritate Apoſtolica prohibemus ne

quis infra clauſuras locorum veſtrorum, ſeu grangiarum veſtrarum furtum facere, ignem apponere, ſeu hominem capere vel interficere audeat. Adiicientes autem authoritate nihilominus Apoſtolica prohibemus, vt nulli Epiſcopo liceat in Eccleſia veſtra Stationes facere, vel Miſſas publicas ſine aſſenſu veſtro celebrare, ne monaſticæ ſimplicitas diſciplinæ quæ per Prælatos Eccleſiarum fouenda dignoſcitur, popularibus tumultibus perturbetur. Decernimus ergò vt nulli omninò hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura, Salua ſedis Apoſtolicæ Authoritate, & Cluniacenſis Monaſterii, & Eccleſiæ S. Mattini de Campis debita reuerentia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temerè venire tentauerit, ſecundò tertióue commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diuinæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Datum Verul. per manum Alberti S.R.E. Presbyteri Cardinalis & Cancellarii II. nonas Maii. Indictione II. Incarnationis Dominicæ anno M. CLXXXIV. Pontificatus verò Domni Lucii Papæ tertii, anno III.

Quæ dicto Prioratui ſubſunt.

Cura S. Nicolai eiuſdem loci. Capella S. Stephani in Noſocomio, ſeu morbidorum æde dicti loci. Cura B. Mariæ de Fontanis propè Capiacum. Cura S. Eligii de Vvauuillé & Santars. Cura S. Genoueſæ de Frammeruille. Cura S. Martini de Neufuille, propè Brayum. In eadem Eccleſia Capella B. Mariæ Virginis. Cura B. Martini de Mameriis. Item Capella in eius Cimiterio. Cura S. Nicolai de Longueual. Cura B. Martini de Cleriaco, ad Somonam fluuium Picardiæ, *de qua vicibus alternis diſponunt dictus Prior & Abbas de monte S. Quintini, propè Peronam.* Cura S. Medardi d'Eſtrepigny, iuxta Peronam.	Nouiomenſis Dioceſis.

Donum Altaris ſeu Eccleſiæ de Sterpenniaco.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Ego Simon Dei gratia Nouiomenſium ac Tornacenſium Epiſcopus dilecto filio noſtro Petro Priori S. Medardi de Capy ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum. Paſtoralis ſolertia meminiſſe debet, aſſiduè quàm vigilem, quàmque efficacem ſe eſſe oporteat, quatenus ad ea quæ Dei ſunt agenda, tantò ſe quotidie feruentiùs accendat, quantò & cæteris eſt prælatior, & equiſſimo iudici de omnibus ſibi commiſſis rationem ſe redditurum non dubitat. Quocirca miniſterii noſtri altitudinem conſiderantes & ad portandum tanti oneris iugum, ſeruorum Chriſti orationibus adiuuari deſiderantes, Altare de Strepenni à Gerardo Peronenſi Canonicó hactenus canonicè ſub perſonatu habitum, eodem Gerardo rogante pro impetranda peccatorum noſtrorum *An. 1134.*

indulgentia, fili Petre in Chriſto plurimum dilecte, tibi tuiſque ſucceſſoribus & Eccleſiæ tuæ in perpetua libertate........ perſonatu tenendum concedimus. Singulis annis tu & ſucceſſores tui Synodalia iura perſoluetis, debitam de ipſo Altari nobis & Archidiacono noſtro ac miniſtris noſtris iuſtitiam proſequentes. Igitur ne à quoquam in futuro vnquam tempore auſu temerario hoc beneficium Eccleſiæ B. Medardi de Capy à nobis collatum, violari ac perturbari queat, ſub Anathemate prohibemus, & conſilio Hugonis Archidiaconi noſtri & Capituli S. Mariæ Nouiomenſis Eccleſiæ, hoc donum noſtrum quietum permanere confirmamus, & ſigilli noſtri teſtimonio corroboramus. Actum Nouiomi anno Dominicæ Incarnationis M. C X X X I V. Indictione XII. Epacta XXIII. Concurr. VII.

Signum Simonis Epiſcopi.
S. Hugonis Archidiaconi.
S. Balduini Decani.
S. Theoderici Theſaurarii.
S. Theoderici Abbatis S. Eligii.
S. Petri Cantoris.
S. Lenulfi Succentoris.
S. Haimerici Præpoſiti.
S. Alberici Cellerarii.
S. Guidonis Capellani.
S. Nicolai Diaconi.
S. Guidonis Diaconi.
S. Gualberti Diaconi.
S. Petri Prioris.
S. Osberti Monachi.
S. Hugonis Decani.
Ego Hugo Cancellarius ſubſcripſi.

Donum Altaris ſeu Eccleſiæ de Melins.

An. 1147. EGo Simon Dei gratia Nouiomenſium Epiſcopus. Notum volo fieri omnibus tàm futuris quàm præſentibus. Quod

Quod ego do & concedo Altare de Melins Eccleſię B. Martini de Campis, & tibi dilecte frater Odo, eiuſdem Eccleſiæ Prior venerabilis, ad vſus videlicet fratrum Capienſis Eccleſiæ, ſub Regula B. Benedicti ibidem Deo ſeruientium, atque ſub perpetua libertate deinceps poſſidendum, præſenti ſcripto & ſigillo confirmo. Ita ſanè quod eadem Capienſis Eccleſia Epiſcopis Eccleſiæ Nouiomenſis Synodalia iura perſoluat, & tàm ipſis quàm ipſorum miniſtris debitam reuerentiam exhibeat. Saluo etiam iure Presbyteri eidem Altari ſeruientis.

Signum Simonis, Epiſcopi.

Signum Theoderici, Ambianenſis.

Actum anno M. CXLVII. Dominicæ Incarnationis.

Altera eiuſdem, de eodem Altare Carta.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Simon Dei gratia Nouiomenſium Epiſcopus, Cariſſimo fratri Petro venerabili Priori Eccleſiæ S. Medardi Capienſis, cæteriſque fratribus eiuſdem loci præſentibus & ſucceſſuris in perpetuum. Ad noſtrum ſpectat officium vt de Eccleſiis nobis commiſſis ſolicitudinem habeamus, quatenus in ipſis Deus honoretur, & debita eis ſeruitia exhibeantur, curioſè etiam prouidentes, vt ſi aliquam earumdem cui propriæ facultates minùs ſuppetunt, ad ſui ipſius cultum vel vſum nouerimus, de bonis à Deo nobis collatis illius inopiam miſericorditer ſuppleamus. Altare igitur de Mueleins quod Milo Canonicus Peronenſis, perſona eiuſdem Altaris in noſtram manum reddidit Eccleſiæ S. Medardi Capienſis & tibi dilecte frater Petre venerabilis Prior tuiſque ſucceſſoribus ob ſalutem animæ noſtræ damus & concedimus, atque aſſenſu Beneficii Archidiaconi noſtri deinceps ſub perpetua libertate perſonaliter poſſidendum præſenti ſcripto confirmamus. Ita ſanè quod nobis & ſucceſſoribus noſtris Epiſcopis Synodalia iura perſoluatis, & nobis miniſtriſque noſtris debitam reuerentiam exhibeatis. Saluo etiam iure Presbyteri præ- *An. 1147.*

nominato Altari ſeruientis, data & conceſſa ei cura de manu Epiſcopi. Vt hoc ratum & inconuulſum permaneat, tàm ſigillo noſtro quàm teſtium ſubaſſignatorum teſtimonio corroboramus, & ne ab aliquo vlterius violetur, Epiſcopali authoritate & ſub anathemate prohibemus.

Signum Simonis Epiſcopi.
S. Theoderici Ambianenſis Epiſcopi.
S. Boneſacii Archidiaconi.
S. Balduini Decani.
S. Hugonis Cancellarii.
S. Rainoldi Archipresbyteri.
S. Rogerii, Guiberti, Gualberti, Ioannis, Presbyterorum.
S. Stephani, Roberti, Vvilelmi, Clericorum.
S. Petri Prioris.

Actum anno M. CXLVII. Dominicæ Incarnationis. Ego Hugo Cancellarius relegi.

Meminit ſequens Carta Altaris ſeu Eccleſiæ de Longa-Valle præfato Prioratui ſubditæ.

An. 1152. IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Notum ſit tàm præſentibus quàm futuris omnibus ſanctæ Eccleſiæ fidelibus. Quod ego frater Simon Prior S. Martini de Campis, aſſenſu totius capituli noſtri, conceſſi Eccleſiæ de Encurthè, de cenſu quem ipſa annuatim nobis perſoluere conſueuit, videlicet duas Marchas Pariſienſis ponderis pro Reuelon, à modo non niſi quinque firtones eiuſdem ponderis nobis annuatim perſoluet. Reliquos autem tres firtones Eccleſia de Capy pro Altari de Longoual perſoluet. Huius rei teſtes ſunt.

Ricardus Abbas Vvalcellenſis, &
Rainardus Monachus & Sacriſta.
Manaſſes Subprior.
Iozzo Armarius.

Actum eſt anno ab Incarnatione Domini M. CLII. Datum Pariſiis. XIV. Cal. Iulii.

PRIORATVS SS. VITI ET MODESTI DE LIGNIACO, AD CANCHIAM FLVVIVM, in agro Atrebatenſi, AMBIANENSIS DIOCESIS.

Vbi debent eſſe Priore computato IV. Monachi.

Conceſſio eiuſdem Prioratus, per Godefridum Ambianenſem Epiſcopum.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Frater Gaudefridus Dei gratia Ambian. Epiſcopus, omnibus fide & operibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis præſentibus & futuris, ſalutis præſentis & pacis continuam proſperitatem, & poſt tranſitoriæ vitæ exceſſum, interminabilem iucunditatem. Ortodoxorum patrum traditionibus, canonicíſque Inſtitutionibus mihi in Epiſcopali Officio agenti iniungitur, vt ea quæ ſunt Eccleſiæ, cui authore Deo deſeruio, cum rationabili ſolicitudine diſpenſentur, & vt quibúſque eius miniſtris pro ſuis meritis diuidantur, hiſque cura ſolerti diſtributis, oportet etiam vt prouideamus quantùm poſſibile eſt quæ ad pacem eis exiſtant, autenticis inſtitutis, firmiſque priuilegiis ea præmuniendo contra mundi turbines ac procellas, quæ ex inſidiis perfidorum emergunt. His itaque officio meo & ordini in- *An. 1104.*

cumbentibus debitis excitatus cum omni vigilantia procuraui, vt quæ meis temporibus diuina gratia largiente ex poſſeſſionibus Eccleſiæ meæ à viris religioſis recollecta fuerant, & ab iniuſta laicorum peruaſione retracta, ipſis boni teſtimonii & religioſi propoſiti perſonis, ab Eccleſia noſtra nobiſque & ſucceſſoribus noſtris iugiter poſſidenda concederem, & ad repellenda peruaſorum iacula, quaſi quodam protectionis ſcuto muroque inexpugnabili, priuilegiis confirmarem. Itaque Eccleſiæ S. Martini Confeſſoris egregii, in ſuburbio Pariſienſi ſitæ, loco qui dicitur in Campis, Eccleſiam de Linigeio cum appenditiis eius perpetualiter poſſidendam, ego & Ingelrannus noſter Archidiaconus, & aliæ Ambianenſis Eccleſiæ perſonæ conceſſimus, ad ſupplenda neceſſaria Monachorum ibi & in Cluniacenſi Monaſterio Domino militantium. Nihil tamen iuris noſtri priſcæque poteſtatis nobis & ſucceſſoribus noſtris atque miniſtris in ea imminuentes. Sed ſicut antiquitùs propria ſedes Anteceſſorum meorum fuerat ad Ordinationes faciẽdas, & ad Chriſma, & ad alia quælibet Sacramenta Eccleſiaſtica conficienda, ita & modo & perenniter Monachis id ex debito conſentientibus perſeueret. Synodalẽm honorem, & cenſus, & circadas & alia omnia quæ ab Eccleſiis noſtri Epiſcopatus canonicè exiguntur, non pro ſe ſed pro Eccleſia de Vi & de Vilereia, & pro canonicè acquirendis perſoluet. Concedimus etiam fratribus quicquid in Epiſcopio noſtro per nos & ſucceſſores noſtros canonicè acquirere poterunt, ſibi & Eccleſiæ Cluniacenſi, ſaluis honeſtatibus & vtilitatibus prædictis Eccleſiæ noſtræ & miniſtrorum eius indubitanter acquirant. Iniuſtas verò occupationes, & criminalium cauſarum diſcuſſiones cleri & populi canonicis conſtitutionibus Monaſtico ordini interminatas, noſtra ſub diſcuſſione conſtituentes. Vt autem hæc conceſſionis confirmatio rata & inuiolabilis perſeueret, ſubſcripto probationis ſigno ſuppleo, vt ad poſteritatis teſtimonium, & ad veritatis inditium priuilegii huius ſufficiat teſtamentum.

Signum Godefridi Epiſcopi.

S. Ingelranni Archidiaconi.
S. Fulconis Archidiaconi.
S. Rogeri Decani.
S. Otberti Præpoſiti.
S. Raineri Theſaurarii.
S. Rogeris Cantoris.
S. Giſleberti Sacerdotis.
S. Clari Sacerdotis.
S. Hugonis Sacerdotis.
S. Radulfi Sacerdotis.
S. Balduini Sacerdotis.
S. Nantaldi Diaconi.
S. Giraldi Diaconi.
Signa Vvilelmi & Tetſelini Diaconorum.
Signa Vvarini, Hugonis, Salomonis Subdiaconorum.

Actum eſt in Eccleſia Ambianenſi anno M. CIV. Dominicæ Incarnationis. Indictione XII. Rege Francorum Philippo. Duce exercitus filio ſuo Ludouico. Conſule Ambianenſi Ingelranno. Epiſcopatûs Godefridi anno primo fœliciter. Amen.

Giraldus Ambianenſis Eccleſiæ Subdiaconus vices Cancellarii exequens ſubſcripſit. Datum Ambianis II. Cal. Martii.

Ad parietem maiori Altari proximum, hæc leguntur.

L'an mil quatre-cens trente cinq
Tout ainſi que l'année vint
Fit faire tout neuf ce pilier
En Theologie Licentier
Le Prieur Thomas dit Suſanne
Priez à Dieu qu'il en ayt l'ame.

Habet Prior de Ligniaco ius inſtituendi Ludimagiſtrum, ſeu inſtruendæ Iuuentuti Præceptorem, apud dictum locum de Feruent...

Quæ præfato Prioratui ſubſunt.

Cura Parochialis dicti loci ſub inuocatione SS. Martyrum Viti, Modeſti & Creſcentiæ. } Ambianenſis Dioc.
Cura S. Martini de Viz. }
Cura S. Hilarij, de Feruent. Bolon. Dioc.

PRIORATVS S. MARTINI DE PASSV.

In Agro Artheſienſi.

ATREBATENSIS DIOCESIS.

Vbi debent eſſe Priore computato, tres Monachi.

Conceſſio eiuſdem Eccleſiæ Martinianis per Aluiſum Atrebatenſem Epiſcopum.

An. 1138. IN nomine Patris & Filii & Spiritus-Sancti, vnius veri ac ſummi Dei. Amen. Quoniam inter omnia veteris ac nouæ inſtitutionis præcepta, duo maximè charitatis vbera commendantur amor videlicet Dei & proximi. Ego Aluiſus Dei gratia Atrebatenſis Epiſcopus Eccleſiam B. Martini de Campis, & fratres eiuſdem loci maximo ſemper in Deum & propter Deum diligens & complexus affectu, Eccleſiam de Pas cum appenditiis ſuis hactenus ſub manu laica ancil-

latam, eo qui eam hucuſque tenuerat & filiis eius, Canonicis etiam ipſius loci in hoc nobis aſſenſum præbentibus, ad Cellam ibi ſub iure & Eccleſia S. Martini de Campis conſtituendam & permanſuram Theobaldo venerabili Priori S. Martini eiuſque ſucceſſoribus huius præſentis paginæ authoritate ſaluo in omnibus iure & conſuetudinibus Atrebatenſis Epiſcopi, & Archidiaconi miniſtrorumque eius contradimus, & in libertatem ſpiritûs deinceps iure perpetuo poſſidendam ſigilli noſtri impreſſione confirmamus, eo videlicet tenore vt Presbyter Parochialis, & qui deinceps ſucceſſuri qui à Priore eiuſdem loci Epiſcopo præſentabuntur, & de manu Epiſcopi curam ibi in populo agendam ſuſcipient, vnam de ſeptem præbendis, primam ſcilicet quæ euenerit in futurum perpetua ſucceſſione obtineant. Presbyter verò interim donec præbenda aperta ſit, de iure Parochiali ibi viuat. Quicquid autem vel in varia ſuppellectile, vel in agrorum & reddituum poſſeſſione in vita Clericorum ex deuotione fidelium prædicto loco conferetur, tàm hæc quàm cæteri Eccleſiæ redditus, fraternè inter clericos & Monachos ſicut ad præbendas attinet, ex æquo diuidantur, niſi ſi quid ab aliquo fidelium ſpecialiter ipſis fratribus denominetur proprium, erit Monachorum. Poſt mortem verò clericorum Presbyter Parochialis in eo ſtatu in quo tunc præbendæ erunt ſuam deinceps ſine participatione ſuccedentis augmenti, obtinebit. Ipſo autem Presbytero decedente tàm domus eius cum ſupellectile, quàm libri & ornamenta ſacerdotalia ad Eccleſiam & vſum Presbyteri ſubſtituendi remanebunt. Cætera verò eius quælibet poſſeſſio, tàm de mobilibus quàm de immobilibus, in ius Monachorum tranſibit. Hoc præterea adiicientes ſancimus & ſtatuimus, quatenus Prior & fratres de Pas Eccleſiæ B. Martini de Campis ad quam pertinent, duas vncias auri, vnam in feſtiuitate B. Martini quæ eſt in hieme, & alteram in eiuſdem feſtiuitate quæ eſt in æſtate, annuatim perſoluãt. Volumus etiam, & hoc in futurum conſeruari præcipimus, quatenus proût res exterior Deo largiente in dies augebitur, ita numerus

Monachorum Deo ſeruientum pro rerum facultate ibidem multiplicetur, & ſi adhuc creuerit, vt iuxta Cluniacenſis Monaſterii conſuetudinem ex integro Ordo ibidem conſeruetur. Vt autem hoc libertatis donatiuum ratum & inconuulſum permaneat, in augmentum firmitatis fideles teſtes adnotare procurauimus.

Signum Donni Hugonis Atrebatenſis Archidiaconi.

S. Donni Roberti Oſtreuadenſis Archidiaconi.

S. Donni Gozuini Aquicinenſis Abbatis.

S. D. Leonis Abbatis S. Bertini.

S. D. Abſalonis Abbatis.

S. Amandi.

S. D. Hugonis Haſnonenſis Abbatis.

S. D. Liberti Marcianenſis Abbatis.

S. D. Gileberti Abbatis S. Nicolai.

S. D. Hugonis Abbatis de monte S. Eligii.

S. D. Vrſionis Abbatis S. Dionyſii Remenſis.

S. D. Balduini Abbatis S. Vincentii Siluanect.

S. D. Geruaſii Abbatis S. Nicaſii de Arida gamantia.

Si quis autem in craſtinum huius noſtræ inſtitutionis tenorem ſciens contra eam venire, temerare, minuere, aut quolibet modo infringere præſumpſerit, ſi ſecundò tertióue commonitus non reſipuerit, & Eccleſiæ Dei ſatisfecerit, hunc talem præſumptorem, & ſanctorum Canonum contemptorem excommunicationis ſeueritati innodatum ſubiicimus. Ego Aluiſus Dei miſeratione Atrebaten. Epiſcopus hoc libertatis donatiuum relegi, ſubſcripſi, ✠ & in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti propria manu confirmaui. Actum Atrebatii in Synodo in Baſilica B. Mariæ ſemper Virginis Dominæ noſtræ, anno Dei Chriſti M.CXXXVIII. Indictione I. Concurrente V. Epacta VII. anno autem Pontificatus Domni Aluiſi Atrebatenſis Epiſcopi VII.

Fuiſſe

Fuiſſe nobis olim à Martinianis Turonenſibus Canonicis, ob dictum Prioratum, motam & ſuſcitatam controuerſiam, tandem ſopitam ſequenti Diplomate Alexandri Papæ III.

ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Theobaldo Priori & fratribus Eccleſiæ S. Martini de Campis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cùm inter vos & dilectos filios noſtros Eccleſiæ B. Martini Turonenſis Canonicos ſuper Eccleſia S. Martini de Paſſo, controuerſia olim mota fuiſſet, & in noſtra præſentia diutiùs ventilata, nos tandem rationibus & allegationibus, & teſtium etiam depoſitionibus vtrimque auditis; præſcriptæ Eccleſiæ poſſeſſionem eiſdem Canonicis adiudicauimus, quæſtione tamen proprietatis reſeruata, ita quod Eccleſia illa minimè ad ſæcularitatem rediret, ſed vt Religio ibidem ſecundùm noſtrum conſilium & diſpoſitionem deberet inſtitui, & perpetuis temporibus obſeruari. Poſteà verò vos ſuper iure proprietatis de meritis cauſæ veſtræ, & de iuſtitia ſicut credimus confidentes, prædictos Canonicos in ius coram nobis traxiſtis, vt cum eis de proprietate memoratæ Eccleſiæ contenderetis. Vos itaque cum illis coram nobis pro eadem cauſa ſtatutis terminis ſepiùs conuocati, multas hinc inde rationes & allegationes in noſtra præſentia propoſuiſtis, & memoratam vobis Eccleſiam reſtitui poſtulaſtis. Vnde nos rationibus & allegationibus vtriuſque partis auditis & cognitis, attendentes vtramque tàm Cluniacenſis (ad quam veſtra ſpectat Eccleſia) quàm Eccleſiam B. Martini Turonenſis ad ius & proprietatem Rom. Eccleſiæ ſpecialiter pertinere. Conſiderantes etiam quod cum ſententiam pro ſupradictis Canonicis de poſſeſſione protulimus, hoc à nobis in ſententia reſeruatum fuiſſe, quod ſecundum diſpoſitionem & conſilium noſtrum, in Eccleſia de Paſſo Religio deberet inſtitui, & ibidem in poſterum perpetuò obſeruari. De communi fratrum noſtrorum conſilio, non pro arbitrio vel ſententia, ſed Apoſtolica authoritate quam An. 1164.

fungimur, cauſa adhuc dubia exiſtente, eandem vobis Eccleſiam reſtituimus, & omnium tàm mobilium quàm immobilium ad ipſam Eccleſiam pertinentium vobis reſtitutionem plenariam fieri adiudicauimus. Statuentes vt Cluniacenſium fratrum Religio perpetuis ibidem temporibus obſeruetur, ita tamen quod prænominatis Canonicis tres marchas boni argenti ad pondus Trecẽſe in menſe Martio ſingulis annis Turonis perſolutis, vel ipſi fructus vnius præbendæ eiuſdem Eccleſiæ (ſi hoc fortè maluerint) annuatim percipiant. Vt autem hæc noſtra inſtitutio futuris temporibus inuiolabiliter obſeruetur, eam authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes vt nulli omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ inſtitutionis & confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hæc attentare præſumpſerit, ſecundò tertióue commonitus, ſi non reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat. Seruantibus autem hæc, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Hubaldus Hoſtienſis Epiſcopus.

Ego Bernardus Portuenſis & S. Rufinæ Epiſcopus.

Ego Gualterius Albanenſis Epiſcopus.

Ego Hubaldus Presbyter Cardinalis S. Crucis in Hieruſalem.

Ego Henricus Presbyter Cardinalis Tit. SS. Nerei & Achillæi.

Ego Ioannes Presbyter Card. Tit. S. Anaſtaſiæ.

Ego Albertus Presbyter Card. Tit. S. Laurentii in Lucina.

Ego Iacintus Diac. Card. S. Mariæ in Coſmidin.

Ego Odo. Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano.

Ego Boſo Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani.

Ego Cinthius Diac. Card. S. Adriani.

Ego Petrus Diac. Card. S. Euſtachii, iuxta Templũ Agrippę.

Ego Manfredus Diac. Card. S. Georgii, ad velum aureum.
Datum Senonis, per manum Hermani S.R.E. Subdiaconi & Notarii. Id. Decemb. Indictione XIII. Incarnationis Dominicæ anno M. CLXIV. Pontificatus verò Domini Alexandri Papæ tertii, anno VI.

Cedunt Martiniani Turonenſes, & nouam nobiſcum ineunt fraternitatem & concordiam.

QVæ rationabiliter inter Eccleſias ſtatuuntur, litteris annotari debent, ne per obliuionem in poſterum ſubuertantur. Huius igitur intuitu rationis, ego Gaufridus Theſaurarius, Guilielmus Præcentor, Hamelinus Magiſter Scholarum, Philippus Subdecanus, Augerius Celerarius, totumque Capitulum B. Martini Turonenſis, præſentibus & futuris notum fieri volumus, quod controuerſia quæ inter nos & Monachos Beati Martini de Campis Pariſius habebatur, ad bonum & pacificum finem hoc modo perducta eſt. Voluit ſiquidem & ſtatuit Dominus Papa Alexander vt Eccleſiam de Paſſo, quæ ſita eſt in Epiſcopatu Atrebatenſi (cuius poſſeſſionem ipſe nobis adiudicauerat) concederemus Monachis & Eccleſiæ B. Martini de Campis, ad penſionem trium marcharum puri argenti, ad pondus Trecenſe in menſe martio, nobis Turonis, nomine cenſus reddendarum. Nos autem diu differentes eius ſtatuto parere, tandem præcepto & monitis ipſius, tùm præcibus & petitione Prioris Gauterii & Monachorum prædictæ Eccleſiæ inducti, conceſſimus eis vt præfatam Eccleſiam de Paſſo & quicquid iuris in ea habebamus in perpetuum poſſideant, & à nobis habeant, penſione videlicet retenta trium marcharum puri argenti ad pondus Trecenſe, nomine cenſus in menſe Martio nobis Turonis, reddendarum. Inſuper ipſi ad augmentum piæ fraternitatis & ſanctæ charitatis vinculum, ſtatuerunt vt ſingulorum fratrum noſtrorum obitu nuntiato, facerent pro ipſo in Miſſis & orationibus & cæteris beneficiis, ſicut pro Monacho ſuo. Supererogauerunt etiam, *An.* 1175.

vt ſingulis annis facerent Tricenarium in Eccleſia ſua pro fratribus Eccleſiæ noſtræ defunctis, & nos ſimiliter, recepimus eos in orationes & beneficia Eccleſiæ noſtræ, tamquam fratres & familiares noſtros. Hoc etiam voluerunt adiungi, vt ſi negotium vel neceſſitas Eccleſiæ noſtræ aliquos noſtrûm ad Eccleſiam eorum duceret, tamquam fratribus & benefactoribus ſuis, auxilium & conſilium & hoſpitalitatem exhiberent. Et vt concordia iſta inuiolabiliter teneretur in poſterum, præſenti ſcripto mandari curauimus, & ſigilli noſtri impreſſione muniri. Actum Turonis, anno Domini M. CLXXV. Decanatu vacante.

Quodquidem piæ fraternitatis vinculum tàm religioſè à nobis obſeruatum eſt, vt ab ipſis in charitatis officiis vinci neutiquam perpeſſi ſimus. Quod luculenter & apertè teſtantur duo ex ipſorum Collegio, in ſacris noſtris ædibus conſepulti & tumulati. Quorum inſcriptiones & Epitaphia inferiùs, & ſuo loco, Deo dante, referemus.

E quodam Vetere M. S.

Dame Agnes, Dame de Hely & de Pas, les predeceſſeurs de laquelle ont eſté fondateurs de noſtre Prieuré de Pas.

Quæ dicto Prioratui ſubſunt.

Cura B. Martini, dicti loci.	
Cura S. Mauricii de Mondricourt. *Cui etiam ineſt ſuccurſus B. Margaretæ de Pumeras.*	
Cura S. Nicolai de Henu.	Atrebaten. Dioc.
Cura S. Geneſii de Famechonio.	
Cura S. Anthonini de Goudemprio. *Cui etiam ineſt ſuccurſus B. Mariæ de Grincourt.*	

PRIORATVS S. OPORTVNÆ DE MOVCIACO-NOVO.

PARISIENSIS DIOCESIS.

In quo debent eſſe Priore computato VI. Monachi.

Ex dono cuiuſdam Alberti Militis, vt ſequitur.

O Quàm magnificis laudibus glorificandi ſunt ſancti patres noſtri, qui nos diuinis ita ſolicitè inſtruxere documentis, vt fide percepta plebs Chriſtiana Dominum Deum ſuum videre iam cupiat in ſpe certa & charitate ſincera. Quibus columnis Fidei, ſcilicet Spei & Charitatis firmiter affixa, aliiſque quamplurimis ſpiritualibus documentis fideliter enutrita, Deum ſuum ſcit iam adorare & colere. Sancti verò Clerici & Monachi Spiritus ſancti gratia inflammati in ſchola Sanctorum Apoſtolorum, aliorumque ſanctorum patrum efficaciſſimè edocti, ita Eccleſiaſticas conſuetudines mentibus ſuis retinent inſcriptas, vt die ac nocte Domino Deo ſuo, ſine intermiſſione in hymnis & laudibus ſpiritualibus ſciant deſeruire, & cum Apoſtolo dicere: Cupio diſſolui, & cum Chriſto eſſe. Perpendentes igitur ſeniores noſtri, ſancti ſcilicet Apoſtoli, & alii Patres ſancti prouiſores pii, quod his qui Eccleſiæ deſeruirent humana ſubſidia neceſſaria forent, eos populis præferentes conſtituere, vt tàm populus quàm eorum principes Eccle- *An. 1090.*

ſiis redderent decimas & oblationes, vt per hæc & alia donaria fieret, ſicut in primitiua Eclefia, in qua diuidebatur ſingulis prout cuique opus erat. Inde conſtitutum eſt, vt propter ſcandalorum ſpinas, & malorum calumnias quæ oriri ſolent, quæ de poſſeſſionibus ſuis dederunt homines Cartulæ fianr, vt præſentes & poſteri ſciant qui ſunt datores, quid dederint, & qualiter dederint, ſub quorum Principum temporibus, vel quibus teſtibus. Igitur notum fieri volumus Chriſti fidelibus futuris & præſentibus quod Albertus Miles dedit Eccleſiæ Cluniacenſi, quæ fundata eſt in honore Apoſtolorum Petri & Pauli, ſub qua, Eccleſiæ Beati Martini quæ dicitur de Campis, Eccleſiam de Monciaco, quæ dicitur Eccleſia B. Oportunæ cum atrio & appenditiis ſuis ſicut Clerici eam tenuerant, qui in ea deſeruierant. Hoc autem fecit Albertus in communi Capitulo, cum filio ſuo Hugone, coram Domno Vrſione Priore, & congregatione, ſtatimque coram cunctis qui aderant, donum poſuit ſuper ſanctum Altare. Hoc etiam fecit Albertus ille conſilio Domni Hugonis Abbatis, nam litteras eius libenter ſuſcipiens, eiuſque mandatis obediens, Epiſtolam ſibi ab eo miſſam in ſupradicta Eccleſia S. Martini reliquit, quam pro authoritate in libro quo continetur Regula S. Benedicti Domnus Vrſus Prior inſcribi iuſſit. Hoc verò conceſſerunt, qui calumniari poſſent Ioannes de Lanniaco, & Richildis vxor eius, & Heluidis, ambæ Alberti filiæ quibus competebat hereditario iure. Quod hoc conceſſerint Ioannes & Richildis teſtes ſunt qui adfuerunt, quorum nomina hæc ſunt.

Albertus, de quo tractamus.
Hugo, filius eius.
Nanterus de Monte-gaïo.
Paganus, Anſellus, & Vvilelmus de Garlanda.
Vvarnerius de Pariſio.
Petrus Orphanus.
Petrus Singularis.
Benedictus & Vvarnerius, fratres.
Hoc etiam conceſſerunt Burcardus & Rainardus.

Quod & conceſſit Burchardus de Monte-maurinciaco in ſepedicta ſepeque dicenda B. Martini Eccleſia, de eius enim beneficio erat. Huius conceſſionis Burcardi teſtes ſunt.
Hugo filius Theoderici.
Odo filius Odonis.
Hugo de Vvarenna.
Ricardus filius Theoderici.
Philippus de Treſluza.
Vvido de Aqua-puta.
Herbertus de Vilers.
Eorum verò qui ex parte Eccleſiæ fuerunt, nomina hæc ſunt.
Vvido Comes de Rupe-forti.
Hudo de S. Clodoaldo.
Vvilelmus Marmerellus.
Vvalterius Major.
Rotgerus filius eius.
Vvarinus & Theudo fratres eius.
Hilgodus, Drogo nepos eius, & Herlebodus ſerui eiuſdem Eccleſiæ.
Vvalterius & Stephanus Cuſtodes equorum.
Rogerus & Rotbertus, Sartores.
Bernardus Parmentarius.
Bernardus Hoſpitalis.
Hoc autem factum eſt temporibus Philippi Regis Franciæ & Gaufredi Epiſcopi Pariſiorum. Hugone de Cluniaco exiſtente Abbate, Vrſo de Campis Priore.

De noua conſtructione ſeu reparatione Eccleſiæ B. Oportunæ apud Mouciacum.

Carta Guarini Siluanectenſis Epiſcopi.

GVarinus Dei gratia Siluanectenſis Epiſcopus, vniuerſis Domini Regis Balliuis & Præpoſitis ad quos literæ præſentes peruenerint, ſalutem in Domino ſinceram. No- An. 1220.

ueritis nos conceſſiſſe intuitu pietatis dilectis noſtris in Chriſto Monachis S. Martini de Campis apud Mouciacum Deo ſeruientibus, vt ipſi de quarreria quæ eſt inter Capellam de Sorual, & Capellam de Ortiaco, capiant quandocumque voluerint, quantum habuerint neceſſe, ad edificandum ſuam Eccleſiam, quam de nouo conſtruunt in B. nomine Oportunæ. Actum anno Domini M. CCXX. menſe Aprili.

Capella, in Eccleſia dicti Prioratus ſub inuocatione B. Mariæ Virginis.

Ex Vetere noſtro M. S.

An. 1386. EN l'an mil trois cens quatre-vingt ſix, le Ieudy ſeptieſme iour de Feurier, noble homme Philippes d'Aulnoy, Cheualier, & Maiſtre d'Hoſtel du Roy lors regnant, comparant pardeuant deux Notaires de Chaſtellet de Paris, auroit cogneu & confeſſé auoir tranſporté, quitté & delaiſſé, & promis garantir à honnorable & diſcrette perſonne Meſſire Ponce de Grigny, Preſtre Chappellain de la Chappelle noſtre Dame, fondée par ledit Cheuallier & ſa femme, en l'Egliſe du Prieuré Madame S. Oportune de Moucy le neuf, au Dioceſe de Paris, au nom & proffit de ladite Chappelle, & ſucceſſeurs Chappellains, les heritages qui s'enſuiuent, &c.

Reliqua petenda ex Archiuis noſtris.

PRIORATVS

PRIORATVS S. ARNVLPHI DE MAROLIIS.

PARISIENSIS DIOCESIS.

Vbi debent eſſe Priore computato V. Monachi.

Donum Altaris eiuſdem, per Goisfridum Pariſienſem Epiſcopum.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Cùm in laboribus & oprobriis huius ſæculi Chriſti fidelibus parata ſint infinitus honor & requies, & egentibus communicare ſumma & inaudita iocunditate felices, imò abſolutos ſolicitudine egere cum Chriſto eos faciat glorioſos & diuites, prouidendum eſt vtilitati noſtræ in hoc exilio lachrimarum, vt ipſa Charitate quæ Deus eſt ducamur ad patriam ſupernorum, in qua cum ipſo regnemus cum omnium plenitudine gaudiorum. Placere ergo charitati humilitas noſtra non differat, & neceſſaria petentibus abundans miſericordia manum benedictionis non retrahat. Nos itaque patriam noſtram tenui licet imagine ſomniantes, ad eam tamen modicùm quantulumcumque ſuſpiramus, & ſi in multis delinquimus, non tamen de Dei miſericordia deſperamus. Ego igitur Goisfridus Dei gratia Pariſiorum Epiſcopus Monachis Cluniacenſibus apud S. Martinum de Campis Domino ſeruientibus (dum ibi quidem Ordo Cluniacæ religionis ſeruabitur) Altare Maierolis-villæ, cum his quæ ad Altare per-

tinent, perpetuo iure tenenda concedo, deprecante Drogone Archidiacono, in cuius tenore Altare illud tunc habebatur. Annuente etiam Yuone Archidiacono, in cuius Archidiaconatu Altare illud conſiſtit. Ita quidem duntaxat vt quam in Eccleſia S. Martini ſubiectionem habemus, eandem nobis in Eccleſia ſupradictæ-villæ, præter Cardinalis Presbyteri in feſtis diebus Officium retinemus. De Synodo autem & circada & de cura animarum Parochiano Presbytero à nobis commiſſa, & de cæteris omnibus ad curam animarum pertinentibus, nihil ad præſens quantùm ad ius Eccleſiaſticum pertinet, relaxamus; Et vt hæc carta firmior habeatur, manibus Clericorum noſtrorum firmandam tradidimus.

Signum Goiſfredi Pariſiorum Epiſcopi.
S. Ioannis Decani.
S. Drogonis Archidiaconi.
S. Ioſcelini Archidiaconi.
S. Yuonis Archidiaconi.
S. Vvaleranni Cantoris.
S. Vvalterii Sacerdotis.
S. Roberti Sacerdotis.
S. Rogerii Sacerdotis.
S. Haimonis Diaconi.
S. Radulfi Diaconi.
S. Henrici Diaconi.
S. Alberici Diaconi.
S. Odonis Subdiaconi.
S. Hugonis Subdiaconi.
S. Otlandi Subdiaconi.
S. Goisfridi Subdiaconi.
S. Vvidonis pueri.
S. Vvalterii pueri.
S. Vilelmi pueri.
Vvlgrinus Cancellarius ſcripſit.

Carta Gilberti Pariſienſis Epiſcopi.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Amen. Ego Droco Archidiaconus Pariſienſis, notum fieri volo cunctis fidelibus tàm præſentibus quàm poſteris. Quod Eccleſiæ B. Martini de Campis & Monachis ibi Deo ſeruientibus, laudante & concedente Domino meo Ludouico Rege, & in præſentia Reuerendi Patris Gilberti Pariſienſis Epiſcopi, dedi & conceſſi quicquid habebam vel poſſidebam in villa quæ Marrolas nuncupatur, terram, hoſpites, cenſum, nemus, iuſtitiam, dominium, viariam, & omnes feodos, & omnes dominicaturas tàm in nemoribus, quàm in terris, ad poteſtatem eiuſdem villæ pertinentes, & cum pertinentiis. Videlicet quicquid habebam apud Cheuriacum villam, & apud Mendreas ſeu vbilibet. Et vt donum eleemoſinæ huius firmiùs ſtabiliretur, ſigilli mei, & ſigilli Domini prædicti Epiſcopi impreſſione, & teſtium ſubnotatione roborari præcepi. Quæ vt firma & inconcuſſa permaneant, Ego Gilbertus Dei gratia Pariſiorum Epiſcopus licet indignus hæc omnia prædicta in ſcriptum redegi, & tàm ſigilli mei munimine, quàm teſtium ſubnotatione, & ſigillo Droconis de Mello Archidiaconi Pariſienſis prædicti corroborari præcepi. Hi ſunt teſtes qui hæc viderunt & audierunt. *An.* 1117.

Bernerius Decanus.
Stephanus Archidiaconus.
Theobaldus Archidiaconus.
.... Cantor.
Henricus Subcantor.
Tierricus, Hubertus, Presbyteri.
Guilielmus, Reinaldus, Diaconi.
Algrinus, Simon, Canonici.

Actum publicè Pariſius in Capitulo Sanctæ Mariæ anno Incarnationis Domini M. C X V I I. Regnante Rege Ludouico, anno decimo & Epiſcopatus noſtri anno quinto.

Indict. I. Epacta XX. Concurrente I V. Ego Theobaldus Cancellarius legi & ſubſcripſi.

Eſt in eodem Prioratu, Eccleſia Parochialis, ſub inuocatione S. Iuliani.

PRIORATVS S. GEORGII DE ROYNVILLA. VEL RODANI-VILLA.

CARNOTENSIS DIOCESIS.

Vbi debent eſſe Priore computato, tres Monachi.

Ex dono cuiuſdam Gauſleni, vt ſequitur.

GAuſlenus filius G. diuitis, & vxor eius Odelina, & Albertus filius H. Vice-domini, & Ada mater eius annuente Hugone clerico, Deo Sanctoque Petro Cluniacenſis Eccleſiæ ad Obedientiam S. Martini de Campis pro redemptione animarum ſuarum dederunt apud Rodani-villam medietatem Eccleſiæ S. Georgii martyris, Altare ſcilicet annuente Gaufrido Carnotenſi Epiſcopo & Hildegario Archidiacono, & terram vnius carrucæ, & agripennum terrę ad vineam faciendam, & ad hortum ac viretum ſufficienter, & omnia hoſpitia eiuſdem-villæ, cum cultiis & hortis, & medietatem pratorum ac molendinorum, ac furnos & omnem iuſtitiam eiuſdem villæ. Et hoc donum teſtantur.

Ingelrannus Decanus.
Ioannes Decanus Pariſienſis.
Adelardus Subdecanus.
Hilduinus Cantor.
Hilgotus. Albertus.
Vvilelmus Archidiaconus.
Ebrardus Capicerius.
Giraldus Presbyter.
Raimbaldus C.
Vverricus Vice-dominus.
Ebrardus de Lancſ-villa.
Vvilelmus Præpoſitus.
Rotbertus Aculeus.
Radulfus Lacunella.
Germundus filius Aueſgoti.
Ebrardus Helmonis filius.
Vvalterius filius Fledaldi.

Qui etiam Vvalterius alteram partem eiuſdem Eccleſiæ, ſupradicta ratione S. Petro & fratribus S. Martini dedit, annuente vxore ſua, & filiis teſtantibus iſtis ſupradictis. Et hoc donum conceſſit Teudo caput ferri, & vxor eius Herſendis, & Harduinus filius eius, quia Vvalterius illud tenebat ab illis. Hic quoque Teudo idem beneficium à Vverrico filio Engelranni de Noci S. Mariæ Canonico poſſidebat, qui & ipſe G. cum ſua Matre Ermentrude, pro anima patris ſui præfati E. atque omnium amicorum ſuorum animabus conceſſit, poſitus in Eccleſia ſupradicta. Teſtes ſunt.

Vvalterius, Rainaldus filius eius.
Hugo, filius Gauſlini.
Vvarinus filius Gaufridi.
Rainaldus Rorogus S. Leodegarii.
Ioannes & Vvalterius, Sacerdotes.
Herueus, Vvarinus filius Vvilelmi.
Vvarinus de Domica Maria.
Vvarinus de Rodani-villa.
Fulco filius Vvalterii-albi.

Haimericus, Ernaldus, Ernulfus de Rouroit.
Rotbertus Coſtart, Ernaldus.
Et iſti ſunt teſtes illius doni.
Baldicus, Gaufridus, Girbertus, Canonici S. Nicolai Curuauillenſis.
Gunterus Presbyter S. Germani.
Vvarinus Cotella.
Hilduinus Miles.
Vverricus filius Herberti. Filii Girberti.
Conſtantius Arbaliſtarius.
Rainaldus Nepos Balduini Canonici S. Nicolai.

Conceſſio eiuſdem Altaris, per Harduinum & Hugonem filium eius.

Harduinus Caput ferri, & Hugo filius, condonauerunt Monachis S. Martini de Campis hoc quod calumniabant in Roenuilla, in præſentia Vrſi Prioris eiuſdem Monaſterii: & inde habuit quinque ſolidos de charitate, & filius eius caligas & ſotulares. Et huius conceſſionis ſunt teſtes.
Theobaldus filius Teoli.
Aimericus Canardus.
Iolduinus, filius Raibaldi.
Gaufridus maior de Meronuilla.
Vvarnerius filius Guarnaci.
Iuo, filius Herberti.
Paganus frater eius.
Frodo Cocceto filius.
Mazolinus Pedaccerus Sancti Albini.
Milo filius Simonis de Malo-repaſtu.
Salomon filius Hugonis de Corſoſals.
Arduinus filius Mazolini de Fontana.
Stephanus de Corſoſals.
Teodon, Vvarinus. Ionas, Engelbertus, ſeruientes Sancti Martini.
Flodo Pelletarius.
Goiszelinus Pelletarius.

Conceſſio eiuſdem Altaris, per Gaufridum Carnoten. Epiſcopum.

Ego Gaufridus Carnotenſis Eccleſiæ Præſul licet indignus, certum eſſe volo cunctis Eccleſiæ noſtræ fidelibus tàm futuris quàm præſentibus. Quod Domnus Vrſio Prior S. Martini Pariſienſis, de Campis quod dicitur, præſentiam meam acceſſit, humiliter poſtulans vt Altare de Rodani-villa B. Petro Cluniacenſi pro amore ipſius liberum & abſolutum abſque omni Vicariorum ſubſtitutione vel redemptione perpetualiter habendum concederem. Cuius ego poſtulationem impetratione dignam exiſtimans; quod petebat, ad votum animi ipſius conſenſu & aſſenſu Vvilelmi Archidiaconi & totius Capituli noſtri ei conceſſi. Hoc tamen inde retinens vt Eccleſia de Rodani-villa omnimodam ſubiectionem Eccleſiæ noſtræ exhibeat, videlicet Synodum & Circadam mihi & ſucceſſoribus meis vno quoque anno, competentibus terminis ſoluat, & Presbyter qui ibi fuerit mihi & Archidiacono & Archipresbytero, ſicut alii Presbyteri ſubiectus exiſtat.

Signum Gaufridi Epiſcopi.
S. Adelardi Decani.
S. Vvilelmi Archidiaconi.
S. Hilduini Præcentoris.
S. Goiſlini Subdecani.
S. Frodonis Succentoris.
S. Fulconis Archidiaconi.
S. Goiſlini Cancellarii.
S. Vvidonis Abbatis S. Ioannis.
S. Ernaldi Præpoſiti.
S. Vvarini Rob.
S. Raginbaldi de Caln.
S. Drogonis Monachi.
S. Landerici Monachi.
S. Lamberti Presbyteri.
S. Ioannis Presbyteri.

S. Morini Presbyteri.
S. Gaufredy Presbyteri.
S. Odonis Canonici.
S. Hugonis filii Frederici.
S. Adeleſmi de Anet.
S. Galcherii.
S. Gaulini de Leugis.
S. Guinemari de Caſtro-nouo.
S. Vvarini.
S. Raimberti Rotul.
S. Milonis.
S. Bernardi.

Qualiter & à quibus terra Roenuillæ in Martinianorum dominationem deuenerit.

Notitiæ fidelium tàm præſentium quàm futurorum commendare perſpeximus oportunum, qualiter vel à quibus perſonis tota terra Roenuillæ & ſerui deuenerunt in dominationem S. Martini & Monachorum eius. Goiſlenus de Leugis vir bonæ intentionis, & vxor eius nomine Odelina materque eius Ada, & filius eius Hugo conceſſerunt eidem S. Martino. Vnde fuerunt teſtes.
Stephanus Comes.
Ingelrannus Archidiaconus, fraterque eius Stephanus Vice-comes.
Adelardus Decanus.
Goiſlenus Subdecanus.
Vverricus Canonicus.
Morinus, Durannus, Mainardus, Canonici.
Vvilelmus Præpoſitus.
Vvido Præpoſitus.
Theobaldus frater Vvilelmi.
Galelandus.
Vvilelmus filius Aſcelini.
Paganus, Salomon, Viellus, Anſoldus.

Stephanus

Stephanus filius Rogerii.
Gaufridus de S. Petro.
Radulfus Cocus.

PRIORATVS B. MARIÆ DE HYENVILLA.

AVRELIANENSIS DIOCESIS.

Vbi debent eſſe Priore computato IV. Monachi.

Donum Regis Philippi I. de Altaribus Nouæ-Villæ & Hyenuillæ.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Philippus gratia Dei Rex Francorum, Omnibus tàm præſentibus quàm & futuris ſanctæ Genitricis Eccleſiæ filiis notum fieri volui, quoniam Pater meus piæ recordationis Rex Heinricus, Eccleſiæ B. Martini quam ante Pariſienſem vrbem conſtruxerat, cum cæteris beneficiis eidem Eccleſiæ deputatis, in pago Belſenſi duo Altaria Nouæ ſcilicet villæ atque Hienuillæ largitus eſt. Ego autem fauente matre atque Comite Balduino Regiæ domus curam gerente eadem Altaria, præfatæ Eccleſiæ regio iure eternaliter poſſidenda concedo. Actum Pariſius III. idus Nouembris Indictione XV. Anno regni Regis Philippi V. *An. 1065.*

De eodem Prioratu Ludouici VII. Francorum Regis, confirmatoria Carta.

An. 1143. IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Ludouicus Dei gratia Rex Francorum & Dux Aquitanorum. Notum fieri volumus tàm futuris quàm præſentibus, quod beneficia quæcumque & vbicumque ſint, quæ Henricus Rex ſiue alii prædeceſſores noſtri Monaſterio B. Martini de Campis & Eccleſiæ B. Mariæ quæ eſt apud Hyenuillam pro amore Dei in eleemoſinam contulerunt, nos habenda & poſſidenda eidem Eccleſiæ quemadmodum eorum temporibus tenuit & noſtris, in perpetuum concedimus, & quantùm ad noſtram pertinet Maieſtatem, regia authoritate confirmamus. Beneficia quidem iſta ſunt. Decima videlicet culturarum noſtrarum & quinta pars totius annonæ quæ eſt in grangia noſtra Hyenuillæ. Si quis autem eidem Monaſterio, & fratribus ibidem Deo ſeruientibus terram aliquam donauerit, & nos eis concedimus liberam & quietam ab omni conſuetudine & exactione præter decimam & campipartem, ſi hæc ipſa terra debuerit. Damus etiam & concedimus ſeruum quemdam apud Hyenuillam, Petrum videlicet filium Reinardi cum omnibus hæredibus ſuis iure perpetuo poſſidendum, conſuetudinem verò nullam in Curia Monachorum, ſiue in Clauſtro habemus, extrinſecus verò ab eorum hoſpitibus, in die ſolummodo qua Mercatum in villa eſt, omnem conſuetudinem nobis retinemus. Quod ne valeat obliuione deleri, ſcripto commendari præcepimus: & ne poſſit à poſteris infirmari, Sigilli noſtri authoritate & nominis noſtri Caractere ſubterfirmauimus. Actum publicè Lorredum. Anno Incarnati Verbi M. CXLIII. Regni noſtri VII. Aſtantibus in Palatio noſtro quorum nomina ſubtitulata ſunt & ſigna.

Signum Radulfi Dapiferi Viromandorum Comitis.
S. Guilielmi Buticularii.
S. Mathæi Camerarii.

S. Mathæi Conſtabularii.
Data per manum Cadurci Cancellatii.

Huic Cartæ illud ipſummet adpendet Sigillum quod ſuprà paginis 30. & 32. expoſuimus. quod hic repetere non fuit neceſſe.

Suppreſſio Sacriſtiæ dicti Prioratus.

VNiuerſis præſentes litteras inſpecturis. Frater Raimondus miſeratione diuina Eccleſiæ Cluniacenſis miniſter humilis ſalutem in Domino. Notum facimus quod cum certa diffinitio facta fuerit in Capitulo noſtro generali Cluniacenſi, celebrato anno præſenti, per Diffinitores eiuſdem Capituli cuius tenor talis eſt. Conſulunt Diffinitores Domino noſtro Cluniacenſi, quod Sacriſtiam Prioratus de Inuilla ſub Prioratu S. Martini de Campis, vniat dicto Prioratui de Inuilla ex certis cauſis quas nos Diffinitores à Priore S. Martini de Campis, audiuimus. Hinc eſt quod nos Abbas Cluniacenſis præfatus, attenta dicta diffinitione dictum Officium Sacriſtiæ de Inuilla, cum omnibus ſuis iuribus, fructibus, redditibus, prouentibus, & emolumentis ad ipſum Sacriſtiæ Officium pertinentibus & ſpectantibus quouiſmodo antedicto Prioratui de Inuilla, melioribus modo & forma quibus poſſumus & debemus, in perpetuum incorporamus, annectimus & vnimus per præſentes, ita quod cedente vel decedente dicto Sacriſta dicti Prioratûs de Inuilla, qui nunc eſt, aut aliàs quomodolibet dictam Sacriſtiam dimittente, liceat Priori dicti Prioratus pro tempore exiſtenti, poſſeſſionem dictæ Sacriſtiæ apprehendere & perpetuò retinere, ordinantia & cuiuſlibet alterius licentia minimè requiſita. Ita etiam quod Prior dicti Prioratûs de Inuilla, qui pro tempore fuerit, teneatur omnia onera dicti Officii Sacriſtiæ ſic vniti, ſupportare, & ibidem loco dicti Sacriſtæ, tenere vnum Religioſum pro diuino ſeruitio faciendo; taliter quod propter hoc non diminuatur diuinus cultus. Datum in noſtro Cluniacenſi Monaſterio ſub ſigillo

An. 1410.

De eodem Prioratu Ludouici V I I. Francorum Regis, confirmatoria Carta.

An. 1143. IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Ludouicus Dei gratia Rex Francorum & Dux Aquitanorum. Notum fieri volumus tàm futuris quàm præſentibus, quod beneficia quæcumque & vbicumque ſint, quæ Henricus Rex ſiue alii prædeceſſores noſtri Monaſterio B. Martini de Campis & Eccleſiæ B. Mariæ quæ eſt apud Hyenuillam pro amore Dei in eleemoſinam contulerunt, nos habenda & poſſidenda eidem Eccleſiæ quemadmodum eorum temporibus tenuit & noſtris, in perpetuum concedimus, & quantùm ad noſtram pertinet Maieſtatem, regia authoritate confirmamus. Beneficia quidem iſta ſunt. Decima videlicet culturarum noſtrarum & quinta pars totius annonæ quæ eſt in grangia noſtra Hyenuillæ. Si quis autem eidem Monaſterio, & fratribus ibidem Deo ſeruientibus terram aliquam donauerit, & nos eis concedimus liberam & quietam ab omni conſuetudine & exactione præter decimam & campipartem, ſi hæc ipſa terra debuerit. Damus etiam & concedimus ſeruum quemdam apud Hyenuillam, Petrum videlicet filium Reinardi cum omnibus hæredibus ſuis iure perpetuo poſſidendum, conſuetudinem verò nullam in Curia Monachorum, ſiue in Clauſtro habemus, extrinſecus verò ab eorum hoſpitibus, in die ſolummodo qua Mercatum in villa eſt, omnem conſuetudinem nobis retinemus. Quod ne valeat obliuione deleri, ſcripto commendari præcepimus: & ne poſſit à poſteris infirmari, Sigilli noſtri authoritate & nominis noſtri Caractere ſubterfirmauimus. Actum publicè Lorredum. Anno Incarnati Verbi M. CXLIII. Regni noſtri V I I. Aſtantibus in Palatio noſtro quorum nomina ſubtitulata ſunt & ſigna.

Signum Radulfi Dapiferi Viromandorum Comitis.

S. Guillelmi Buticularii.

S. Mathæi Camerarii.

S. Mathæi Conſtabularii.
Data per manum Cadurci Cancellarii.

Huic Cartæ illud ipſummet adpendet Sigillum quod ſuprà paginis 30. & 32. expoſuimus. quod hîc repetere non fuit neceſſe.

Suppreſſio Sacriſtiæ dicti Prioratus.

VNiuerſis præſentes litteras inſpecturis. Frater Raimondus miſeratione diuina Eccleſiæ Cluniacenſis miniſter humilis ſalutem in Domino. Notum facimus quod cum certa diffinitio facta fuerit in Capitulo noſtro generali Cluniacenſi, celebrato anno præſenti, per Diffinitores eiuſdem Capituli cuius tenor talis eſt. Conſulunt Diffinitores Domino noſtro Cluniacenſi, quod Sacriſtiam Prioratus de Inuilla ſub Prioratu S. Martini de Campis, vniat dicto Prioratui de Inuilla ex certis cauſis quas nos Diffinitores à Priore S. Martini de Campis, audiuimus. Hinc eſt quod nos Abbas Cluniacenſis præfatus, attenta dicta diffinitione dictum Officium Sacriſtiæ de Inuilla, cum omnibus ſuis iuribus, fructibus, redditibus, prouentibus, & emolumentis ad ipſum Sacriſtiæ Officium pertinentibus & ſpectantibus quouiſmodo antedicto Prioratui de Inuilla, melioribus modo & forma quibus poſſumus & debemus, in perpetuum incorporamus, annectimus & vnimus per præſentes, ita quod cedente vel decedente dicto Sacriſta dicti Prioratûs de Inuilla, qui nunc eſt, aut aliàs quomodolibet dictam Sacriſtiam dimittente, liceat Priori dicti Prioratus pro tempore exiſtenti, poſſeſſionem dictæ Sacriſtiæ apprehendere & perpetuò retinere, ordinantia & cuiuſlibet alterius licentia minimè requiſita. Ita etiam quod Prior dicti Prioratûs de Inuilla, qui pro tempore fuerit, teneatur omnia onera dicti Officii Sacriſtiæ ſic vniti, ſupportare, & ibidem loco dicti Sacriſtæ, tenere vnum Religioſum pro diuino ſeruitio faciendo; taliter quod propter hoc non diminuatur diuinus cultus. Datum in noſtro Cluniacenſi Monaſterio ſub ſigillo An. 1410.

noſtro die XXIV. menſis Aprilis, anno Domini M. CCCCX. Signatum I. Giuaneti.

PRIORATVS S. EVTROPII DE CHOISIACO.

MELDENSIS DIOCESIS.

Vbi debent eſſe Priore computato IV. Monachi.

Conceſsio eiuſdem Altaris, per Manaſſem Epiſcopum Meldenſem.

An. 1135. IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Attenditur in Monaſteriis vigere ſeruitium Dei, quia veri Monachi temporalium amorem atque ſolicitudinem omninò abiiciunt, & ideo ſolis diuinis obſequiis mancipati Deo liberiùs & deuotiùs famulantur. Incumbit igitur Eccleſiarum rectoribus, vt pro Dei amore eorum prouideant tranquillitati & paci, quos in regimine ſuo videant regulariter viuere, & in Chriſto per omnia ſuis Epiſcopis obedire. Vnde ego Manaſſes Dei gratia Meldenſis Epiſcopus, àttendens eam quæ in præſenti videtur religionem & piam conuerſationem Monachorum B. Martini de Campis, Eccleſiam de Choiſiaco ipſis & eorum ſucceſſoribus à prædeceſſore noſtro bonæ memoriæ Burchardo Epiſcopo datam, in perpetuum poſſidendam concedo, cum candelis etiam de Purificatione B. Mariæ, cum tortellis de feſtiuitate ſancti Stephani, cum XVIII. denariis infra XLI. dies Natalis Domini à Pres-

bytero perſoluendis, cum decimis tàm maioribus quàm minoribus ad eandem Eccleſiam & ad Capellam de Mairoliis pertinentibus. Quæ videlicet omnia à prænominato prędeceſſore noſtro prædictis Monachis iam data fuerant. Præterea fratrum in Eccleſia de Choiſiaco Deo famulantium paupertati compatiens, conſilio Domini Gaufridi Carnotenſis Epiſcopi, & Apoſtolicæ ſedis Legati, & aliarum religioſarum perſonarum, aſſenſu etiam Donni Harpini Decani noſtri, Theobaldi Archidiaconi, Stephani Præcentoris & totius Capituli, eiuſdem fratribus XL. ſolidos ſingulis annis à Presbytero de beneficiis eiuſdem Eccleſiæ perſoluendos concedo, ſcilicet decem in natale Domini, decem in Paſcha, decem in Pentecoſte, decem in feſtiuitate Omnium ſanctorum. Dono etiam prædictis fratribus medietatem ceræ & candelarum eiuſdem Eccleſiæ per totum annum. Medietatem quoque ceræ & candelarum de feſtiuitate S. Georgii in Capella de Mairoliis, & tortellos de feſtiuitate S. Stephani in eadem Capella. Præſentationem Presbyteri in Eccleſia de Choiſiaco, qui nullatenus ad Altare Monachorum cantare aut aliquid accipere præſumat. Concedo etiam Altare de Marolio, ſaluo in omnibus iure Pontificali. Vt hæc igitur rata in perpetuum & inconcuſſa permaneant, ſigilli noſtri authoritate & impreſſione confirmamus & corroboramus. Et ſi quis contraire præſumpſerit, Anathemati ſubiaceat.

Signum Harpini Decani.
S. Theobaldi Archidiaconi.
S. Stephani Præcentoris.
S. Odonis Præpoſiti.
S. Rai...... Sacerdotis.
S. Pagani Sacerdotis.
S. Arnulfi Sacerdotis.
S. Petri Diaconi.
S. Odonis Diaconi.
S. Hugonis Diaconi.
S. Bartholomæi Subdiaconi.

S. Adæ Subdiaconi.
S. Radulfi Subdiaconi.
S. Fromundi pueri.
S. Ioannis pueri.
S. Amaurici pueri.
Acta ſunt hæc anno Incarnationis Domini M. CXXXV. Indictione XIII. anno autem Ordinationis Domni Innocentii Papæ VI. Ordinationis noſtræ II.

PRIORATVS S. MARTINI DE CRECIACO.

MELDENSIS DIOCESIS.

Vbi debent eſſe Priore computato, tres Monachi.

Carta Burchardi Meldenſis Epiſcopi.

An. 1122. TOtius Conditor Dominus creaturæ, dolens antiquî fraude ſerpentis genus humanum perire, ſuum ad nos Filium dignatus eſt mittere, cum ſua miſeratione mouente, qui naturam liberaret humanam ab æterna damnatione, cui Eccleſiam vti ſponſam placuit ſociare, & ſic eam in toto mundo per fideles ſuos voluit ſublimare. Quapropter ego Burchardus Dei gratia Meldenſis Epiſcopus Eccleſiæ humilis Miniſter, dedi in perpetuum poſſidendam Eccleſiam de veteri Creceio, cum atrio omnibuſque appenditiis ſuis, Eccleſiæ B. Martini de Campis, Stephano Rorici filio concedente ea omnia quæ iure hæreditario ibidem obtinere

ſolebat. Theobaldo Comite preſente, Domno Andrea de Baudimento laudante, ea quæ ad eum pertinebant. Si quis autem, quod abſit, hoc noſtrum donum immutare tentauerit, gladio S. Spiritus eum percutimus, donec malitiam ſuam digna ſatisfactione correxerit. Huius Cartulæ munimentum approbant iſti ſubſcripti, qui etiam interfuerunt.
Galerannus Archidiaconus.
Manaſſes Archidiaconus.
Stephanus Præpoſitus.
Petrus Clericus.
Hugo de Miniaco.
Stephanus Conuerſus, per cuius manum Cartula hæc data eſt. Anno ab Incarnatione Domini M. CXXII. Anno Ludouici Regis XVII. anno Pontificatus Burchardi III.

De Controuerſia in Eccleſia de Creceio.
Manaſſis Epiſcopi Meldenſis Carta.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Manaſſes Dei gratia Meldenſis Epiſcopus, Theobaudo Priori B. Martini de Campis ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum Notum fieri volumus tàm præſentibus quàm poſteris, quòd controuerſia illa quæ erat inter Eccleſiam B. Martini de Campis, & Dominum Gauterium Canonicum noſtrum de Eccleſia de veteri Creceio, in hunc modum ſopita eſt. Vvalterius ſiquidem tàm de prædicta Eccleſia quàm de omnibus eius appenditiis in manus noſtras ſeſe deueſtiuit, nos verò de eadem Eccleſia & eius appenditiis Theobaldum Priorem S. Martini de Campis ipſius aſſenſu inueſtiuimus. Prædictus deinde Prior ipſam Eccleſiam præfato Gauterio in vita ſua tenendam, tali conditione conceſſit, quòd ſingulis annis ſæpedictus Gauterius de redditibus ipſius Eccleſiæ viginti ſolidos Pruuinienſis monetæ Monachis ibidem habitantibus reddet. Si verò caſu aliquo Monachi defuerint, Priori & Monachis B. Martini, vel miſſo eorum perſoluet, medietatem ſcilicet in Paſcha, alteram verò medietatem in *An.* 1137.

feſtiuitate Omnium ſanctorum. In menſe etiam Auguſto ſextarium annonæ, minam videlicet vnam frumenti, alteram trameſii, & in tribus illis ſolennitatibus in quibus prædictus Gauterius oblationes ſolet accipere, panem vnum cum candela prædictus Prior ſibi retinuit. De cætero verò quicquid toto anno ad manum Monachorum venerit, vel etiam quicquid ſeu à defunctis, ſeu à viuis eis dimiſſum fuerit, totum ipſorum erit; hoc excepto quod in illis feſtiuitatibus tantùm quæ ferientur à populo, & in Dominicis diebus ex quo Sacerdos Miſſam cantare inceperit, Monachus non cantabit, donec Sanctus Sanctus dicatur. Si verò neceſſitas Monachum cantare coegerit, in ſpatio illo oſtia claudet, & nullum Parochianorum recipiet. Deinde diffinitum eſt, quod Canonici de Creccio qui aliud Cimiterium non habent niſi in prædicta Eccleſia, cum mortuum ſuum ſibi ſepeliendum attulerint; quicumque ſeu de Clericis ſeu de Monachis Miſſam, ſiue vnam ſiue plures celebrauerint, beneficium illud tam Monachis quam Clericis per medium diuidetur. Statutum eſt etiam quod Monachis non licebit de Eccleſia illa Sacerdotem remouere vel alium introducere, quamdiu Domnus Vvalterius eam tenuerit. Defuncto verò ipſo Vvalterio, vel de ſeculo ad Religionis propoſitum Dei nutu promoto, Monachorum erit Eccleſiæ ſuæ Presbyterum quærere & Epiſcopo præſentare. Quod ſi inter Monachos & eundem Vvalterium aliqua forte querela ſurrexerit, quæ Cauſidicorum diſceptationibus egeat, in preſentiá noſtra deducenda eſt, ibique Domnus Vvalterius noſtra cenſurá quod iuſtum fuerit exequetur. Poſtremo etiam diffinitum eſt, à modo Monachis licere circa illud Monaſterium domos ſuas edificare ex quacumque parte voluerint, hoc tantummodo determinato quod ſi infra ædificia ſua domum alicuius occupauerint, pacem congruam cum ipſo facere procurabunt. Quod vt ratum & inconcuſſum permaneat, præſenti Schedula adnotari, & ſigilli noſtri authoritate præcepimus corroborari. Huic facto laudabiles perſonæ interfuerunt, & nomina ſua ſubſcribi præceperunt.

Signum

Signum Natalis Abbatis Resbacenſis.
S. Serlonis Abbatis S. Luciani.
S. Heliæ Cagienſis Abbatis.
S. Odonis Subprioris S. Martini.
S. Gamonis Gornacenſis Prioris.
S. Rogerii Prioris de Choſeio.
S. Hugonis Prioris de Criſpeio.
S. Vvilelmi Monachi de Resbac.
S. Amaurici Monachi de Colunnis.
S. Vvidonis Monachi de Charle.

De Canonicis etiam Meldenſibus.

S. Hugonis Decani.
S. Theobaldi Archidiaconi.
S. Pagani & Rainoldi Presbyterorum.
S. Rainaldi Diaconi.
S. Biſelli, Guibaldi, Adæ, Vrſionis, Subdiaconorum.

Actum eſt hoc Meldis in domo Epiſcopali, aſſenſu Capituli, anno ab Incarnatione Domini M.CXXXVII. Regnante Ludouico Rege Francorum, Ludouico patre ſuo eodem anno defuncto, Henrico etiam Metropolitanæ Senonenſi Eccleſiæ preſidente. Theobaudo Bleſenſi Conſulatum adminiſtrante.

Præfatorum Burcardi & Manaſſis Meldenſium Epiſcoporum, donum confirmat & approbat Innocentius II.

INnocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Theobaldo Priori & fratribus Monaſterii B. Martini in Campis tàm præſentibus quàm futuris regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Quæ piis & religioſis locis, largitione Epiſcoporum, liberalitate Regum conferuntur, libenti animo Apoſtolicæ ſedis munimine roboramus. Eapropter dilecti in Domino filii Eccleſiam de veteri Creccio cum atrio omnibuſque ſuis appenditiis, à venerabilibus fratribus noſtris Burcardo Meldenſi Epiſcopo, vobis pia deuotione donatam, & à Manaſſe ipſius ſucceſſore poſtmodum con- An. 1138.

firmatam, vobis veſtriſque ſucceſſoribus & per vos Monaſterio B. Martini in pepetuum præſentis ſcripti pagina confirmamus. Statuentes vt nulli omninò hominum liceat eandem donationem infringere vel mutare, aut huic noſtræ confirmationi auſu temerario contraire. Si quis autem hoc audaci præſumptione attentauerit, iram Dei Omnipotentis, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius incurrat. Datum Lat. per manum Almerici S. R. E. Diaconi Cardinalis & Cancellarii III. idus Aprilis, indictione I. Incarnationis Dominicæ anno M. CXXXVIII. Pontificatûs verò Domni Innocentii Papæ II. anno IX.

Fuiſſe olim iuris, Prioris S. Martini de Creciaco eam quæ proxima eſt (ſed trans amnem) B. Mariæ Capellam. Verùm Martiniani noſtri Prioris aſſenſu & conceſſione, Canonicos in ea ab Epiſcopo Meldenſi fuiſſe inſtitutos, retenta tamen pro dicto Priore de Crecy in eadem Præbenda, & Presbyteri Parochialis præſentatione, vt ſequitur.

An. 1208. VNiuerſis preſentes litteras inſpecturis. Petrus humilis Prior S. Martini de Campis Pariſien. & totus eiuſdem loci Conuentus ſalutem in Domino. Notum facimus quod nos litteras bonæ memoriæ Anſelli quondam Meldenſis Epiſcopi, vidimus & legimus ſanas & integras, non abolitas nec vitiatas in aliqua parte ſui, & ſigillo eiuſdem Epiſcopi ſigillatas, ac ipſas de verbo ad verbum ſub ſigillis noſtris tranſcribi & exemplari fecimus, ſeriem huiuſmodi continentes.

Ego Anſellus Dei gratia Meldenſis Epiſcopus, vniuerſis ad quos præſentes litteræ peruenerint, in Domino ſalutem, Nouerit vniuerſitas veſtra, quod cum Capella quæ eſt iuxta Creceium ſpectaret ad donationem Prioris S. Martini de Creceio, ita quod Capellanus ibi deſeruiens in præcipuis ſolennitatibus nonniſi quatuor denarios de oblatione haberet. Prior S. Martini de Campis (ad cuius dignitatem prædictus pertinet Prioratus) nobis benignè conceſſit vt ibi

Canonicos inſtitueremus. Nos itaque cultum Domûs Domini augere volentes, hoc modo prouidimus, quod Prior S. Martini de Creccio (quoniam Capella ſuæ donationis erat) ibi Præbendam habeat integram & perpetuam, quam ſua ſeptimana deſeruiat, tantummodo Miſſam celebrando per ſe, vel per alium deprecando. Quinetiam quotieſcumque Presbyter Parochialis de medio ceſſerit, vel alio modo mutatus fuerit, alium idoneum eliget, quem ad curam ſuſcipiendam nobis præſentabit, qua ſuſcepta, fidelitatem iurabit Priori & Canonicis & nobis obedientiam, qui propter Præbendam ſuam XL. ſolidos pro procuranda Parochia, ſtatutis terminis, de communi recipiet & nihil ampliùs poterit exigere, niſi quod pro viſitatione infirmorum facta extra Eccleſiam, ei vel cuilibet Vicario Canonicorum miſericorditer tribuetur, Nos autem omnes alias Præbendas, ſic vt vacauerint, donabimus. Ita tamen quod Præbenda quæ nunc eſt Iſembardi, Presbytero de cætero conferetur, vel tali perſonæ quæ infra annum in Presbyterum ſe iurauerit ordinari. Omnia verò annualia quocumque modo vacauerint, mutata perſona, ſiue viua, ſiue mortua, erunt Prioris S. Martini de Creccio. Adiectum eſt etiam, quod ſi quis prędictorum Canonicorum poſt feſtum B. Ioannis Baptiſtæ deceſſerit, fructus Præbendæ ſuæ integrè percipiet, Sed quoniam ibi ſunt pauci Monachi, officia eorumdem annualium apud S. Martinum de Campis (qui caput eſt loci illius) agentur in Conuentu. Legata quoque ſi facta fuerint Eccleſiæ S. Martini de Creccio communia erunt, ſi Eccleſiæ S. Mariæ de Capella, communia erunt; ſi Canonicis non nominato Priore, tamen Prior ſuam in eis partem habebit, quoniam Concanonicus eſt. Si Monachis expreſsè, non nominatis Canonicis, propria erunt Prioris, ſiue ſit de mobili, ſiue de immobili. Statutum eſt etiam quod nullus Canonicus celebrabit Miſſam ad maius Altare S. Martini, niſi de licentia Prioris, quoniam habent ibi Altare proprium. Si ad diem feſtum Capellæ, videlicet in Aſſumptione B. Mariæ cõuenerint Canonici de Creccio, procurentur de com-

muni, ſicut ad hæc tempora obtinuit conſuetudo. Si autem Canonici de Capella epulari voluerint, non erit procuratio de communi, ſed vnuſquiſque de ſuo, ſua ſe voluntate procurabit & vocabit ad menſam ſuam quos voluerit. Si Canonici de Caſtello de Creceio corpora ſepelienda apud S. Martinum detulerint, medietas oblationis erit ipſorum, & altera propria erit Prioris. Nullus percipiet fructus Præbendæ ſuæ de Capella, nec in toto, nec in parte, niſi ſit reſidens in Eccleſia, & ibi Deo deſeruiat, vel niſi in ea vicarium pro ſe habeat, præter Archidiaconum Brienſem, qui perpetuus eſt ibi Canonicus, & vbicumque ſit fructus Præbendæ ſuæ integrè percipiet, qui nullam procurationem in Eccleſia, ſiue in Canonicis, aut Iuriſdictionem aut poteſtatem in eorum famulos habebit. Nos autem procurationem noſtram, Sinodum & Circadam & omnem exactionem in perpetuum eis dimiſimus, ita tamen quod in feſto S. Andreæ pro recognitione noſtri iuris ex Canonicis Bizantium vnum habebimus. Nos autem Iuriſdictionem, poteſtatem, in Capella dicta, & in Canonicis & in eorum familiis nobis retinuimus. Ad hæc preſentatio Eccleſiæ de Buletia ad Canonicorum donationem pertinet. Quod vt ratum & inconcuſſum permaneat, paginam ſigilli noſtri munimine dignum duxi roborari. Actum eſt hoc anno Incarnati Verbi M. CCII. menſe Decembri. Item alias litteras bonæ memoriæ Fratris Vvilelmi, quondam prædeceſſoris noſtri Prioris S. Martini de Campis Pariſ. & eiuſdem loci Conuentus, vidimus ac legimus, ſanas & integras, & eas ſub ſigillis noſtris tranſcribi fecimus in hæc verba.

Ego frater Vvillelmus Prior S. Martini de Campis, & eiuſdem loci Conuentus, notum fieri volumus præſentibus & futuris, quod ad petitionem Domini Ancellini Meldenſis Epiſcopi, conceſſimus vt in Eccleſia B. Mariæ de Capella, quæ ad donationem noſtram ſpectabat, Canonici inſtituerentur, tali pacto quòd in eadem Eccleſia vnam Præbendam perpetuam habebimus, & aliam Presbytero Parochiali conferemus. Presbytero verò decedente, vel alio quo-

quomodo cedente alium eligemus, & Epiſcopo præſentabimus qui eum de cura inueſtiet. Notandum vero eſt quòd Prior faciet hebdomadam ſuam tantummodo ad Miſſam per ſe, vel per alium. Annualia quoque Præbendatum quomodo mutantur habebimus, & Officium in Conuentu B. Martini pro Canonicis defunctis fiet; & breuia nominum eorum, ſicut & de Monachis & familiaribus mutantur. Oblationes verò quas percipiebamus in feſtiuitate Omnium ſanctorum & in natali cum tortellis S. Stephani, & in Purificatione S. Mariæ omnino dimiſimus. Notandum etiam quod omnes oblationes tàm in Capella, quàm in Monaſterio noſtro communes ſunt, excepto quod quando Canonici de Creceio corpora ſua in Cimiterio noſtro tradiderint, media pars oblationum, ipſorum erit, reliqua erit propria Monachorum. Quod vt ratum permaneat, ſigilli noſtri impreſſione roboramus. Anno Incarnati Verbi M. CCII.

Nos autem omnia & ſingula contenta & expreſſa in litteris ipſius Epiſcopi & prædeceſſorum noſtrorum Prioris & Conuentus S. Martini prædicti, ratificamus, approbamus & acceptamus, volentes ea teneri firmiter inperpetuum & inuiolabiliter obſeruari, ac Priorem & Monachos Prioratus noſtri S. Martini de Capella iuxta Creciacum, & eorum ſucceſſores, qui pro tempore fuerint, ad ea omnia & ſingula tenenda & obſeruanda compelli, quotiens opus fuerit, virtute præſentis tranſcripti, ſine exhibitione Originalium prædictorum., ſtatuentes etiam & volentes quod preſens tranſcriptum robur ipſorum Originalium in perpetuum habeat & virtutem.

In cuius rei teſtimonium ſigilla noſtra duximus apponenda. Datum anno Domini M. CCVIII. menſe Aprili.

Quinque ſequentium defuerunt mihi documenta.

PRIORATVS
SANCTI NICOLAI
DE MARNOA MONACHORVM.
MELDENSIS DIOCESIS.

Vbi debent eſſe Priore computato, tres Monachi.

PRIORATVS
S. SIMPHORIANI
DE BONNELLA.
CARNOTENSIS DIOCESIS.

Vbi cum Priore vnus Monachus commorari debet.

Notandum etiam ſub eiuſdem tecto ineſſe Parochialem Eccleſiam ſub inuocatione ſanctorum Geruaſij & Prothaſij.

PRIORATVS S. LEONORII
DE BELLOMONTE AD YSARAM
fluuium. Beluac. Dioceſis.

Vbi debent eſſe Priore computato VII. Monachi.

PRIORATVS B. MARIÆ DE DOLOMONTE.

PARISIENSIS DIOCESIS.

Vbi debent eſſe Priore computato VII. Monachi.

Sub cuius tecto ineſt Eccleſia Parochialis S. Mariæ Magdalenæ.

Item Capellania ad Altare Beati Iacobi, fundata per Dominum Iacobum de Villaribus Dominum de Dolomonte anno 1266.

PRIORATVS B. MARIÆ DE PRINGIACO.

SENONENSIS DIOCESIS.

Vbi debent eſſe Priore computato tres Monachi.

Item ſub eodem tecto, Cura Parochialis S. Petri.

PRIORATVS B. MARIÆ DE INSVLA ADÆ.

BELVACENSIS DIOCESIS.

Vbi debent eſſe Priore computato IV. Monachi.

Conceſſio eiuſdem Prioratus, per Odonem II. Beluacen. Epiſcopum.

An. 1148. OMnibus qui authore Deo Paſtorali curæ inuigilant, neceſſe eſt plus prodeſſe, quàm præeſſe. Quod ego Odo Beluacenſis Epiſcopus ſecundus, implere deſiderans & religioſam vitam Monachorum S. Martini de Campis agnoſcens, ipſis eorumque ſucceſſoribus Eccleſiam B. Mariæ de Inſula-Adam in perpetuum poſſidendam concedo cum appenditiis ſuis. Quæ de manu laica liberè & omninò abſolutè per manum noſtram expoſita eſt, & in ſinum matris Eccleſiæ reſtituta, donumque inde factum præfatis fratribus præſentis paginæ, & ſigilli noſtri atteſtatione firmauimus. Inſuper approbamus & ſancimus compoſitionem factam inter Priorem eiuſdem Monaſterii Domnum Odonem ſecundum, & Capellanum Eccleſiæ de Meru, ſuper medietate redditus ipſius Eccleſiæ. Quæ compoſitio huiuſmodi eſt, quod pro medietate quam ibi habebant, ſeptem libras Beluacenſis monetæ Capellanus Cellerario vel Priori perſoluet ſingulis annis in perpetuum. Confirmamus etiam in Eccleſia de Prateriis viginti ſolidos pariſienſis monetæ

netæ prædictis fratribus de beneficiis ipſius Eccleſiæ, perſoluendos à Capellano ibidem per ſucceſſiones in perpetuum ſeruituro.
Horum teſtes affuerunt.
Yuo Decanus.
Theobaldus Archidiaconus.
Ioannes Archidiaconus.
Odo Cantor.
Simon Subcantor.
Mathæus Diaconus.
Vvilelmus Subdiaconus.
Actum anno Verbi incarnati M. CXLVIII.

Fuiſſe olim in dicto Prioratu Parochialem Curam, at ſublatam vnitamque Eccleſiæ de Nogent, conſtat ex ſequente Simonis Beluacen. Epiſcopi Carta.

VNiuerſis præſentes litteras inſpecturis. Simon miſeratione diuina Beluacenſis Epiſcopus ſalutem in Domino ſempiternam. *An. 1304.* Sicut ad ſummum Pontificem pertinere dignoſcitur Epiſcopatus vnire, ac poteſtati ſubiicere alienæ; ſic eſt noſtri, etiam cuiuſlibet, alterius Epiſcopi Eccleſiarum vnio & ſubiectio earumdem. Hinc eſt quod cum homines & cæteri inhabitantes inter duos Pontes villæ de Inſula-Adæ noſtræ Dioceſis, hactenus conſueuiſſent percipere Eccleſiaſtica Sacramenta à Curato dictæ villæ in Eccleſia Monachorum dicti loci Cluniacenſis ordinis, & in eorum Cemiterio ſepeliri. Nos conſiderantes & attendentes fore neceſſarium & vtile propter cauſas inferiùs annotatas, Eccleſiam Parochialem & curam animarum hactenus habitam in dicta villa de Inſula-Adæ, Eccleſiæ Parochiali & Curæ de Nogento, noſtræ prædictæ Dioceſis vnire, tùm propter paupertatem dictæ Eccleſiæ in qua nihil aliud Curatus percipiebat, nec habebat in eadem, niſi quod recipiebatur ad menſam Prioris dicti loci, & ad hæc miniſtrabantur eidem pro quibuſdam ſuis neceſſariis habendis XL. ſoli-

di pariſienſes tantummodo à Priore de Inſula-Adæ ſupradicto; & cætera emolumenta dictæ Eccleſiæ vndecumque prouenientia, in vtilitatem Prioratus & Monachorum dicti loci redundabant. Tùm quia rarò aut numquam inueniebatur aliquis qui vellet dictæ Eccleſiæ deſeruire, & onus curæ eiuſdem in ſe aſſumere propter Parochianorum paucitatem. Nam vbi plures ſunt, magis ſolennia cum deuotione celebrantur, & ſermo Dei ſæpius & communiùs prædicatur. Tum quia abſque viarum periculis & locorum diſtantiis, dicti Parochiani de Inſula-Adæ ad præfatam Eccleſiam de Nongento ire poterunt, pro percipiendis Sacramentis Eccleſiaſticis ab eiſdem, & diebus conſuetis in eadem. Dictam Eccleſiam & Parochianorum Curam dictæ villæ de Inſula-Adæ ex voluntate & expreſſo conſenſu venerabilium Religioſorum virorum Fratris Odonis Prioris S. Martini de Campis Pariſiis, cuius Eccleſiæ de Inſula-Adæ præſentatio ad ipſum, ratione iuris Prioratus dignoſcitur pertinere, fratriſque Odonis, Prioris de Inſula-Adæ ſubiicimus & vnimus prædictæ Eccleſiæ de Nongento. Ita quod Parochiani de Inſula-Adæ qui ſunt, & qui pro tempore fuerint; recipiant Eccleſiaſtica Sacramenta, & recipere debebunt in dicta Eccleſia de Nongento, & in Cemiterio eiuſdem ſepelientur corpora eorumdem, & ſepeliri debebunt in futurum, niſi aliquis ſeu aliqua ex deuotione ſua, ſepulturam vellet eligere in Eccleſia vel Cimiterio Monachorum de Inſula-Adæ, de voluntate & licentia Prioris dicti loci, ſaluo tamen iure Parochiali Presbytero qui pro tempore fuerit inſtitutus in dicta Eccleſia de Nongento. Cuius perſonæ preſentatio, pertinebit ad Abbatem S. Martini iuxta Pontiſaram, ad quem dictæ Eccleſiæ præſentatio de iure & conſuetudine anteà pertinebat. Et quia qui Altario ſeruit, debet viuere de Altari, cùm qui ad onus eligitur, repelli non debet à mercede, dictus Prior de Inſula-Adæ, authoritate, voluntate & aſſenſu Prioris S. Martini de Campis prædicti, nomine dicti Prioratus, de Inſula-Adæ & pro ipſo in recompenſatione dictæ menſæ & cæterorum om-

nium quæ Curati de Inſula-Adæ hactenus habuerunt in dicto Prioratu dat, quittat, deliberat, & remittit in perpetuum decem ſextaria grani, per medium bladi & auenæ, dicto Curato de Nongento, nomine ſuæ Eccleſiæ, vt ipſe vberiùs Deo valeat famulari, & Parochianis proficere ad ſalutem. Quæquidem decem ſextaria grani, Prior dicti loci de Inſula-Adæ nomine dicti Prioratus ſui percipiebat, & habebat annuatim in grangia dicti Curati de Nongento. In quibus decem ſextariis grani idem Curatus nomine ſuæ Eccleſiæ, Priori de Inſula-Adæ, vt dictum eſt, tenebitur. Item minutas decimas cum quibus Parochialibus omnibus Parochianorum prædictorum percipiet & habebit. Ita tamen, quod Eccleſia de Inſula-Adæ cum Altari in quo dictus Curatus celebrare ſolebat, in eadem........ & cętera quæ Prior dicti loci ſiue prædeceſſores hactenus conſueuerunt percipere in dicta Eccleſia, nomine ipſius & pro ipſa, penes dictum Priorem, ratione ſui Prioratus remanebunt, exceptis minutis decimis & iuribus Parochialibus, vt dictum eſt, in prædictis. Quæ omnia & ſingula pro vobis & ſucceſſoribus veſtris promittimus perpetuis temporibus obſeruare, & obſeruari facere à Curato de Nongento qui nunc eſt, & ſuis ſucceſſoribus in futurum. In cuius rei teſtimonium, ſigillum noſtrum prçſentibus litteris duximus apponendum. Actum anno Domini M. CCC. die Lunæ poſt feſtum Beati Laurentij.

PRIORATVS
B. MARIÆ
DE ARENIS.
AMBIANENSIS DIOCESIS.

Vbi debent eſſe Priore computato V. Monachi.

Stephani Comitis Albæ-marlæ Carta.

NOtum ſit omnibus ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis preſentibus & futuris. Quod ego Stephanus Comes Albæ-marlæ, concedente Comitiſſa Hauiſa coniuge mea, & patre eius Radulfo de Mortuo-mari (ex eorum enim hereditate erat) communicato cum hominibus noſtris conſilio, do & concedo Deo & S. Martino de Campis quicquid habebam in Eccleſiis de Arenis, pro redemptione animæ meę & coniugis meæ prædictæ Hauiſæ, & præfati Radulfi de Mortuo-mari, & Mileſendæ coniugis eius iam defunctæ, & omnium anteceſſorum meorum & illorum. Pręſente donno Theobaldo Priore S. Martini de Campis, & multis teſtibus. Quorum iſta ſunt nomina.

Gaufredus, filius Fulconis.
Berengarius de Alniaco.
Vvilelmus Biſola.
Oilardus, Baloſellus.
Vvilelmus Capellanus.
Vvarinus de Arenis, Theſaurarius Ambianenſis.
Et vt hoc donum ſtabile & inconcuſſum in futuris tempori-

bus & generationibus permaneat, ad comprobationem & ſtabilitatem futurorum, Cartulam iſtam ſigilli mei impreſſione confirmaui.

Pactum inter fratres Eccleſiæ de Selincurte & Monachos S. Mariæ de Arenis.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Nota ſit omnibus tàm præſentibus quàm futuris iſta memorialis actio pactionis quæ facta eſt inter fratres Eccleſiæ S. Petri de Selincurte, & Monachos Eccleſiæ S. Mariæ de Arenis, atque ſub preſenti Cyrographo conſignata, & vtriuſque Capituli, ſcilicet S. Martini de Campis, ſanctique Petri de Selincurte atteſtatione conceſſa, & ſigillorum impreſſione confirmata; ita ſanè vt quicquid in territorio de Riſluez, atque in territorio de Aldan-vilete & de Muntennoles Monachi poſſidebant, necnon & decimam de Butlainuilcir de qua contentio inter eoſdem Monachos & Engelramnum de Suacemunt erat, Eccleſiæ S. Petri de Selincurte ex integro conceſſerunt, tali quidem annuo cenſu, vt in feſto Sanctorum Omnium duos modios de frumento meliori del faiel, & duos auenæ plenaliter ad menſuram de Arenis, ipſis Monachis fratres perſoluant. Facta eſt autem huius actionis pactio anno Incarnationis Dominicæ M. CL. *An. 1150.*

Gualtero exiſtente Abbate de Selincurte, &

Simone S. Martini de Campis Priore, &

Simone Priore de Arenis, &

Vvicardo Priore de Selincurte.

Iſti ſunt teſtes.

Frater Alelmus.

Frater Amalricus.

Radulfus nobiliſſimus Princeps de Arenis, & fratres eius.

Gualterus & Hugo.

Engelrannus, Clericus de Toflez.

Nicolaus Subprior.

Radulfus Monachus.

Petrus Sacriſta.

Poſſeſſiones & eleemoſinas eidem loco olim tributas, confirmat, & ſub Eccleſiaſtica protectione ſuſcipit Theobaldus Ambianenſis Epiſcopus.

An. 1180. IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Theobaldus Dei miſeratione Ambianenſis dictus Epiſcopus, dilectis in Domino filiis Simoni Priori & fratribus Monaſterii Sanctæ Mariæ de Arenis, & ſucceſſoribus eorum, in Domino ſalutem. Quoniam exiguis momentis ſtatus rerum humanarum innouatur, vt plerumque aut obliuione intercidat, aut ſequens poſteritas etiam quod pia deuotione anteceſſorum Eccleſiæ Dei collatum eſt, diſtrahere aut omnino alienare contendat. Dilecte in Domino fili, Simon Prior collectis in vnum quæ Monaſterio tuo collata à tempore anteceſſorum tuorum intelligis, vel etiam te procurante in ius & proprietatem Monaſterii tui per eleemoſinam deueniſſe recognoſcis, ad maiorem firmitatem & memoriam perpetuandam, tàm noua quàm vetera in vnum corpus redigi, & à nobis poſtulas confirmari. Bonam igitur in hac petitione tua intentionem, & laudabilem erga domum tuam, de prouidenda ſuarum rerum ſtabilitate ſolicitudinem attendentes, poſſeſſiones & eleemoſinas quas Monaſterium tuum iuſtè & Canonicè vſque ad hanc diem dignoſcitur poſſediſſe, Sub Eccleſiaſtica protectione ſuſcipimus, & Pontificali authoritate confirmamus, ex quibus hæc propriis duximus nominibus diſtinguenda. Tertiam videlicet partem decimæ quæ ad caſam pertinet, in territorio de Meſliereſchart, de eleemoſina Radulfi de Meſliereſchatt, & Guidonis fratris eiuſdem Radulfi & hæredis & Petri, & Goſſelini filiorum ipſius Guidonis. Cuius rei teſtes ſunt.

Gualterus Presbyter de Meſliereſchart.
Erluinus Presbyter S. Dionyſii.
Theobaldus Capellanus S. Mariæ Arenſis.
Guido Iunior de Meſliereſchart.

Vvilelmus de Andan.
Benedictus Matons.

De eleemoſina autem Leonardi de Arenis, conceſſione Domini ſui Radulfi de Arenis, à tempore Domni Theoderici Anteceſſoris noſtri bonæ recordationis primò facta, & poſtmodum in morte ipſius Leonardi, conceſſione filiorum ſuorum Gebon & Bernardi & Domini ſui Henrici filii Radulfi firmata, quartam partem vniuerſorum piſcium totius trauerſi de Arenis ad vſum Monachorum. Huius eleemoſinæ teſtes ſunt.

Erluinus & Theobaldus, Presbyteri.
Fulco, Aubertus, Clerici de Arenis.
Hugo de Dunrech.
Guido de Meſlicreſchart.
Robertus Grumet.
Radulfus Ricomme.

De eleemoſina Fulconis Guuion de Arenis, conceſſione Domini ſui Radulfi de Arenis facta, ſextam partem decimæ totius territorii de Verreſiis, quæ ad caſam pertinet, aſſenſu filiorum ſuorum Adam & Radulfi firmata. Cuius rei teſtes ſunt.

Yuo Decanus de Arenis.
Bernardus Presbyter de Verreſiis, &
Paulus, nepos eius.
Erluinus & Theboldus Presbyteri, &
Elinandus nepos Theoboldi.
Radulfus Goujons, &
Oilardus frater eius.
Eremboldus de Metegny.
Fulco præpoſitus de Verreſiis.
Bernardus de Verreſiis, &
Filius eius Vvalterus.
Vvalbertus Matons.

Porrò in eadem decima ſextam partem tertiæ partis, quæ pertinet ad Altare de eleemoſina Gebon de Vvahen. Hæc igitur ſingulis diſtincta capitulis, & ſicut de teſtimonio pro-

babilium perſonarum accepimus, quietè poſſeſſa tibi & Monaſterio tuo perpetuò manſura confirmamus. Et ne ab aliquo hæc noſtra confirmatio in poſterum temerè impetatur, interdicimus. Actum pridie Cal. Feb. Anno Dominicæ Incarnationis M. CLXXX. & recognitum. Aſſiſtentibus dilectis filiis noſtris.

Ingelranno Decano.

Radulfo Pontiuenſi. Archidiacono.

Radulfo Sicco.

Theoboldo Presbytero de Arenis.

Roberto de Cuneluall.

Data per manum Roberti Cancellarii.

Ex eodem Prioratu dependent.

Cura Parochialis ſub tecto dicti Prioratus, cuius Patrona Beata Virgo, pro ſua Natiuitate.

Cura Parochialis Beati Dionyſii in eodem pago de Arenis.

Cura Parochialis S. Richarii de Dourier.

Cura Parochialis S. Michaëlis du Queſnoy ſuper Arenas.

Cura Parochialis de Fretecuiſſe, ſub inuocatione B. Virginis in Cœlos Aſſumptæ.

Cura Parochialis de Croque-oyſon, cuius Patronus S. Firminus Martyr & primus Epiſcopus Ambian.

Cura Parochialis S. Martini d'Eſtrujeu.

Omnes Ambian. Dioceſis.

PRIORATVS

PRIORATVS S. MARTINI DE CRESSONSAC.

BELVACENSIS DIOCESIS.

Ibi debent eſſe Priore computato tres Monachi.

Conceſsio eiuſdem, per Petrum Beluacenſem Epiſcopum.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Notum ſit tùm præſentibus quàm futuris, Quod ego Petrus Dei gratia Beluacenſis Epiſcopus, dedi Monaſterio Sancti Martini de Campis, per manum Domni Mathæi Prioris, laudante Henrico Archidiacono meo, Eccleſiam S. Martini quæ eſt apud Creſſon-eſſart, ſicuti eam tenuerant Fulco filius Neuelonis, & Radulfus filius eius, contra ſalutem animarum ſuarum, ſaluo iure Beluacenſis Eccleſiæ. Nec ignotum eſſe volo, quod idem Radulfus cum vxore & filiis ſuis igne diuino inflammatus, eandem Eccleſiam cum omnibus ad eam pertinentibus mihi reddidit, penitentiam agens & abſolutionem querens, quòd eam tamdiu iniuſtè poſſederat. Et vt hoc firmum & inconcuſſum permaneat, ſigilli noſtri impreſſione corroborari feci. Et ne aliquis pro eadem Eccleſia domum S. Martini vexare præſumat ſub anathemate interdicimus. Huius dono interfuere. *An. 1113.*

Guillelmus Armarius.
Albericus, Vvalterus, Monachi.
Erchengerus, Hubertus, Belotus, Clerici.

Eee

Balduinus de Butinanglo.
Foruſcullus de Milliaco.
Anſelmus Ferrei.
Hubertus Faber, Paganus.
Rainoldus de Freter, Bertinus, Laici.
Actum Incarnati Verbi anno M. CXXIII.

PRIORATVS S. IOANNIS BAPTISTÆ DE MALO-RESPECTV.

MELDENSIS DIOCESIS.

Vbi debent eſſe Priore computato IV. Monachi.

Carta fundationis eiuſdem.

An. 1140. OMnibus ad quos præſens ſcriptura peruenerit. Manaſſes diuina miſeratione Meldenſis Epiſcopus, ſalutem in Domino. Nouerit vniuerſitas veſtra quod Dominus Radulfus de Alneto, & Dominus Vvalterius frater eius diuina inſpiratione commoti, pro animabus ſuis & prædeceſſorum ſucceſſorumque ſuorum, in villa quæ dicitur Malregart Eccleſiam quandam in honorem B. Ioannis Baptiſtæ fundauerunt, & conſultu & aſſenſu noſtro, Monaſterio Clun. in eleemoſinam dederunt, cui Eccleſiæ ad ſubſtentationē Monachorum ibidem Deo & S. Ioanni Baptiſtæ ſeruientium, de proprio redditus aſſignauerunt; ipſam videlicet Eccleſiam

de Malregart cum atrio & pertinentiis ſuis, in qua Presbyter Parochialis nihil omninò habet præter medietatem oblationum, quæ ad manum eius venerint, & confeſſiones ſuas; & in feſtiuitate S. Ioannis Baptiſtæ tantummodo quatuor denarios, & in menſe Auguſti modium vnum hibernalis annonæ. Qui Presbyter ab ipſis Monachis eligendus & in eadem Eccleſia ponendus eſt. In ipſa villa furnum vnum, & tàm maiorem decimam, quàm minorem, & totam decimam de eſſartis qui ad rogum ſunt, & quatuordecim ſolidos cenſuales ibidem, & duas partes decimæ in rupticiis vltra & totum nemus quod appellatur Britel, & vſuarium ſuum in ſiluis præfati Vvalterii vltra Mouciacum, ad comburendum & edificandum. Terram etiam quandam iuxta eandem villam à prædicto Radulfo emptam. Hæc quidem omnia in Epiſcopatu noſtro habita per manus noſtræ inueſtituram, ſæpedictis Monachis irreuocabiliter donauerunt & quicquid ipſi Monachi in poſterum iure ac legaliter acquirere poterunt, infra fines terræ & feodi eorum, ipſis Monachis poſſidendum conceſſerunt. Præterea ſub noſtra teſtificatione quædam alia in aliis Epiſcopatibus ſita, eiſdem Monachis conceſſa & donata ſunt. In Epiſcopatu videlicet Pariſienſi in villa quæ dicitur Tornados furnum vnum, & iuxta Villam-pictam Molendinum vnum quod vocatur Molinellum. Medietatem decimæ quam Radulfus Infirmarius de S. Martino in vadio apud Ceurent accepit, pro lx. libris Prouinienſibus, cuius alteram medietatem Infirmarius habet eo tenore vt ſi ſupradicta decima redimatur, Eccleſia de Malregart ex decem ſolidis pariſienſibus ſupra medietatem ſuam obtineat. In villa etiam quæ Mouciacum dicitur, pratum vnum. In Epiſcopatu Siluanectenſi modium vnum annonæ. In molendino de Ermaneuilla quod Comitiſſa de Domno-Martino pro anima Comitis ipſi Eccleſiæ contulit. Quod ne tractu temporis vel malignantium verſutiis in dubium reuocetur, petitioni Domni Rodulfi de Alneto, & Vvalterii fratris eius, præſenti ſcripto & ſigilli noſtri appoſitione confirmauimus. His teſtibus.

Hugone Decano Meldenſi.
Theobaldo Archidiacono.
Stephano Præcentore.
Antelmo Deſpiers.
Gauterio Bochart.
Hugone de Alneto.
Mergoto de Tornedos.
Reinfreto Maiore de Malregart.
Acta ſunt hæc anno Incarnationis Domini M. CXL. anno autem Ordinationis noſtræ VII.

Notandum hic obiter ineſſe in theca dicti Prioratus, quandam Cartam anni 1477. quæ refert Nobiles Dominos Ioannem & Anthonium de Billy, Dominos de Malregart, ex præfatis Fundatoribus originem ducere.

PRIORATVS S. GEMMÆ.

SVESSIONENSIS DIOCESIS.

Vbi debent eſſe Priore computato quinque Monachi.

Conceſſio eiuſdem per Hugonem Epiſcopum Sueſſionenſem.

An.1096. IN nomine Patris & filii & Spiritus-Sancti. Amen. Singulorum hominum iuſtitia, cùm per ſe aut ferè nulla, aut verè ſatis exigua ſit; neceſſarium valdè eſt hanc inter vniuerſos ſuſtentationis viciſſitudinem diſcurrere, qua ad benè ſubſiſtendum & Deo ſtandum; quod ipſi ex ſe non habent alterni ſuffragio ſolatii plenè percipiant. Neque vero cui-

quam de ſuis ſibi virtutibus ita blandiendum eſt, vt vel eas ſibi ad beatitudinis meritum ſufficere, vel alienæ opis præſidio ſe minimè indigere credere debeat, cùm ex hoc quoque electorum perfectio conſtet, vt cùm in monte virtutum ſteterint, in conualle ſe humilitatis aſpiciant, & adhuc profectum non tantùm per ſe, ſed & per alios quærant. Omnibus igitur celeſti vocatione vocatis, ſurſumque ire neceſſe habentibus, cùm ſublimium virorum auxilio indigere perſpicuum ſit, infrà poſitos quales nos ſumus indigni & peccatores. Videndum etiam eſt vtrum è conuerſo inferiores aliquid in promouendo ſuperioribus conferant. Atqui ipſis etiam bonis aliorum minùs bonorum ſuffragatio expetenda videtur, qui ideo quorumlibet fidelium ſocietatem & fraternitatem aſciſcunt, qui omnium commendantibus votis Deo regi ſuo gratiores ſe fore rectè ſentiunt. Et verè bonum eſt omnium in commune magnorum ſiue paruorum oratio. Et ſi enim noſtra non impetrant merita, tamen quia omnes vno ſpiritu Dei viuimus, hunc eundem in nobis & poſtulantem credimus & impetrantem. Adhuc autem quotquot fideliter aliquid petentes, nomen Domini Ieſu inuocamus, proximus noſter eſt & exaudiens, vt nomen ſuum inuocatus agnoſcat & non auertat. Ipſe vtique & ſpiritus eius totius Eccleſiæ pax & vnitas hoc inſpirare & perficere dignatus eſt vt ſancta Sueſſionenſis Mater Eccleſia, & S. Martini Pariſienſis qui cognominatur in Campis Deo familiaris Congregatio amplius in Chriſto ſancto federe connexæ orationum beneficiorum gratia mutuò perfruantur.

Videns igitur ego Hugo Dei gratia Sueſſorum Epiſcopus hanc vtriuſque Eccleſiæ connexionem viam ad cœlum eſſe, decreui totius Capituli noſtri depoſcente affectu, illi beatæ Congregationi Eccleſiam noſtram benignam eſſe hac quoque ratione & commodam. Concedimus enim præfato B. Martini Monaſterio in perſonatum & quietè habenda Altaria, vnum Sanctæ Gemmæ ſine illa etiam exactione quæ vulgariter dicitur Sonniata, alterum cum Sonniata in villa quæ Noa vocatur, ſaluo Epiſcopi debito iure, nimirùm illis

Dei electis, & iam Dei gratia fratribus noſtris hoc annui dignum fuit, qui ſuam noſtramque Congregationem vnam domum fieri, & ſic à modo appellari volentes, ita ſuæ ſanctitatis obſequium noſtræ dilectioni & ſaluti ſe impendere fideliter promiſerunt, vt & noſtros viuos vbique in ſuis locis tamquam ſuos ſuſcipiant, & pro mortuis curam parem ſuorum agant, denique pro omnibus Canonicis noſtris viuis ſiue defunctis in æternum ſpecialiter orent. Sed & ipſi quò ſubliniores ſunt, cò humiliùs noſtræ fraternitatis participationem popoſcerunt, quod nos quoque eis contulimus, eius rei vtilitatem, non de noſtris meritis, ſed de eorum fide & Dei miſericordia præſumentes. Huius itaque ſanctæ ſocietatis Memoriale, cum Altarium præfatorum conceſſione, cum ſigillo noſtro deſignari cenſuimus, vt quanta ſit vtriuſque Eccleſiæ inuicem deuotio, quæue noſtra conceſſio omnibus innoteſcat.

Signum Hugonis Epiſcopi.

S. Petri & Fulconis Archidiaconorum.

S. Liſiardi Præpoſiti.

S. Hugonis Decani.

Signa Ingelranni & Ebali Archidiaconorum.

Signa Vvarneri, Odonis, Hugonis, item Hugonis, Gualteri, Rogeri Petri, Gualteri, Sacerdotum.

Signa Rotberti Præcentoris, Erchenaldi, Petri, Rainardi, Manaſſe, Fulconis, Odonis, Girardi, Bernardi, Rotberti, item Rotberti, Diaconorum.

Signa Thetbaldi, Iuonis, Anſelli, Gualteri, Bartholomæi, Giraldi, Odonis, item Odonis, Adam, Ioannis, Rainoldi, Garneri, Gualteri Subdiaconorum.

Signa Petri, Yuonis, Anſoldi, Hugonis, Arnulfi, Vvilelmi, Vvalteri, Ingelranni, Anſculfi, Accolitorum. Actum in vrbe Sueſſionica in Baſilica SS. Martyrum Geruaſii & Prothaſii. Datum anno Dominicæ Incarnationis, M. XCVI. Indictione IV. Ego Hugo Sanctæ Sueſſionenſis Eccleſiæ Cancellarius relegi & ſubſcripſi.

Concordia fratrum de S. Gemma, cum fratribus Igniacenſis Eccleſiæ ſuper decima territorii de Raroi.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Sanſon Dei gratia Remorum Archiepiſcopus, & Ioſlenus Dei patientia Sueſſorum vocatus Epiſcopus, dilectis filiis Gerrico Igniacenſis Monaſterii Abbati, & Simoni Priori Eccleſiæ S. Martini de Campis, fratribuſque ſub eis Monaſticam vitam profeſſis, eorumque ſucceſſoribus in perpetuum. Officii noſtri authoritate compellimur Eccleſiarum ac Monaſteriorum à Deo nobis commiſſorum paci ac quieti paterna ſolicitudine prouidere. Veſtræ igitur petitioni annuentes, tàm futuris quàm præſentibus per præſentem ſcripturam notificare decreuimus, authoritate noſtra confirmatam eſſe concordiam, quam Monachi de S. Gemma fecerunt de decima quam tenebant in territorio de Raroi, cum fratribus Igniacenſis Eccleſiæ, ideoque Pontificali authoritate ſub anathemate interdicimus, ne quis de his, ſiue de illis vlteriùs hanc concordiam reſcindere vel inquietare præſumat. Vt autem hæc ſcriptura firma & inuiolabilis ſit, ſigillorum noſtrorum impreſſionibus eam muniri præcepimus. *An. 1151.*

Ego frater Simon Prior Eccleſiæ S. Martini de Campis, notum fieri volui, tàm futuris, quàm præſentibus, quod fratres noſtri de Sancta Gemma, decimam quàm in territorio de Raroi poſſidebant, aſſenſu noſtro noſtrique Capituli Igniacenſi Eccleſiæ pro ſex ſextariis ad menſuram de ſancta Gemma tribus triticeis, & tribus hordeaceis ad feſtum S. Dionyſii ſingulis annis perſoluendis conceſſerunt. Quoniam igitur hanc conuentionem Eccleſia noſtra & approbauit & confirmauit, poteſtate noſtra quæ nobis in noſtros diuina authoritate tradita eſt, excommunicatum ſe noucrit quicumque ex noſtris vlteriùs hanc concordiam reſcindere vel inquietare tentauerit, niſi reſipiſcens ſatisfecerit. Vt autem hæc ſcriptura pondus authoritatis habeat, placuit nobis ſigilli noſtri impreſſione confirmare.

Signum Nicolai Subprioris.
S. Simonis tertii Prioris.
S. Petri, Camerarii. Monachorum de S. Martino.
S. Guidonis Conuerſi, Prioris de S. Gemma, filij Guidonis de Molendino.
S. Odonis Secretarii.
S. Mathæi de Claromonte. Monachorum de S. Gemma.
S. Engelranni Villici.
S. Martini Clerici, filii eius.
S. Dudonis Boſel.
S. Alberici, filii Ermengardis familiarium Eccleſiæ de S. Gemma.

Ego quoque frater Gerricus, Igniacenſis vocatus Abbas, ſi quis ex noſtris hanc concordiam, aſſenſu noſtro noſtrique Capituli confirmatam, aliquando perturbare tentauerit, poteſtate humilitati noſtræ à Deo in noſtros conceſſa, excommunicatum eum pronuntio, donec reſipiſcens ſatisfecerit. Vt autem inuiolabile robur hæc ſcriptura obtineat, ſigilli noſtri impreſſione comprobare voluimus.
S. Bartholomæi Prioris.
S Milonis Subprioris.
S. Henrici Cellerarii.
S. Hugonis, fratris Geruaſii Domini de Bazochis.
Monachorum Igniacenſium.
S. Leudonis, S. Hubaudi, S. Raineri, Conuerſorum Igniacenſium.
S. Fulconis, S. Haxenonis, S. Guiberti, familiarium Eccleſiæ de S. Gemma atque Igniacenſi.

Actum eſt hoc anno Incarnati Verbi M. C L I. Indict. XIV. Regnante glorioſo Francorum Rege Ludouico, Ludouici filio, anno XIV. Archiepiſcopatus Domni Sanſonis anno XII. Epiſcopatus Domni Ioſleni anno XXVI.

PRIORATVS

PRIORATVS B. MARIÆ DE ASNERIIS ET DE BAILLON.

BELVACENSIS DIOCESIS.

In quo cum Priore Vnus Monachus commorari debet.

PRIORATVS SEQVENTES SVNT IN ANGLIA.

Olim & antè S. R. & Catholicam Eccleſiam eiuratam, Martiniano Monaſterio ſubditi.

PRIORATVS B. MARIÆ MAGDALENÆ DE BARNASTAPOLI.

OXONIENSIS DIOCESIS.

Vbi debent eſſe Priore computato VI. Monachi.

Conceſſio eiuſdem per Iohelem filium Aluredi de Toteneis.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Incipit Carta Iohelis filii Aluredi, Reuerentiſſimo Patri & Domino Vvilelmo Exonienſi Epiſcopo & vniuerſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum peruenerit. Iohel filius Aluredi, ſalutem in Domino.

Cùm nos omnes à Chriſto vocemur Chriſtiani, & Saluatoris ſequi debeamus veſtigia, illos quos Chriſtus ob ſæculi contemptum, & religionis ſuæ meritum filios ſpecialiter vocat, pia deuotione venerari conuenit, & eorum ſancto propoſito deuotè præſtare ſubſidium. Ea propter vniuerſitati veſtræ notum fieri volo me pro ſalute animæ meæ, & patris & matris meæ, & omnium parentum & amicorum meorum, conſtituiſſe quandam Obedientiam Monachorum Cluniacenſium apud Barneſtapl. ad honorem Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſanctæque Mariæ, & Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & S. Mariæ Magdalenæ, & ipſam Obedientiam Eccleſiæ S. Petri de Clun. & Eccle-

ſiæ S. Martini de Campis ſubdidiſſe, ad quam diuina prouidente clementia deuotus confugiam, habitum Monaſticæ religionis ſuſcepturus, ibidemque onere carnis depoſito, & anima ad conditoris ſui gloriam ſuſpirante, miſericordiam ipſius fiducialiter præſtolabor. Et quia ex voto teneor Eccleſiæ S. Mariæ Magdalenæ extra Caſtellum meum fundatæ, tantum beneficii conferre, vndè ſacer Monachorum Conuentus conſtitui & ſuſtentari poſſit, ad ſuſtentationem ipſorum quaſdam particulas terræ meæ donaui eis, ſcilicet Piltonam cum boſco & mariſco, & Pillandam; vtraſque liberas & quietas cum omnibus appenditiis ſuis, ſicut ęgo vnquam eas liberiùs & quietiùs habui & tenui. Donaui etiam eis Molendinum de Barneſtapl. liberum & quietum, cum moltura totius villæ & Caſtelli: ita quod Burgenſes ad aliud Molendinum, molendino Monachorum integro exiſtente, molere non poterunt. Et totam terram extra muros, quæ eſt inter portam de North, & portam de Yeſt, ſimul cum foſſo, vſque ad contiguam viam: Et totam aquam prout terra eorum extenditur, & totum tractum piſcium ipſius aquæ, tàm in terra ipſorum, quàm in terra mea proxima. Ipſisquoque Monachis excluſam piſcariæ in terra mea firmare licebit, in quantùm terra eorum extenditur ex altera parte aquæ. Inſuper autem conceſſi eis, vt omnes terras ſuas, & homines, poſſeſſiones & eleemoſinas quas habent, vel in poſterum iure ac legaliter acquirere poterunt infra finos totius terræ meæ, & feudi mei, habeant & teneant ſolutas, liberas, & quietas ab omnibus exactionibus, hundr. placitis, querelis, & omni ſeruitio & opeſeruili, & omnibus conſuetudinibus quæ excogitari poterunt. Si quid verò forefacti vel querelæ inter homines meos, & homines eorum quacumque occaſione inciderit, Monachi plenariè de qualibet cauſa Curiam ſuam & iuſtitiam habeant propriam & emendationem. Et quia hæc prædicta prædictorum fratrum ſuſtentationi minimè ſufficere æſtimaui; diuini amoris inſtinctu conceſſi & donaui iam dictis Monachis totam Eccleſiam S. Petri de Barnaſtapoli, cum omnibus pertinentiis ſuis, Capellis, de-

cimis, obuentionibus, & omnimodis fructibus, & cum Capella S. Saluii, & oblationibus ſuis, & totam Eccleſiam Tauſtochiæ, & totum ius aduocationis illius Eccleſiæ, cum omnibus ad eam pertinentibus, liberam & quietam ab omni ſeculari ſeruitio & exactione, & per manum Vvilelmi Exon. Epiſcopi, cuius conſilio & aſſenſu præfatam Obedientiam conſtitui, hæc prædicta in proprios vſus habenda, & in perpetuam eleemoſinam poſſidenda, ſuper Altare S. Mariæ Magdalenæ deuotus obtuli per hoc ſcriptum. Contuli etiam eiſdem Monachis duas partes decimæ de dominio meo de Fremingt. & totam decimam piſcium. Hæc autem omnia ſæpedictis Monachis contuli, ſicut Dominus fundi meliùs, pleniùs, & liberiùs donare poteſt. Et ne aliquis ex hæredibus meis, vel quilibet alius indeuotus hanc donationem meam reuocare, vel in aliquo perturbare poſſit in poſterum, ipſam preſenti ſcripto ſigilli mei impreſſione roboraui. His teſtibus.

Aſcelino Archidiacono.
Osberto Capellano Epiſcopi.
Herueo Capellano Epiſcopi.
Ailrico Decano.
Godvvino Sacerdote Exonienſi.
Vvilelmo de Framingt.
Vvilelmo de Raelega.
Vvilelmo de Cuuert.
Aluredo filio Nigelli.
Radulfo de Cruna.
Aluredo de Zoigñ.
Malgero de Sancto Albino.
Vvaltero de Sancto Albino.
Rogero Poeir, & aliis multis

Carta Henrici de Traci, de eadem conceſſione.

An. 1146. IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen. Ego Henricus de Traci, diuinâ prouidente gratiâ, video & intelli-

go omnia quæ huius mundi ſunt, vana eſſe & caduca. Audio enim Apoſtolum dicentem, *Quicumque diligit mundum, vel ea quæ in mundo ſunt, non eſt Charitas Dei in eo.* Scio enim impoſſibile eſſe ſine charitate Deo placere. Ergo perfecta charitas, quæ foras mittit timorem huc adduxit Domnum Odonem S. Martini de Campis ſecundum Priorem, Qui me ammonuit, vt Eccleſiam Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Barnaſtapla, & omnes donationes quas Iohel Eccleſiæ S. Martini de Campis dedit, etiam ex parte mea quantùm ad me pertinet, pro ſalute animæ meæ concederem. Tandem diuina inſpiratione ammonitus, conſilio Baronum meorum, eius voluntati aſſenſum dedi. Et ego cupiens hereditatem habere cum ſanctis, & particeps fieri orationum ſanctorum, & omnium Monachorum Cluniacenſium, pro ſalute animæ meæ & patris mei, & matris meæ, filiique mei Oliuerii & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, hanc donationem vnà cum filio meo Oliuerio ſuper Altare S. Mariæ Magdalenæ coram Baronibus meis obtuli, & Carta mea confirmaui. Inſuper coram Deo & ſanctis eius promiſi vt Eccleſiam S. Mariæ Magdalenæ diligerem, & omnes res & poſſeſſiones eius vbique ſecundùm poſſe meum manutenerem, vt proprius Fundator, quia de rebus hereditatis anteceſſorum meorum eadem Eccleſia facta eſt & fundata. Igitur quicquid Iohel & Aluεredus, prædictæ Eccleſiæ S. Mariæ Magdalenæ conceſſerunt & dederunt, in villis, in pratis, in prædiis, in aquis, in ſiluis, in campis, & in omnibus poſſeſſionibus, & quicquid in tempore eorum prædicta Eccleſia tenuit, inſuper & Eccleſias de Barnaſtapola, & Eccleſias de Tauſtochia, & decimas quas prædicta Eccleſia in tempore eorum tenuit & poſſedit, quantùm ad me pertinet, ad honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Sanctæ Mariæ Virginis, ſanctæque Mariæ Magdalenæ concedo & confirmo.
Huius rei teſtes ſunt:
Iordanus de Campo Ernulfi.
Philippus de Cartrei, &
Humfredus frater eius.

Stephanus Flandrenſis, &
Archembaldus filius eius.
Hugo de Ralegia, &
Vvilelmus li Deſuet, &
Robertus de Pleiſtou &
Thomas filius eius.
Robertus de Tapeleia, &
Alexander & Robertus fratres eius.
Hęc carta facta eſt anno ab Incarnatione Domini M.CXLVI.
Data per manum Ricardi Capellani.

Conceſſio eiuſdem, per Vvilelmum Anglorum Regem.

EGo Vvilelmus Dei gratia Rex Anglorum. Concedo S. Petro de Cluniaco in Obedientiam S. Martini de Campis quæ eſt Pariſius, ſcilicet pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum meorum, & pro anima Iuheli, qui huius dator eſt eleemoſinæ & parentum ſuorum, Eccleſiam de Barnaſtapla, cum omnibus rebus quæ eidem Eccleſiæ pertinent; hoc ſolo excepto quod eius Capellano attinet, & hoc eſt tantummodo Domini, ſuæque propriæ familiæ oblatio. Quod autem ſupereſt, plurimorum teſtimonio trium ſolidorum numerum non excedit per annum. Præterea hoc quod idem habet in Piltona, tàm in terra, quàm in hominibus. Terra quidem duabus carrucis ſufficit, quæ in dominio eſt, homines verò decem ſolidos per annum reddunt. Præter hæc etiam quicquid ipſe in Pillanda, videlicet ſimiliter terram in dominio quæ duabus carrucis ſufficit, & homines qui per ſingulos annos quindecim ſolidos reddunt, & vnum Molendinum qui ſingulis annis viginti ſolidos reddit; & in Tauueſtoc quindecim ſolidatas redditus. Præter hæc autem omnium dominicarum decimarum ſuarum duas partes, tàm animalium quàm ſegetum, lanæ & caſeorum ſeu cæterorum. Et nominatim decimam Molendini de Boni, & decimam piſcinæ Framinctoriæ, & illius piſcinæ quæ eſt apud Tauueſtoc. Et decimam viginti ſolidorum, quos ipſe habet in Barna-

ſtapla, videlicet duos ſolidos & vnum Burgenſem apud Eſſeceſtram, qui per annum reddit duos ſolidos. De hac itaque eleemoſina prædicta Ego Vvilelmus Rex Anglorum, concedo vt Eccleſia præfata S. Martini de Campis quadraginta ſolidos ſingulis annis propriis vſibus habeat. Quod autem ſuper fuerit, fratres qui loco prædicto, id eſt Eccleſiæ de Barnaſtapla deſeruient in ſuis neceſſariis habeant. Et vt hæc largitio firma inconcuſſaque omni tempore permaneat, ſigillo ſanctæ Crucis manu propria ego ipſe confirmo. ✠ huicque confirmationi fideles meos ſubſcriptos teſtes adhibeo. Iohelem Robertum Balduini filium.

Rog. de Nouant.

Ra. Epiſcopum de Frem.

H. Regis.

Henricum Comitem de Vvar.

Ro. Ricardi filium.

R. Bigot.

Conceſsio eiuſdem, per Henricum Anglorum Regem.

HEnricus Rex Anglorum Epiſcopo Exoniæ, & Vicecomiti, & Aluered o de Toteneis & omnibus Baronibus & fidelibus ſuis Francis & Anglis de Deueneſeira, ſalutem. Sciatis me donaſſe & firmiter conceſſiſſe Deo & S. Petro de Clun. & Beatiſſimo Martino de Campis, Eccleſiam S. Mariæ Magdalenæ de Barneſtapla cum omnibus appenditiis ſuis, ſicut venerabilis memoriæ Iohel & alii fideles Chriſti donauerunt, pro ſtatu & incolumitate regni mei, & pro ſalute animæ meæ, & patris & matris meæ, & Matthildis Reginæ vxoris meæ, & Vvilelmi filii mei & prædeceſſorum & ſucceſſorum meorum, & volo & firmiter præcipio quod benè, & in pace, & honorificè, & liberè teneant vnam virgatam terræ de Piltona cum luco, & aquis, & pratis, Et alteram virgatam de Pillanda cum boco, & Molendinum de Barneſtapla cum moltura totius Caſtelli. Et alteram virgatam de Kimelanda, & vnum ferlingum terræ de Cerchil-

la, & vnum ferlingum de Cocoſlege. Et vnum ferlingum de Vvitefelda cum luco. Et quinque ſolidos de Molendino de Almondesvvorde. Et quinque ſolidos quos Henricus de Soratona dedit, & duos ſolidos de Molendino de Langatriua. Et ſciatis me clamaſſe quietam totam ſupradictam terram de omnibus geldis, & denegeldis, & hidagiis, & placitis, & auxiliis, & omnibus conſuetudinibus cum ſocca & ſaca, & toll. & theam & infanguenetes: in boſco & plano, aquis, pratis, viis, & ſemitis, Teſtibus
Ioanne Epiſcopo Luxouienſi,
Roberto de Sigillo.
Roberto Comite de Gloec, & Comite de Anco.
Balduino de Ridver.
Vvilelmo filio Odonis.
Vvilelmo de Vern.
Iberto de Laci.
Roberto de Curci, Apud Pirarios.

Confirmationes aliæ ſucceſſorum & hæredum Iohelis.

VVilelmus de Braoſa donationem bonæ memoriæ Iohelli aui ſui de terris & Eccleſiis quas ad ſuſtentationem Monachorum Clun. dedit in die qua Obedientiam fundauit, vt honorificè ibidem Deo & S. Mariæ Magdalenæ deſeruirent, ad ſalutem animæ ſuæ & ſuorum, ipſis etiam conceſſit & irreuocabiliter confirmauit, Teſtibus Normanno tunc Priore de Barneſtap. ad cuius petitionem hoc fecit. Roberto Capellano. Hugone de Ralega, & multis aliis.

Item Vvilelmus de Braioſa filius Vvilelmi de Braioſa Eccleſiam Parochialem S. Petri de Barneſtap. cum Capellis & omnibus pertinentiis, & etiam cum Capella S. Saluii, Monachis Clun. Deo & S. Mariæ Magdalenæ apud Barneſtap. ſeruientibus, vxore ſua Mathilde & filio eorum Vvilelmo cæteriſque dilectis filiis concedentibus & plenarium aſſenſum præbentibus, confirmauit. Teſtes
Domina Mathildis de S. Vvalerico.

Gilo,

Gilo, Vvilelmus, Philippus, filii ſui.
Ricardus Capellanus.
Magiſter Hugo de Bodiham, & alii.

Carta Vvilelmi Exonienſis Epiſcopi, quâ Priori S. M. Magdalenæ concedit Eccleſiam S. Petri de Barneſtapoli.

VNiuerſis fidelibus ad quos preſens ſcriptum peruenerit. Vvilelmus miſeratione diuina Exonienſis Eccleſiæ miniſter humilis æternam in Domino ſalutem. Nouerit vniuerſitas veſtra nos diuinæ charitatis intuitu, inſpectis cartis Iohelis de Toton. & Henrici de Traſci, dediſſe & hac præſenti carta noſtra confirmaſſe de voluntate & conſenſu dilectorum filiorum noſtrorum Decani & Capituli Exonien. Eccleſiam Matricem Beati Petri de Barnaſtapolia, cum Capellis, decimis, & obuenionibus ad eam pertinentibus, Priori S. Mariæ Magdalenæ de Barnaſtapl quem pro tempore perpetuum eſſe decreuimus, & Monachis ibidem Deo ſeruientibus habendam & tenendam in perpetuum ad vſus proprios, integrè & plenariè, ſalua honeſta ſuſtentatione Capellani ad præſentationem dictorum Prioris & Monachorum à nobis & ſucceſſoribus noſtris inſtituendi. Qui quamdiu fideliter & honeſtè ſe habuerit, amoueri non poterit ab eiſdem. Hanc autem donationem & conceſſionem fecimus ſalua iuriſdictione noſtra & ſucceſſorum noſtrorùm & Archidiaconorum loci in eadem Eccleſia, ſaluo etiam iure & poſſeſſione omnium qui vel in eadem Eccleſia, vel ad eandem aliquid iuris obtinere noſcuntur. Habebit autem Capellanus qui pro tempore fuerit honeſtam domum iuxta portam Prioratus & victualia; pannis, & calciamentis exceptis, ſicut vnus de fratribus, & vnà cum illis. Duas etiam marchas ad quatuor anni terminos pro æquis portionibus percipiet, per manum Prioris de oblationibus eiuſdem Eccleſiæ, & equum & ſeruientem habebit de ipſo Prioratu ad omnes neceſſarias Eccleſiæ profectiones. Et hiis tantum contentus, nihil extra vel intra percipiet, ſed de

An. 1235.

omnibus integrè dicto Priori reſpondebit. Et ſuſtinebit idem Prior omnia onera Eccleſiæ Epiſcopalia & Archidiaconalia debita & conſueta. Vt autem hæc conceſſio & donatio noſtra futuris temporibus ſtabilis perſeueret, eam ſcripti preſentis munimine & ſigilli noſtri fecimus impreſſione roborari. Actum anno Domini M. CCXXXIII. in die Inuentionis S. Stephani Prothomartyris, conſecrationis noſtræ anno X. His teſtibus.
Magiſtris, Philippo Præcentore, &
Richardo Cancellario.
Magiſtro Vvill. de Arundell. Canonicis Exonien.
Martino Prudue, Rectore Eccleſiæ de Peinton.
Magiſtro VV. de Molend.
Rogero, Eurardo, & multis aliis.

Confirmatio conceſſionum eidem loco factarum, per eundem Vvilelmum Exonienſem Epiſcopum.

OMnibus ad quos preſens ſcriptum peruenerit. Vvilelmus Dei gratia Exonienſis Epiſcopus ſalutem in Domino. Nouerit vniuerſitas veſtra quod nobilis vir Ioel filius Aluredi pro ſalute animæ ſuæ, & patris ſui, & matris ſuæ & omnium parentum & amicorum ſuorum, conſtituit quandam Obedientiam Monachorum Cluniacenſium apud Barnaſtable, ad honorem Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſanctæque Mariæ & SS. Apoſtolorum Petri & Pauli & S. Mariæ Magdalenæ, & ipſam Obedientiam Eccleſiæ S. Petri de Cluniaco, & Eccleſiæ S. Martini de Campis ſubdidit, ad quam diuina prouidente clementia deuotus confugere, & in ea habitum monaſticæ religionis ſuſcipere diſpoſuit. Et quia ex voto tenetur Eccleſiæ S. Mariæ Magdalenæ extra Caſtellum ſuum de Barnaſtapla fundatæ, tantum beneficii conferre, vt ſacer Monachorum Conuentus conſtitui & ſuſtentari poſſit, ad ſuſtentationem ipſorum quaſdam particulas terræ ſuæ donauit eis, ſcilicet Piltonam cum boſco & mariſco, & pillandam, vtraſque liberas & quietas,

cum omnibus appenditiis ſuis, ſicut ipſe vnquam eas liberiùs & quietiùs habuit & tenuit. Donauit etiam eis Molendinum de Barnaſtapla liberum & quietum cum moltura totius villæ & Caſtelli; ita quod Burgenſes ad aliud molendinum (molendino Monachorum integro exiſtente) molere non poterunt. Et totam terram extra muros, quæ eſt iuxta portam de North, & portam de Yeſt, ſimul cum foſſo, vſque ad contiguam viam, & totam aquam proût terra eorum extenditur. Et totum tractum piſcium ipſius aquæ, tàm in terra Monachorum, quàm in terra ſua proxima. Ipſis quoque Monachis conceſſit excluſam piſcariæ in terra ſua firmare, in quantùm terra eorum extenditur ex altera parte aquæ. Inſuper autem conceſſit ipſis Monachis vt omnes terras ſuas, & homines & poſſeſſiones & eleemoſinas quas habent, vel in poſterum iure ac legaliter acquirere poterunt, infra fines totius terræ ipſius & feudi ſui habeant & teneant ſolutas, liberas, & quietas ab omnibus exactionibus.......placitis, querelis, & omni ſeruitio & opere ſeruili, & omnibus conſuetudinibus quæ excogitari poterunt. Si quid verò forefacti vel querelæ inter homines præfati Ioelis, & homines Monachorum inciderit; Monachi plenariè de qualibet cauſa Curiam ſuam & Iuſtitiam habebunt propriam & emendationem. Et quia memoratus Ioel hæc prædicta præfatorum Monachorum ſuſtentationi minimè ſufficere eſtimauit, diuini amoris inſtinctu totam Eccleſiam S. Petri de Barnaſtapla cum omnibus pertinentiis ſuis, Capellis, decimis, obuentionibus, & omnimodis fructibus & cum Capella S. Saluii & oblationibus ſuis, per manum noſtram & per aſſenſum noſtrum, in proprios vſus Monachorum habendam & in perpetuam eleemoſinam poſſidendam donauit & iure proprietatis tranſactauit, & duas partes decimæ ſuæ de Freminton. & totam decimam piſcium. Quæ omnia ſæpedictis Monachis donauit, & ſigillo ſuo confirmauit; ita quod in eos nec ſibi nec alicui ex hæredibus ſuis aliquid violentæ poteſtatis exercere licebit, niſi tantummodò contra aduerſantium moleſtias, defenſionis auxilium.

Quod ne tractu temporis, vel malignantium verſutiis in dubium reuocetur, ego ſicut Dioceſanus Epiſcopus ad petitionem iam dicti Ioelis, preſenti ſcripto, & ſigilli mei appoſitione ipſis Monachis conceſſi & confirmaui. His teſtibus.
Aſcelino Archidiacono.
Osberto Capellano Epiſcopi, & aliis.

Ex Vetere noſtro Martyrologio M. S.

IV. Idus Feb. Domnus Philippus de Coulombiers Miles, Patronus domûs Prioratus B. Mariæ Magdalenes de Barnaſtapoli, Exonienſis Dioceſis, ac Helenoria eius vxor. Officium fiat pro eis.

PRIORATVS S. IACOBI,

EXTRA MVROS

Exonienſis Ciuitatis.

EXONIENSIS DIOCESIS.

In quo debent eſſe Priore computato IV. Monachi.

Carta BaldeVVini de Reueriis. Comitis Exonienſis, conceſſionis eiuſdem.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, incipit carta Comitis BeldeVVini de Reueriis.
Quilibet Chriſtianus à Chriſti Eccleſiæ rectoribus ammo-

netur Religioſorum deſideriis conſentire, iuſtiſque ipſorum poſtulationibus clementer annuere. Quapropter ego Baldevvinus Exonien. Comes vniuerſis ad quos præſens ſcriptum peruenerit, Notum fieri volo quod venerabilis Monachi Ricardi de Tottonia cognati mei ammonitionis frequentiâ diuinitùs inſpiratus, filio meo Ricardo concedente, & plenarium aſſenſum prebente, pro remedio animæ meæ, & præcipuè pro anima vxoris meæ Adelizæ, & patris mei Ricardi, & matris meæ Adelizæ, necnon & nobiliſſimi Henrici Regis, qui terram patri meo dedit, & filiorum, filiarumque mearum, & pro omnium parentum meorum animabus, totam terram cum Capella S. Iacobi & decima & omnibus pertinentiis ſuis, quas VValterus filius VVlvvardi de me liberè tenuit, ipſe VValtero rogante & concedente quicquid iuris & dominii in eis habebat, herede ſua Edit aſſentiente, Deo & Monaſterio S. Petri de Cluniaco & S. Martini de Campis, ad ſuſtentationem Monachorum Cluniacenſium, ibidem Deo & S. Iacobo ſeruientium, per manum Domni Roberti Exonienſis Epiſcopi donaui & irreuocabiliter confirmaui cum eadem libertate & liberis conſuetudinibus quibus terram de Toppesham tenui & habui. Inſuper etiam conceſſi eis vt omnes terras ſuas, & homines, poſſeſſiones, & eleemoſinas quas habent, vel in poſterum iure ac legaliter adquirere poterunt, infra fines totius terræ meæ & feudi mei habeant & teneant ſolutas, liberas & quietas ab omnibus exactionibus hundr. placitis, querelis, & omni ſeruitio & opere ſeruili, & teloneo & omnibus conſuetudinibus quæ excogitari poterunt. Præterea piâ deuotione conceſſi vt Monachi præfati, & homines eorum habeant in terra ſua quamlibet menſuram & libertatem vendendi & emendi, & res ſuas omnibus modis iuſtè multiplicandi. In terra etiam mea conceſſi vt habeant abſque omni impeditione, liberum itum & reditum, cum rebus ſuis, & communes paſcuas animalibus ſuis, & iuncos in mariſco abſque emptione, & omnem communitatem, refugium & profectum in omni loco qui ad me ſpectare dignoſcitur. Si

quid verò forefacti vel querelæ inter homines meos & homines eorum quacumque occaſione inciderit, Monachi plenariè de qualibet cauſa Curiam ſuam & iuſtitiam habeant propriam & emendationem. Hæc autem omnia ſepedictis Monachis donaui, & iure proprietatis tranſactaui, ita quod in eos nec mihi, nec alicui ex hæredibus meis aliquid poteſtatis violenter exercere licebit, niſi tantummodo contra aduerſantium moleſtias defenſionis auxilium. Et quia hæc prædicta prædictorum fratrum ſuſtentationi minimè ſufficere æſtimaui, diuini amoris inſtinctu totam Eccleſiam de Tvviuertona, cum omnibus pertinentiis ſuis, per manum prædicti Domni Roberti Exonien. Epiſcopi donaui & preſenti ſcripto confirmaui. Volens vt ipſi ab omni vexatione liberi & immunes orationi vacent, & Deum pro nobis indeſinenter exorent. Prætereà ex voto teneor prædictas Eccleſias S. Iacobi extra muros Ciuitatis Exon. fundatæ tantum beneficii conferre, vnde ſacer Monachorum Conuentus conſtitui & ſuſtentari poterit. Et ne aliquis indeuotus contra hanc meæ donationis paginam diabolica inſpiratione ire præſumat, vel aliquam inferat moleſtiam, ipſam ſigilli mei impreſſione corroboraui. Coram his teſtibus.

Stephano de Mandevvill.
Huberto de Vaus.
Radulfo Patrich.
Roberto de Scocis.
Rogero Abbate.
Vvilelmo filio Radulfi, & fratre ſuo Roberto.
Hugone Clerico de Coleford.
Roberto de Giuerin.
Guidone de Britevvill.
Vvilelmo de Muſters.
Domino Roberto Abbate de Tariſtoch.
Ric. filio Radulf.
Vvilelmo de Morevvill. & filiis Vvilelmo & Henrico.
Iohello filio Nigelli.
Galfrido de Lega, militibus.

Carta Roberti Exonienſis Epiſcopi, qui conceſsionem præfatam confirmauit.

OMnibus ad quos præſens ſcriptum peruenerit, Robertus Dei gratia Exon. Epiſcopus, ſalutem in Domino. Nouerit vniuerſitas veſtra, quod venerabilis Baldevvinus de Reueriis Exon. Comes, filio ſuo Ricardo concedente, & plenarium aſſenſum præbente, pro remedio animæ ſuæ, & præcipuè pro anima vxoris ſuæ Adeliz, & patris ſui Ricardi, & matris ſuæ A. & pro omnium prædeceſſorum ſucceſſorumque ſuorum animabus, totam terram cum Capella S. Iacobi extra Exon. & cum decima & omnibus pertinentiis ſuis, quas Vvalterus filius Vvlvvardi ex eo liberè & quietè tenuit, ipſo Vvaltero rogante & concedente quicquid iuris & dominii in eis habebat, hęrede ſua Edith aſſentiente, Deo & Monaſterio S. Petri de Cluniaco & S. Martini de Campis ad ſuſtentationem Monachorum Clun. ibidem Deo & S. Iacobo ſeruientium per manuum mearum inueſtituram donauit & irreuocabiliter confirmauit, cum eadem libertate & liberis conſuetudinibus quibus terram ſuam de Toppeſham tenuit & habuit. Inſuper conceſſit iamdictis Monachis, vt omnes terras ſuas & poſſeſſiones, & homines & eleemoſinas quas habent, vel in poſterum iure ac legaliter acquirere poterunt, infra fines totius terræ ſuæ & feodi ſui, habeant & teneant ſolutas, liberas & quietas, ab omnibus exactionibus, hundr. placitis, querelis, & omni ſeruitio & opere ſeruili & theloneo, & omnibus conſuetudinibus quæ excogitari poterunt. Præterea verò pia deuotione conceſſit, vt præfati Monachi, & homines eorum habeant quamlibet menſuram & libertatem vendendi & emendi, & res ſuas modis omnibus iuſtè multiplicandi. In terra etiam ſua conceſſit vt habeant abſque impeditione liberum itum & reditum cum rebus ſuis, & communes paſcuas animalibus ſuis, & iuncos in mariſco abſque emptione, & omnem communitatem, profectum & refugium in omni loco qui ad ſeſpectare di-

gnoſcitur. Si quid verò forefacti vel querelæ inter homines eius, & homines Monachorum, quacumque occaſione inciderit, Monachi plenariè de qualibet cauſa Curiam & iuſtitiam ſuam habeant propriam & emendationem. Hæc itaque omnia ſæpedictis Monachis donauit & iure proprietatis tranſactauit; ita quod in eos nec ſibi, nec alicui ex hęredibus ſuis aliquid violentæ poteſtatis exercere licebit, niſi tantummodo contra aduerſantium moleſtias defenſionis auxilium. Et quia hæc prædicta prædictorum hominum ſuſtentationi minimè ſufficere æſtimauit, diuini amoris inſtinctu totam Eccleſiam de Tvvertona cum capellis & omnibus pertinentiis ſuis, permiſſione & aſſenſu meo donauit, & ſcripto autentico confirmauit, volens vt Monachi ab omni vexatione liberi & immunes orationi vacent, & Deum pro ſe & ſuis indeſinenter exorent. Præterea præfatus B. illuſtris Comes Exon. Eccleſiæ S. Iacobi tantum beneficii ex voto conferre tenetur, vnde ſacer Monachorum Conuentus conſtitui & ſuſtentari poſſit. Quod ne iniuria temporis, vel malignantium verſutiis in dubium reuocetur, ego ſicut Diœceſanus Epiſcopus, ad petitionem tàm B. Comitis, quàm Richardi eiuſdem cognati præce, preſenti ſcripto & ſigilli mei appoſitione confirmaui: ſalua ſemper authoritate noſtra & ſucceſſorum noſtrorum Epiſcoporum. His teſtibus.

Vval. de Pinton.
Hugone de Anco.
Rad. filio Iocelini. Archidiaconi.
Magiſtro Vvilelmo Cucufel.
Philippo de Furnell.
Ioanne Paz.
Stephano de Mandeuilla.
Huberto de Vaus.
Radulfo Patrich.
Roberto de Scocis.
Rogero Abbate.
Vvill. filio Rad. & fratre ſuo Rob.
Hugone Clerico de Coleford.

Roberto

Roberto de Giuerni.
Gvvidone de Briteuil.
Vvilelmo de Muſters.
Domino Roberto Abbate de Tauiſtox.
Buc. filio Rad.
Vvilelmo de Moreuilla, & filiis prædicti B. Comitis, Richardo, Henrico, Vvillellmo, Iocelino filio Nigelli, Gaufrido de Lega, militibus, Ricardo, Evvrardo, Monacho.

Præfati Balduini Comitis, altera conceſsionis eiuſdem Carta.

REgnante Domino noſtro Ieſu Chriſto. Sciant tàm preſentes quàm futuri. Quod ego Balduinus de Redun. Comes de Reueriis pro ſalute animæ meæ & parentum meorum, & amicorum meorum, necnon & pro remiſſione delictorum meorum, & parentum & amicorum meorum, dedi & conceſſi in eleemoſinam Deo & S. Martino de Campis (cuius Monaſterium in Gallia extra muros Pariſienſes ſitum eſt) terram Vvalterii filii Vylvvardi cum Capella S. Iacobi quæ eſt extra muros ciuitatis Exoniæ apud auſtralem partem, liberam & abſolutam ab omni ſeruitio, & quietam ab omni conſuetudine, quam ita ipſe Vvalterus & omnes prædeceſſores ſui habuerunt & tenuerunt.

PRIORATVS S. CLARI.

IN ANGLIÆ EA REGIONE quæ Vvallia dicitur.

Vbi debent eſſe Priore computato, tres Monachi.

DE NOVEM MANSIONIBVS TERRÆ.

Apud Lundoniam in Anglia.

Vvillelmi Vvintonienſis Epiſcopi conceßionis earumdem Carta.

NOtum ſit cunctis Eccleſiæ fidelibus, tàm futuris, quàm pręſentibus, quod ego Vvillelmus Gifarz G inтonienſis Epiſcopus pro ſalute animæ meæ, & animæ Ra-

dulfi de Tuino, do terram meam quæ eſt in foro Lundoniæ, quam habui de Odone Bajocenſi Epiſcopo, Eccleſiæ Sancti Martini de Campis, itaut eiuſdem Eccleſiæ Prior, eam cum ſuis redditibus ſic liberè poſſideat in perpetuum ad opus fratrum in prædicta Eccleſia Deo famulantium, ſicut ego vnquam liberiùs illam poſſedi. Huius rei teſtes ſunt.

Henricus Archidiaconus.
Grimaldus Medicus.
Gualterus Presbyter.
Richardus Presbyter.
Godefridus de Andeleio.
Iordanus de Salchauilla, cum fratribus ſuis Vvilelmo & Roberto.
Ricardus de Ricardiuilla.
Rogerus de S. Laurentio.
Ricardus de Herbertiuilla.

Henrici Regis Angliæ pro eadem Conceſsione Carta.

HEnricus Rex Anglorum A. Archiepiſcopo Cantuariæ, & Mauritio Epiſcopo Lundoniæ, & Hugoni de Bochelanda, & omnibus Baronibus Francis & Anglis Lund. ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe S. Petro de Cluniaco, & S. Martino de Campis, nouem manſiones terræ in Lundonia, quas Odo Epiſcopus Bajocenſis dedit Vvillelmo Giffardo, quæ ſunt in magno vico Lundoniæ in perpetuum poſſidendas, & volo & firmiter præcipio, vt ita benè & honorificè, & quietè teneant, ſicut Vvillelmus Giffardus Epiſcopus Vvintoniæ eas meliùs & honorabiliùs & quietiùs tenuit, & ita habeant ſacam, & ſocam, & toll. & team, & Infangenteof, & omnes alias conſuetudines ſuas, ſicut prædictus Vvillelmus meliùs & honorabiliùs habuit.

✠ Signum Regis Henrici.
✠ S. Reginæ Mathildis II.

✠ S. Vvillelmi Giſardi Epiſcopi Vvintonienſis.
✠ S. Eud. Dapiferi.
✠ S. Roberti Bloet Epiſcopi Lincoln.
✠ S. Rogeri Bigod.
✠ S. Rogeri Epiſcopi Serisberiæ.
✠ S. Vvillelmi de Vverelvvaſt.

HISTORIÆ REGALIS MONASTERII S. MARTINI DE CAMPIS

PARIS. ORD. CLVNIACENSIS,

LIBER QVINTVS.

IN QVO PREBENDÆ ET CAPELLÆ Monachales poſtmodum in Curas Parochiales, ſeu Vicarias perpetuas erectæ, à dicto Monaſterio dependentes, cum Cartis fundationum earumdem, continentur.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

PREBENDA IN ECCLESIA PARISIENSI.

Aſſignatio redditum Vicarij Martinianorum in Æde Primaria Pariſienſi.

VNiuerſis preſentes litteras inſpecturis, Dionyſius Cantor Eccleſiæ Pariſienſis ſalutem in Domino. Olim coram venerabilibus & diſcretis viris Decano & Capitulo Pariſienſi, inter fratrem Rainaldum Priorem S. Dionyſii de Carcere Pariſiis, Procuratorem religioſorum virorum Prioris & Conuentus S. Martini de Campis Pariſiis nomine Procuratorio eorumdem ex vna parte; & Magiſtrum Guilielmum de Boniaco ſuper Ligerim Vicarium S. Martini prædicti in Eccleſia Pariſienſi pro ſe & Vicariâ ſua ex altera, orta materia quæſtionis ſuper hoc, videlicet quod dictus Vicarius dicebat ſe ratione Vicariæ ſuæ debere percipere & habere integraliter per totum annum distributiones panis & vini Prebendæ quam dicti Prior & Conuentus obtinent in Eccleſia Pariſienſi; & ſe ac prædeceſſores ſuos eſſe & fuiſſe in poſſeſſione percipiendi eaſdem, à tempore cuius memoria non extabat, dicto Procuratore contrarium aſſerente & dicente dictum Vicarium non debere percipere de diſtributionibus prædictis, niſi tan- *An. 1196.*

tùm ſolummodo quantum & proût continetur in quadam litera ſigillo Capituli Pariſienſis ſuper hæc confecta & ſigillata, cuius tenor inferiùs annotatur, & ad dictos Priorem & Conuentum, reſiduum dictarum diſtributionum pertinere, ac petente dictam literam & ordinationem in ea contentam inuiolabiliter obſeruari. Tandem dictæ partes nominibus quibus ſupra compromiſerunt in nos de alto & baſſo ſuper præmiſſis, proût in quadam litera ſuper hæc confecta, ſigillo Capituli Pariſienſis, vnà cum ſigillis earumdem partium ſigillata, pleniùs continetur. Nos itaque viſis proceſſibus ſuper hoc habitis inter partes prædictas, auditiſque rationibus earumdem, communicato prudentum conſilio, dicimus, arbitramur, & pronuntiamus. Quod dictus Vicarius & eius ſucceſſores de cætero in perpetuum quolibet anno percipiant & habeant tantùmmodo de diſtributionibus prædictis quadringentos panes, & cum quolibet pane tres denarios pro vino, & dicti Religioſi percipiant totum reſiduum dictarum diſtributionum tàm in pane quàm in vino, abſque contradictione vel impedimento dicti Vicarii vel ſucceſſorum ſuorum. Et ſi forſan proceſſu temporis dictas diſtributiones quoquomodo contingeret augmentari, dictus Vicarius vel eius ſucceſſores in huiuſmodi augmento nihil percipiant, imò totum quicquid ex eodem augmento dictam Prebendam contigerit, percipiant in ſolidum Monachi ſupradicti. Inſuper dicimus, arbitramur, & pronuntiamus, quod litera & ordinatio ſupradictæ quantum ad omnia & ſingula in eis contenta exceptis diſtributionibus panis & vini de quibus pronuntiamus & arbitrati ſumus, proût ſuperiùs eſt expreſſum, perpetuò inuiolabiliter obſeruentur. Tenor autem litteræ ſupradictæ talis eſt.

An. 1146. Ego Bartholomeus Dei gratia Pariſienſis Eccleſiæ, Beatæ ſcilicet Mariæ vocatus Decanus, & cæteri eiuſdem Eccleſiæ Canonici. Notum fieri volumus tàm poſteris quàm præſentibus. Quod Monachi S. Martini de Campis in noſtra B. Mariæ ſeniori Eccleſia, ex dono Domni Theobaldi Pariſienſis Epiſcopi & noſtro, Præbendam vnam habent, & Vicarium

carium vnum ſacerdotem pro eadem Prebenda in ſeruitium Eccleſiæ deputatum. Et quia iuſtum eſt, vt qui Eccleſiæ ſeruiunt, de Eccleſia viuant, communi totius Capituli conſilio, ſimul etiam conſilio & laude iamdicti Præſulis Theobaldi, quod etiam Domnus Odo Prior & Monachi S. Martini conceſſerunt: Statutum eſt vt prædictus Vicarius pro ſeruitio quod facit, de redditibus Prebendæ per ſingulos annos xx. ſolidos accipiat, panem quoque & vinum quadrageſimæ; ita ſcilicet vt infra Ebdomadam ſingulis diebus panem ſolummodo vnum & dimidium ſextarium vini, & in Dominica duos panes, & ſextarium vini habeat, (niſi infra prædictam menſuram propter vini penuriam, menſura minor à Capitulo fuerit ordinata) & non ſolùm in quadrageſima hoc habebit, ſed etiam à Dominica quæ eſt ante caput ieiunii vſque ad Vigiliam Penthecoſtes, ſi tantum diſtributio panis & vini durare potuerit. Si autem diſtributio illa panis & vini vltra prædictum terminum durauerit, vel etiam infra terminum duplicata, vel aliquomodo aucta fuerit, quicquid ſupra id quod determinatum eſt, additum fuerit, totum Monachorum erit. Stationes verò & Antiphonas & vinum libertatum habebit Vicarius. Adiunctum eſt etiam quod quando Proceſſio ad Indictum vel ad Foſſatenſem Eccleſiam vadit, ſi tunc charitas XII. denariorum facta fuerit, habebit eam Vicarius. Si autem charitas vltra XII. denarios erit, habebunt ipſi eam Monachi. Nullam omnino aliam charitatem (niſi illam quæ determinata eſt) habebit Vicarius. Sciendum vero eſt, quod Eccleſia B. Martini (quæ in noſtra Eccleſia Prebendam habet) nullum omninò aliud ſeruitium in eadem Eccleſia noſtra per ſe facere debet, niſi hoc tantùm quod in ſeptimana S. Martini, Miſſam maiorem cantat Monachus, Miſſam verò Matutinalem & totum ex integro aliud ſeruitium Vicarius facere habet. Quod ſi prædictus Vicarius in reddendo debito ſeruitio negligens fuerit, & per negligentiam ſuam aliquod ſcandalum, aut ſeruitii defectus contigerit, ad Capitulum noſtrum ſpectabit correctio, ita quod Eccleſiæ B. Martini nihil omninò

poterit imputari. Hanc autem reddituum aſſignationem (quæ Vicario S. Martini pro Prebenda cui deſeruit, noſtro & Monachorum communi conſilio conſtituta eſt) ita in perpetuum haberi ratam decernimus, vt eam nullatenus noſtris ſucceſſoribus ad grauamen Monachorum S. Martini liceat immutare. Quod ne valeat obliuione deleri ſcripto commendauimus, & ne poſſit à poſteris infirmari ſigilli noſtri impreſſione, & nominum noſtrorum ſubſcriptione firmauimus.

Signum Bartholomei Decani.
S. Alberti Præcentoris.
S. Stephani Archidiaconi.
S. Bernardi Archidiaconi.
S. Yuonis Archidiaconi.
S. Gauterii Presbyteri.
S. Odonis Presbyteri.
S. Clementis Presbyteri.
S. Magiſtri Simonis, Diaconi.
S. Herluini, Diaconi.
S. Gollini Diaconi.
S. Heruei Subdiaconi.
S. Durandi Subdiaconi.
S. Philippi pueri, fratris Regis.
S. Petri pueri.
S. Hilduini pueri.

Actum publicè Pariſius, in Capitulo B. Mariæ, anno Incarnationis M. CXLVI. Epiſcopatus autem Domni Theobaldi anno tertio.

Quibus dicto arbitrio & pronuntiationi noſtris prædictis dicti Procurator & Vicarius præſentes coram nobis ſtatim acquieuerunt, & nos Decanus & Capitulum Pariſienſe, ac Prior & Conuentus S. Martini prædicti, ad maiorem huius rei firmitatem & ſtabilitatem perpetuam, eadem dictum arbitrium & pronuntiationem laudamus & approbamus, & noſtrum eis præbemus aſſenſum. In cuius rei teſtimonium ſigilla noſtra vnà cum ſigillis dictorum Cantoris & Vicarii

præſentibus litteris duximus apponenda. Actum in Capitulo Pariſienſi anno Domini M. CGLXXXXVI. die ſecunda Iunii.

Quandoquidem verò in Marianos Pariſienſes incidimus, non erit fortaſſe inconcinna vel malè grata digreſſio, ſi quam dudam cum illis nec vnquam intermiſſam mutuæ beneuolentiæ connexionem atque ſocietatem habuimus, ex quadam vetere Charta docuerimus. In qua tamen lectori aduertendum, præfatos Marianos bis olim dictos Martinianos proceſſionaliter, vt loquuntur, adire ſolitos; ab eiuſmodi conſuetudine poſtmodum (neque cauſam teneo) deſiiſſe, nuncque temporis ſemel tantùm, nempè quarta die Iulij (S. Martino patrono noſtro, ob Sacratiſſimi eius corporis Tranſlationem, deuota) eandem obſeruare. Chartæ igitur iſtius veteris tenor hic eſt.

Venerabiles & circumſpecti viri Domini Decanus & Capitulum inſignis Eccleſiæ Pariſienſis, conſueuerunt bis in anno proceſſionaliter & ordinariè venire ad S. Martinum de Campis Pariſienſis, videlicet in feſto Tranſlationis S. Martini, & feria quarta poſt Dominicam de Iudica, in Quadrageſima, inſequendo certum ſupremæ Parlamenti Curiæ Areſtum, inter ipſos & venerabiles etiam ac Religioſos viros Domnos Priorem & Conuentum dicti S. Martini de Campis latum anno Domini M. CCCLXXXV. die XIX. menſis Maii. In quo loco S. Martini finitâ Nonâ prædicti Domini B. Mariæ adeunt Capitulum dicti loci S. Martini, vbi oraculo illorum tunc Præſidis, aut alicuius dictorum Dominorum, ſolent requirere à R. P. Domno Priore, ſeu Subpriore aut alio Religioſo de primoribus domus, quatenus pro ſuo iucundo aduentu, & inſequendo laudabilem conſuetudinem inter ipſos ab omni æuo charitatiuè obſeruatam, & ius quod ſibi in hac parte competit, dignentur & velint Religioſos (ſi qui ſint ſæpedicti Prioratus mancipati carceribus) ſibi tradere & deliberare pro ipſis liberandis, aut aliàs de eiſdem proût videbitur, ordinando. Et per antefatum R. P. Priorem, Subprioremue aut alium tunc

præſidem dari ſolet tale vel ſimile reſponſum. Deo & vobis, venerabiles & circumſpecti Domini gratias immortales agimus ſuper veſtra benigna & fraterna viſitatione, aduentui veſtro tàm iucundo congratulantes, in quo ſatis impium foret aliam quàm lętitiæ cauſam, à quoquam ingerere. Quapropter fraternæ inter nos tamdiu obſeruatæ charitatis & requiſitionis veſtræ rationem, qualem decet habentes. Certificamus nullos Religioſos in noſtris carceribus pro leuibus criminibus, exceſſibus aut delictis quomodolibet detineri. Quodque ſi aliqui huiuſmodi detinerentur, æqua mente nunc per nos deliberarentur, & à carceribus abſoluerentur. Quo facto, ac iamdictis Dominis B. Mariæ proceſſionaliter redeuntibus, vnus prædictorum Religioſorum in egreſſu Eccleſiæ ipſius S. Martini, cuilibet illorum exhibet Euangeliorum librum deoſculandum dicens. Orate pro nobis. Cui ab ipſis Dominis B. Mariæ ſeu eorum ſingulis taliter oſculum prebentibus, reſpondetur. Et vos pro nobis. Et ita recedunt.

Ex regiſtro Eccleſiæ Pariſienſis.

In feſtiuitate S. Martini quæ menſe Iulio celebratur, ibunt Canonici B. Mariæ ad S. Martinum, Miſſam cum Monachis celebraturi. Qui dextrum Chorum tenentes, Miſſam primi incipient, & Graduale decantabunt: Expleta Miſſa, redibunt ad domos ſuas cum pace.

Cùm autem huiuſmodi Prouincia mihi anno Domini M.VI^c.XII. fuiſſet impoſita, quod tunc à me eloquentiſſimus & diſertiſſ. D. Ioannes Fileſacus Doctor Theologus (qui Mariani Collegij nomine verbis præibat) tulit reſponſum, non extra rem fortaſſe fuerit hîc addidiſſe.

VT doctè admodum, fusè, & èleganter iam docuiſti, vir facundiſſ. illud certè feſtiuitas hodierna requirit & poſtulat; ſcilicet pro eo quo in mutuam dudùm beneuolentiam nodo pluſ-

quam indiſſolubili conſociati & colligati ſumus, hocce loco noſtro Capitulari collecti & coadunati, Sancti Martini Patroni noſtri laudem recitemus. Verùm, quid hunc laudare neceſſum, quem non modo vituperat nemo, ſed quem omni laude maiorem cenſent omnes? Si quid tamen palpitante labro, ex immenſo virtutum illius decerptum aceruo protulero, non laudi eius addidiſſe, ſed debitum officium expleſſe velim credatis. Soleo itaque, ô Marianæ Eccleſiæ Ornamenta, nonnumquam Sulpitij Seueri (qui Martini noſtri vitam elegantiſſimo ſtilo conſcripſit) lectioni incumbere, atque ibi tenacius inhærere, mentemque attentiùs infigere, vbi ipſius merita virtuteſque dinumerat. Sed nihil eque mentem demulcet, animumque meum oblectat, quàm quod vitæ eiuſdem capite duodecimo talibus vſurpat verbis. Iam verò, *inquit*, Diuus Martinus ſumpto Epiſcopatu, qualem ſe quantumque præſtiterit, non eſt noſtræ facultatis euoluere. Idem enim conſtantiſſimè perſeuerabat, qui prius fuerat, eadem ei in corde eius humilitas, eadem in veſtitu eius vilitas erat, atque ita plenus authoritatis & gratiæ implebat Epiſcopi dignitatem, vt non tamen propoſitum Monachi virtutemque deſereret. *Hæc ille. Quid nos ad hæc deſides, quid veterno torpentes, quid altùm, & in vtramque aurem ſtertentes, qui validi tantùm ſumus in vitia & luxum, quique, vt inquit Tertullianus, hiamus ad venenum, nauſeamus ad antidotum; qui denique eò iam venimus, vt nec mala noſtra, nec remedia ferre poſſimus, adeoùt quæ olim vicia nunc mores, nunc virtutes nobis ſint, reſpondebimus?* Hoc enim, *vt poſt Senecam loquar,* maiores noſtri queſti ſunt, hoc nos querimur, hoc poſteri noſtri querentur, euerſos eſſe mores, regnare nequitiam, in deteriùs res humanas & in omne nefas labi. *Plura dicerem, viri Canonici; ſed diffuſione non gaudeo, vbi locus, vbi tempus non poſcit. Quod tandem ſperamus præſtolamurque, ſcilicet quo*

redeat concordia, virtus,

Cumque fide pietas, altâ ceruice vagetur.

O tempus igitur, ô dies ille exorere, non lætus ſolùm, ſed ſalutaris nobis, nec nobis tantùm ſed vicinis; nec vicinis ſed diſsitis, quem percupidiſsimè operimur & expectamus, vt tandem aliquando

præſidem dari ſolet tale vel ſimile reſponſum. Deo & vobis, venerabiles & circumſpecti Domini gratias immortales agimus ſuper veſtra benigna & fraterna viſitatione, aduentui veſtro tàm iucundo congratulantes, in quo ſatis impium foret aliam quàm letitiæ cauſam, à quoquam ingerere. Quapropter fraternæ inter nos tamdiu obſeruatæ charitatis & requiſitionis veſtræ rationem, qualem decet habentes. Certificamus nullos Religioſos in noſtris carceribus pro leuibus criminibus, exceſſibus aut delictis quomodolibet detineri. Quodque ſi aliqui huiuſmodi detinerentur, æqua mente nunc per nos deliberarentur, & à carceribus abſoluerentur. Quo facto, ac iamdictis Dominis B. Mariæ proceſſionaliter redeuntibus, vnus prædictorum Religioſorum in egreſſu Eccleſiæ ipſius S. Martini, cuilibet illorum exhibet Euangeliorum librum deoſculandum dicens. Orate pro nobis. Cui ab ipſis Dominis B. Mariæ ſeu eorum ſingulis taliter oſculum prebentibus, reſpondetur. Et vos pro nobis. Et ita recedunt.

Ex regiſtro Eccleſiæ Pariſienſis.

In feſtiuitate S. Martini quæ menſe Iulio celebratur, ibunt Canonici B. Mariæ ad S. Martinum, Miſſam cum Monachis celebraturi. Qui dextrum Chorum tenentes, Miſſam primi incipient, & Graduale decantabunt. Expleta Miſſa, redibunt ad domos ſuas cum pace.

Cùm autem huiuſmodi Prouincia mihi anno Domini M.VI^c.XII. *fuiſſet impoſita, quod tunc à me eloquentiſſimus & diſertiſſ. D. Ioannes Fileſacus Doctor Theologus (qui Mariani Collegij nomine verbis præibat) tulit reſponſum, non extra rem fortaſſe fuerit hîc addidiſſe.*

VT doctè admodum, fusè, & eleganter iam docuiſti, vir facundiſſ. illud certè feſtiuitas hodierna requirit & poſtulat, ſcilicet pro eo quo in mutuam dudùm beneuolentiam nodo pluſ-

quam indiſſolubili conſociati & colligati ſumus, hocce loco noſtro Capitulari collecti & coadunati, Sancti Martini Patroni noſtri laudem recitemus. Verùm, quid hunc laudare neceſſum, quem non modo vituperat nemo, ſed quem omni laude maiorem cenſent omnes? Si quid tamen palpitante labro, ex immenſo virtutum illius decerptum aceruo protulero, non laudi eius addidiſſe, ſed debitum officium expleſſe velim credatis. Soleo itaque, ô Marianæ Eccleſiæ Ornamenta, nonnumquam Sulpitij Seueri (qui Martini noſtri vitam elegantiſſimo ſtilo conſcripſit) lectioni incumbere, atque ibi tenacius inhierere, mentemque attentiùs infigere, vbi ipſius merita virtuteſque dinumerat. Sed nihil equè mentem demulcet, animumque meum oblectat, quàm quod vitæ eiuſdem capite duodecimo talibus vſurpat verbis. Iam verò, inquit, Diuus Martinus ſumpto Epiſcopatu, qualem ſe quantumque preſtiterit, non eſt noſtræ facultatis euoluere. Idem enim conſtantiſſimè perſeuerabat, qui prius fuerat, eadem ei in corde eius humilitas, eadem in veſtitu eius vilitas erat, atque ita plenus authoritatis & gratiæ implebat Epiſcopi dignitatem, vt non tamen propoſitum Monachi virtutemque deſereret. *Hæc ille. Quid nos ad hæc deſides, quid veterno torpentes, quid altùm, & in vtramque aurem ſtertentes, qui validi tantùm ſumus in vitia & luxum, quique, vt inquit Tertullianus, hiamus ad venenum, nauſeamus ad antidotum; qui denique eò iam venimus, vt nec mala noſtra, nec remedia ferre poſſimus, adeò ut quæ olim vicia nunc mores, nunc virtutes nobis ſint, reſpondebimus?* Hoc enim, *vt poſt Senecam loquar,* maiores noſtri queſti ſunt, hoc nos queritur, hoc poſteri noſtri querentur, euerſos eſſe mores, regnare nequitiam, in deteriùs res humanas & in omne nefas labi. *Plura dicerem, viri Canonici, ſed diffuſione non gaudeo, vbi locus, vbi tempus non poſcit. Quod tandem ſperamus preſtelamurque, ſcilicet quo*

redeat concordia, virtus,

Cumque fide pietas, altâ ceruice vagetur.

O tempus igitur, ô dies ille exorere, non lætus ſolùm, ſed ſalutaris nobis, nec nobis tantùm ſed vicinis; nec vicinis ſed diſsitis, quem percupidiſsimè operimur & expectamus, vt tandem aliquando

priſcam hanc Regum & Principum noſtrorum Regiam, priſtino ſtatui reddi, his oculis, his inquam oculis intueri valeamus, neque enim hiſce pluſquam deploratiſſimis temporibus, ornamenta multa dignitatis & præſidia ſtabilitatis ſuæ perdidiſſe imus infitias. Cæterùm, non poſſumus non ſummopere veſtram ſuſpicere & admirari circa captiuos noſtros, adeóque noſmetipſos charitatem. Certe dum in Archiuorum noſtrorum diſquiſitionem incumbo, incumbo autem lubentiſſimè, quandoquidem hiſtoriæ nullæ mihi ſint ad ſaliuam, palatoque meo arrideant magis, multa mihi eaque præclariſſima priſcæ veſtræ pietatis, circa Martinianos noſtros in robore & neruo conſtitutos explicantur monimenta, quæ profectò tanta ſunt vt illorum recitationem nec hora nec tempus ferant. Nunc verò (numini & Martino noſtro hæc debetur gratia) nulli ex noſtris in luctu & mærore apud nos ſunt. At ſi eſſent, iamiam vltrò, mihi credite, & pro veſtro hanc in Ædem ſacram aduentu gratiſſimo, expeditos faceremus, vti viciſſim, ſi quos ex veſtris humana fragilitas carceribus addixit, pœnis & ærumnis eripiatis, deprecamur. Dixi.

Hoc autem loco bonæ memoriæ R.P. Iacobum du Breul S. Germani ad muros Pariſienſes dum viueret, Monachum. Theatri Antiquit. Par. lib. I. *fol.* XLVIII. *allucinari video, dum huiuſmodi Marianorum Priuilegium, circa vnius ſolummodo liberationem reſtringit, producto Domni Petri de Paris, Martiniani Monachi exemplo, cui anno Domini* M. CCCXLIII. *(ab ipſorum Marianorum venerando Decano) è carcere educto, antè ſacrarum noſtrarum Ædium Altare primarium, criminis abſolutio (ea tamen conditione ne in idem recidat, & cum fratribus religioſè poſthac conuerſetur) impertita fuit. Cum reuera non circa vnius tantum, ſed omnium detentorum ſolutionem diſtendatur. Cuius rei vt fidem faciam illud ipſum Senatûs placitum tametſi prolixum, hic addere lubet.*

IVRIS ESSE MARIANORVM Pariſienſium Martinianos pro leuioribus criminibus carceribus detentos, dictum Monaſterium in feſto S. Martini Aeſtiualis (quartus eſt Iulij menſis dies) proceſſionaliter, vt loquuntur, adeuntium, libertate donare, conſtat ex Senatus Pariſien. Areſto ſequente.

CHarolus Dei gratia Francorum Rex. Notum facimus vniuerſis, præſentibus & futuris. Quod lite mota in noſtra Parlamenti Curia inter Decanum & Capitulum Eccleſiæ Pariſienſis actores & conquerentes in caſu nouitatis & ſaiſinæ ex vna parte, & Religioſos Priorem & Conuentum S. Martini de Campis Prioratûs propè Pariſius, opponentes & defenſores ex altera. Super eo quod dicti conquerentes dicebant quod ipſi erant & fuerant in poſſeſſione & ſaiſina, quod dum ipſos proceſſionaliter & ordinariè bis in anno Eccleſiam dicti Prioratus adire contingebat; vna vice in feſto Tranſlationis B. Martini, & aliâ in Quadrageſima, præfati opponentes, dictis conquerentibus requirentibus, Religioſos priſionarios in eorum carceribus exiſtentes, tradere & deliberare tenebantur, pro ipſis priſionariis liberandis, vel aliàs ordinando de ipſis ad dictorum conquerentium libitum voluntatis, dum tamen dicti priſionarii nondum eſſent per dictos opponentes ad carcerem perpetuum condemnati aut ſaltem pro criminibus adeò enormibus detenti, pro quibus abſque gratiâ ſeu miſericordia quibuſcumque, ad Carcerem perpetuum condemnari deberent. Quibus caſibus ad requeſtam dictorum conquerentium præfati opponentes tenebantur & debebant eiſdem oſtendere & An. 1325

adducere dictos priſionarios pro dictis criminibus condemnatos & detentos, ipſoſque ſtatim & in promptu ſummariè & de plano de dictis enormibus criminibus, ſeu caſibus pro quibus dicti priſionarii extiterant condemnati ſeu detenti, informare tenebantur & debebant, abſque eo quod dicti opponentes prædicta contradicere aut impedire poſſent vel deberent. Quodque anno Domini M. CCCLXXIII. die veneris poſt feſtum B. Lucæ Euangeliſtæ, partes prædictæ certam Compoſitionem vel Accordium inuicem fecerant, per quam præfati opponentes certiorati de præmiſſis, ipſis conquerentibus recognouerant & confeſſi fuerant iura & poſſeſſiones prædictas modo & forma ſuperiùs declaratis, ipſaſque poſſeſſiones & iura perpetuò & inuiolabiliter tenere & conſeruare promiſerant. Et per hoc dicti conquerentes bonam fidem agnoſcendo, certos redditus annuos & perpetuos eiſdem opponentibus debere recognouerant, prout hæc per litteras debitè factas & ſigillatas dicebant latiùs contineri, dictiſque poſſeſſionibus & ſaiſinis, tàm ante dictam compoſitionem, quàm poſt, vſi fuerant præfati conquerentes; & quaſi per tantum temporis ſpatium, cuius hominum memoria in contrarium non extabat, & quod ſufficiebat, & ſufficere debebat ad bonam poſſeſſionem acquirendam & retinendam. Nihilominus ipſis conquerentibus die Mercurii ante Dominicam in Ramis palmarum anno Domini M. CCCLXXVIII. proceſſionaliter ad dictum Prioratum accedentibus, ac Ioannem Iambette dicti Prioratus Religioſum, carceribuſque dictorum opponentium tunc mancipatum, & ad Carcerem perpetuum miſericordiæ condemnatum, ſed pro leui exceſſu duntàxat incarceratum & detentum, ab eiſdem opponentibus ſibi tradi & deliberari inſtanter petentibus & requirentibus. Aut ſi dictus Iambette pro crimine, condemnatione perpetui carceris exigente detinebatur: quod ipſi opponentes eumdem Iambette præfatis conquerentibus oſtenderent, & ipſos ſummariè & de plano de cauſa detentionis eiuſdem informarent, iidem opponentes præmiſſa facere & adimplere contradixerant

rant & recuſauerant, ac ipſum Iambette paulò poſt ad plenum deliberauerant, ipſos conquerentes in dictis ſuis poſſeſſionibus & ſaiſinis indebitè & de nouo perturbando, vt dicebant. Et ob hoc virtute certarum literarum gardiæ conquesti fuerant, & prædicti Religioſi ſe oppoſuerant. Quare petebant in dictis ſuis poſſeſſionibus & ſaiſinis manuteneri & conſeruari, ipſoſque ad bonam cauſam conqueſtos fuiſſe, & dictos opponentes ad malam cauſam ſe oppoſuiſſe, pronuntiari, impedimentumque in rebus contentioſis per dictos opponentes appoſitum, amoueri; necnon manum noſtram in eiſdem rebus, ob debatum partium appoſitam, ad eorumdem conquerentium vtilitatem leuari, ac ipſos opponentes in damnis, intereſſe, & expenſis dictorum conquerentium condemnari.

Dictis opponentibus ex aduerſo proponentibus. Quod ipſi in toto dicto Prioratu, & ſuper Religioſos eiuſdem loci, & in ſolidum, omnimodam Iuriſdictionem temporalem & ſpiritualem habebant, erantque & fuerant in poſſeſſione & ſaiſina libertatis & franchiſiæ quod ad ea quæ dicti conquerentes proponebant, minimè tenebantur. Necnon in poſſeſſione & ſaiſina contradicendi, refutandi, & impediendi quominus dicti conquerentes, vti, ſeu gaudere valerent vel deberent poſſeſſionibus & ſaiſinis per ipſos ſuperiùs propoſitis & allegatis, dictiſque ſuis poſſeſſionibus & ſaiſinis vſi fuerant præfati opponentes & gauiſi, per tantum temporis ſpacium cuius hominum memoria in contrarium non extabat: Et quod ſufficiebat, & ſufficere debebat ad bonam poſſeſſionem & ſaiſinam acquirendas & retinendas. Quodque per annum & ampliùs antè querimoniam dictorum conquerentium, perſonas Ioannis Valdonii, & Dionyſii de Vernone dicti Prioratûs Religioſorum, tempore quo prædicti conquerentes prædictam Eccleſiam B. Martini proceſſionaliter acceſſerant, in carceribus dictorum opponentium detentorum, prædictis conquerentibus tradere, reſtituere, & deliberare (licet tunc ſuper hoc requiſiti, ſuis prædictis poſſeſſionibus vtendo) recuſauerant. Et ſi dicti con-

querentes litteras Accordii, vel aliquem titulum de & ſuper præmiſſis per ipſos ſuperiùs propoſitis habebant; attamen nullatenus ipſis valere ſeu prodeſſe poterat vel debebat, tùm quia talia iura ſic in eos conquerentes transferre, erat alienare iura Eccleſiæ, quod cum nulla vtilitas, vel dicti Prioratus neceſſitas immineret, minimè fieri poterat, tùm quia ad hoc conſenſus Conuentus dicti Prioratus & Abbatis Cluniacenſis eorum Superioris nullatenus interuenerat. Imò potius præfati de Conuentu quotienſcumque de dicto Accordio facta mentio fuerat, ipſum Accordium (in quantùm dictam alienationem concernebat) fieri expreſsè contradixerant ſi quæ literæ de & ſuper dicto Accordio factæ fuerant, ſigillo dicti Conuentus ſigillatæ, hoc ſolùm fuerat per Priorem, Subpriorem, Cantorem, & Subſacriſtam dicti Prioratus, qui tunc temporis erant, vel per vnum ex ipſis, dictis de Conuentu ſemper contradicentibus. Dicebant etiam præfati opponentes, quod prædictus Iambette, pro caſu criminali, videlicet ratione ſuſpitionis vulnerationis in perſonam Ioannis Maugerii per ipſum factæ detinebatur, de qua vulneratione periculum mortis vel mutilationis tempore refutationis ſeu contradictionis per ipſos opponentes factæ, nondum reportatum extiterat, propter quod caſus pro quo detinebatur adeò magnus & enormis reputari debebat, quod de eodem nulla gratia fieri debebat. Quod etiam dicti opponentes pro ipſomet ſufficienter edocuerant & informauerant prædictos conquerentes de caſibus & criminibus pro quibus dictus Ioannes Iambette priſionarius detinebatur. Quare petebant in dictis ſuis poſſeſſionibus & ſaiſinis manuteneri & conſeruari, impedimentúmque per dictos conquerentes in dictis poſſeſſionibus & ſaiſinis, per eoſdem opponentes ſuperiùs prætenſis, appoſitum, ad ipſorum vtilitatem amoueri, dictóſque conquerentes ad malam cauſam ſe conqueſtos fuiſſe, ac dictos opponentes ad bonam cauſam ſe oppoſuiſſe, eorumque oppoſitionem fore bonam & validam dici & pronuntiari, necnon manum noſtram in rebus contentioſis propter debatum partium appoſitam, ad dictorum opponentium vtilitatem leuari, ac ipſos

conquerentes in dictorum opponentium expenſis condemnari. Super quibus & aliis pluribus hinc indè propoſitis, inqueſta facta, proceſſuque (ſaluis reprobationibus contra teſtes per dictos conquerentes traditis) ad iudicandum recepto. Eo viſo, & diligenter examinato, repertoque quod ſine reprobationibus poterat iudicari.

Per iudicium præfatæ noſtræ Curiæ dictum fuit, Quod dicti conquerentes manutenebuntur & conſeruabuntur in poſſeſſione & ſaiſina, quod dum ipſi Proceſſionaliter & ordinariè dictam Eccleſiam B. Martini videlicet bis in anno adibunt, vna vice in dicto feſto Tranſlationis S. Martini, & alia in Quadrageſima, dicti opponentes præfatis conquerentibus hoc requirentibus, tradere & deliberare tenebuntur Religioſos priſionarios in eorum carceribus, PRO LEVIBVS CRIMINIBVS, EXCESSIBVS, ET DELICTIS DVNTAXAT DETENTOS; pro ipſis priſionariis liberandis, vel alias ordinando de ipſis, prout eiſdem conquerentibus videbitur expedire. Tenebunturque dicti opponentes per eorum, vel illius qui tunc præerit inter eos aſſertionem, conquerentes prædictos hoc requirentes, de cæteris criminibus, exceſſibus, & delictis grauioribus pro quibus dicti priſionarii tenebuntur: edocere ſeu informare. Dicti verò opponentes manutenebuntur, & conſeruabuntur in poſſeſſione & ſaiſina libertatis & franchiſiæ, quod ipſi Religioſos PRO DICTIS CRIMINIBVS, EXCESSIBVS ET DELICTIS GRAVIORIBVS, in dictis ſuis carceribus mancipatos, etiam ad requeſtam dictorum conquerentium, eiſdem deliberare, tradere, oſtendere, & exhibere nullatenus tenebuntur, nec aliter quàm modo ſupradicto ipſos conquerentes de prædictis informare ſeu edocere. Et inſuper dictum fuit, præfatos conquerentes ad malam cauſam ſe conqueſtos fuiſſe dictoſque opponentes benè & iuſtè ſe oppoſuiſſe. Et per idem iudicium dicta Curia impedimentum per dictos conquerentes in rebus contentioſis, appoſitum, ad vtilitatem dictorum opponentium amouit & amouet, manumque noſtram in

dictis rebus contentioſis propter debatum partium appoſitam, ad eorumdem opponentium vtilitatem, leuauit atque leuat, expenſas hinc inde compenſando. Quod vt firmum & ſtabile permaneat in futurum, Sigillum noſtrum litteris preſentibus duximus apponendum. Datum & actum Pariſiis in Parlamento noſtro, anno Domini milleſimo trecenteſimo octuageſimo quinto, & Regni noſtri quinto, die decima nona menſis Maii. Per iudicium Curiæ. Iouuence.

Quia hoc Areſto, de quadam Concordia, vel (vt loquitur) Accordio inter præfatos Marianos & Martinianos olim inito ſit mentio, eiuſdem hic tenorem addimus.

An. 1373. VNiuerſis preſentes literas inſpecturis, Decanus & Capitulum Eccleſiæ Pariſienſis Priorque & Conuentus Monaſterii ſeu Prioratus S. Martini de Campis iuxta Pariſius, ſalutem in filio Virginisglorioſæ. Notum facimus, quod cum inter nos Decanum & Capitulum ex vna parte, & nos Priorem & Conuentum ex altera, ex antiqua conſuetudine inter nos fraternaliter habita & diutiùs obſeruata, quædam fuerint ſtatuta & ordinata, quæ de nouo per prædeceſſores noſtros extiterunt dubitata, propter quod ſuper iis hæſitantes. Nos tandem libros, Areſta, ſeu Paſtoralia noſtra duximus inſpicienda, & diligenter reuoluenda. Ac demùm inuenimus nos adinuicem, videlicet vna pars alteri ad obſeruationem infraſcriptorum teneri, & etiam obligari, & ob hoc omne dubium inter nos & ſucceſſores noſtros de cætero........ penitùs remouere volentes, ea duximus, vt infra ſequitur, pleniùs declaranda. Et primò. Nos memorati Decanus & Capitulum, nos & Eccleſiam noſtram ac ſucceſſores noſtros confitemur teneri præfatis Priori & Conuentui & eorum ſæculari Vicario S. Martini in Eccleſia noſtra inſtituto & fundato, ac ſucceſſoribus eorumdem, in XIV. libris Pariſienſibus annuæ penſionis, ſeu annui & perpetui redditus; videlicet dictis Priori & Conuentui in XIII. libris, terminis Purificationis B. Mariæ Virginis, & Aſcenſionis

Domini pro dicta penſione & omni iure, quam & quod in Eccleſia noſtra antiquitùs habere debebant, & dicto Vicario in xx. ſolidis pariſien. termino Purificationis quolibet anno per manus Camerarii noſtri de cætero perſoluendis. Et nos etiam Prior & Conuentus confitemur nos debere officio Cameræ dictæ Eccleſiæ Pariſien. ratione cenſuum ſuorum pro terris Villette S. Lazari IV. libras ac decem & octo ſolidos pariſien. annui & perpetui cenſus in octauis feſti S. Dionyſii, menſe Octobris, anno quolibet, ſub pœna cenſus, non ſoluti, à modo perſoluendi. Et in hoſpitali videlicet S. Katherinæ in magno vico S. Dionyſii Pariſ. qui cenſus communes Capituli Pariſien. & S. Lazari nuncupantur. Et cum hoc, confitemur nos debere dicto Officio Cameræ quinque ſolidos pariſienſes, ratione cenſus qui dicitur Pontisblon annuatim, vt præmittitur, perſoluendi.

Præterea verò nos Prior & Conuentus etiam confitemur nos & ſucceſſores noſtros teneri ad expediendum, tradendum, & deliberandum atque in manibus dictorum Dominorum Decani & Capituli Pariſienſis ac ſucceſſorum eorumdem, ſeu eorum præſidentis, pro die reſtituendum & dimittendum priſionarios in carceribus noſtris detentos, quando dicti Domini, Decanus & Capitulum ad Prioratum noſtrum prædictum ordinariè bis in anno Proceſſionaliter accedunt, & accedere conſueuerunt, ſcilicet in Quadrageſima & in feſto Tranſlationis S. Martini, per ipſos Dominos Decanum & Capitulum expediendos, deliberandos, abſoluendos, ac ad eorum arbitrium de ipſis faciendum & ordinandum, niſi forte iidem priſionarii iam eſſent propter eorum demerita ad perpetuum Carcerem irreuocabiliter condemnati, vel eſſent tàm grauia & deteſtabilia crimina, quod propter enormitatem ſceleris, nulla ſuper hoc caderet gratia, ſeu quod debent ex facti naturâ ſine miſericordia perpetuo carceri condemnari. De & ſuper quibus ſic perpetratis, condemnatis, vel veriſimiliter condemnandis, ac de criminibus & eorum delictis prædictis, edocebimus tunc de preſenti ſaltem ſummariè Dominos Decanum & Capitu-

» lum ſupradictos. Quæ præmiſſa omnia & ſingula, Nos Decanus & Capitulum, & nos Prior & Conuentus prædicti, quatenus vnamquamque partem noſtrum tangit, quod nobis & ſucceſſoribus noſtris promittimus bona fide facere tenere, complere, & perpetuis temporibus inuiolabiliter obſeruare. Ac inſuper de omnibus arreragiis & aliis quibuſcumque quæ vna pars noſtrum ab altera petere poſſet occaſione præmiſſorum, adinuicem nos quittamus & tenemus nos pro contentis, pro toto tempore præterito vſque in diē confectionis præſentium litterarum, nos & ſucceſſores noſtros, Eccleſias noſtras prædictas, noſtraque & ſucceſſorum noſtrorum ac Eccleſiarum ipſarum bona quæcumque tenore præſentium hinc inde quo-ad hæc ſpecialiter obligantes. In cuius rei teſtimonium Sigilla noſtra preſentibus litteris duplicatis duximus apponenda. Datum & actum anno Domini M. CCCLXXIII. die veneris poſt feſtum B. Lucæ Euangeliſtæ. Signatum. Yuo. Notarius Capituli.

PREBENDA S. DIONYSII DE CARCERE,

in Eccleſia Pariſienſi.

De qua ſicuti & de Cura Parochiali eiuſdem, olim ſub Inuocatione SS. Egidij & Lupi, à paucis annis in proximam Ædem S. Symphoriano ſacram, tranſlata. R. Prior Martinianus pleno iure diſponit.

PREBENDA IN ECCLESIA BEATÆ MARIÆ STAMPENSIS.

Donum eiuſdem per Albertum Cantorem Pariſienſ.

NOtum ſit omnibus. Quòd venerabilis amicus noſter Domnus Albertus Canonicus & Cantor Pariſienſis dedit nobis pro remedio animæ ſuæ, Prebendam ſuam de Stampis, in Eccleſia B. Mariæ totam integram abſque vlla retentione, & iam habemus eam. Dedit & nobis vineas ſuas de Sauiis quas emit à S. Victore & domum ſuam de Thermis, cum vinea quæ ad eam pertinet Domum etiam ſuam de Vitriaco, cum vineis quas de S. Martino tenet, & cum omnibus quæ ibi acquiſiuit, vel acquiſierit. Inſuper dimiſit nobis omnia mobilia quæ inuenta fuerint ad mortem eius, quæ ſub legitimis teſtibus alibi non dederit, & tres tonnas nouas, Corporis etiam proprii ſepulturam, niſi eam alibi dimiſerit. Ego quoque frater Theobaldus Prior Sancti Martini de Campis & omnes ſeniores noſtri concedimus ei vt ſingulis annis in feſtiuitate S. Remigii de noſtro proprio dbnentur ei nouem libræ Pariſienſium denariorum, quamdiu id ei placuerit accipere, & in feſtiuitate hiberna S. Martini agnina pellicæa, & nocturnales (qui vulgò Botæ dicuntur). Ipſe quoque Cantor conſtituit nobis & promittit, quod ſingulis annis in Craſtinum Dominicæ antè Cineres quæ Quinquageſima vocatur, dabit xx. ſolidos ad refectionem fratrum. Nos etiam conſtituimus ei, vt poſt mortem ad An-

» lum ſupradictos. Quæ præmiſſa omnia & ſingula, Nos Decanus & Capitulum, & nos Prior & Conuentus prædicti, quatenus vnamquamque partem noſtrum tangit, quod nobis & ſucceſſoribus noſtris promittimus bona fide facere tenere, complere, & perpetuis temporibus inuiolabiliter obſeruare. Ac inſuper de omnibus arreragiis & aliis quibuſcumque quæ vna pars noſtrum ab altera petere poſſet occaſione præmiſſorum, adinuicem nos quittamus & tenemus nos pro contentis, pro toto tempore præterito vſque in diẽ confectionis præſentium litterarum, nos & ſucceſſores noſtros, Eccleſias noſtras prædictas, noſtraque & ſucceſſorum noſtrorum ac Eccleſiarum ipſarum bona quæcumque tenore præſentium hinc inde quo-ad hæc ſpecialiter obligantes. In cuius rei teſtimonium Sigilla noſtra preſentibus litteris duplicatis duximus apponenda. Datum & actum anno Domini M. CCCLXXIII. die veneris poſt feſtum B. Lucæ Euangeliſtæ. Signatum. Yuo. Notarius Capituli.

PREBENDA S. DIONYSII DE CARCERE,

in Eccleſia Pariſienſi.

De qua ſicuti & de Cura Parochiali eiuſdem, olim ſub Inuocatione SS. Egidij & Lupi, à paucis annis in proximam Ædem S. Symphoriano ſacram, tranſlata, R. Prior Martinianus pleno iure diſponit.

PREBENDA
IN ECCLESIA
BEATÆ MARIÆ
STAMPENSIS.

Donum eiuſdem per Albertum Cantorem Pariſien.

NOtum ſit omnibus: Quòd venerabilis amicus noſter Domnus Albertus Canonicus & Cantor Pariſienſis dedit nobis pro remedio animæ ſuæ, Prebendam ſuam de Stampis, in Eccleſia B. Mariæ totam integram abſque vlla retentione, & iam habemus eam. Dedit & nobis vineas ſuas de Sauiis quas emit à S. Victore & domum ſuam de Thermis, cum vinea quæ ad eam pertinet Domum etiam ſuam de Vitriaco, cum vineis quas de S. Martino tenet, & cum omnibus quæ ibi acquiſiuit, vel acquiſierit. Inſuper dimiſit nobis omnia mobilia quæ inuenta fuerint ad mortem eius, quæ ſub legitimis teſtibus alibi non dederit, & tres tonnas nouas, Corporis etiam proprii ſepulturam, niſi eam alibi dimiſerit. Ego quoque frater Theobaldus Prior Sancti Martini de Campis & omnes ſeniores noſtri concedimus ei vt ſingulis annis in feſtiuitate S. Remigii de noſtro proprio donentur ei nouem libræ Pariſienſium denariorum, quamdiu id ei placuerit accipere, & in feſtiuitate hiberna S. Martini agnina pellicæa, & nocturnales (qui vulgò Botæ dicuntur). Ipſe quoque Cantor conſtituit nobis & promittit, quod ſingulis annis in Craſtinum Dominicæ antè Cineres quæ Quinquageſima vocatur, dabit xx. ſolidos ad refectionem fratrum. Nos etiam conſtituimus ei, vt poſt mortem ad An-

niuerſarium eius faciendum, tribuantur xx. ſolidi ad refe-ctionem fratrum, de redditibus eius quos Eccleſia habuerit, nullique Priori, nulli Camerario, nullique perſonæ liceat eius Anniuerſarium hac benedictione defraudare. Quod ſi placuerit ei has IX. libras in vita ſua nobis dimittere, vt iam deinceps nihil inde accipiat, vult tamen idem Cantor, & nos concedimus, vt de redditibus quos tunc habebimus nos nihilominus xx. ſolidos demus ad refectionem, in die qua prædiximus faciendam; & poſt mortem ad Anniuerſarium eius abſque diminutione, vel in vita, vel in morte.

Signum Magiſtri Mauricii Epiſcopi.
S. Vvillelmi de Peners.
S. Roberti de S. Ioanne.
S. Aimonis.
S. Magiſtri Frederici de Corbolio.
S. Coſtabuli.

De Monachis.

S. Theobaldi Prioris.
S. Simonis Subprioris.
S. Theobaldi Infirmarii.
S. Laurentii, Prioris de Carcere.

Confirmatio doni eiuſdem Prebendæ, per Henricum, Lud. VI. filium, Ludouici VII. Francorum Regis fratrem; & præfatæ Eccleſiæ Stampenſis tum temporis Abbatem.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Amen. Quoniam quidem mundus tranſit & concupiſcentia eius (ſicut immobilis veritas per organum ſuum Ioannem teſtificatur) ideo inſolubili rationis, imò fidei argumento colligitur, illud ſolum ſuis poſſeſſoribus veraciter permanere, quod de ſiniſtra huius ſæculi, per eleemoſinam traiectum in dexteram in cæleſtibus theſauriſatur. Ea nempè quibus temporaliter fruimur, vix permanent nobiſcum dum viuimus; morientes verò, quoniam ſequi non poſſunt, non ſolùm nudos, verumetiam ſuis illecebris reos factos ad pœnam demittunt.

tunt. Illa autem quæ pauperibus ſubueniendo, omnipotenti dexteræ committimus ad quam fures non accedunt & rapina nihil proficit; & tunc incipiunt veraciter poſſideri cum morimur, & nunc iterum ſpei bonæ ſolatium nobis preſtant dum viuimus. His igitur atque huius modi rationibus pellectus, Ego Henricus Dei gratia Abbas Eccleſiæ S. Mariæ Stampenſis, animæ patris mei bonæ memoriæ Ludouici Regis, & fratris mei Philippi ſeu etiam meæ, vel aliorum anteceſſorum meorum, ſolatium aliquod in alteram vitam tranſmittere curaui. Et quoniam Eccleſia B. Martini de Campis ab ipſis anteceſſoribus meis fundata, & pro merito religionis dilecta, honorata & aucta eſt; ego quoque non decreſcente religione, & accreſcēte numero Monachorum, beneficia augere deſtinaui. Perſuaſus igitur, & timore Dei, & amore maiorum meorum, inſuper & præcibus Domini & fratris mei glorioſi Ludouici Regis, & matris meæ plurimùm auctus, eidem Eccleſiæ Prebendam vnam in Eccleſia S. Mariæ Stampenſis, hoc ordine dedi. Dominus Albertus Cantor, in illa Eccleſia Prebendam habebat, & quoniam Monachis de Campis, maxima aſtringebatur amicitia, eam in manibus meis per panem & librum reddidit, & ego conſequenter ſimiliter per panem & librum in manibus venerabilis Theobaldi Prioris de Campis eam ſepoſui, & per illum Eccleſiæ cui præerat, in perpetuum poſſidendam contradidi. Quod vt ratum ſit, & immobile perſeueret, ſigilli mei munimine, & teſtibus ſubnotatis confirmaui.

Signum Ludouici Regis.
S. Adelæ Reginæ.
S. Sugerii Abbatis S. Dionyſii.
S. Macarii Abbatis Morinenſis.
S. ......Cantoris.
S. Hugonis de Creceio.
S. Mathæi de Monte-morentio Conſtabularii.
S. Vvillelmi Buticularii.

Carta Ludouici VII. de eadem Prebenda.

An.1142. IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Ludouicus Dei gratia Rex Francorum & Dux Aquitanorum. Noſcat preſens ætas ac poſtera, Præcentorem Pariſienſem Aubertum, Prebendam quam in Eccleſia B. Mariæ Stampenſis habebat, in manu Chariſſ. fratris noſtri Henrici (qui eiuſdem erat Eccleſiæ Abbas) ex propria voluntate, ſine vlla retentione dimiſiſſe, optantem votis, & poſtulantem præcibus, vt Prebenda illa Eccleſiæ B. Martini de Campis tribueretur. Moti ſanctitate loci, & religioſa conuerſatione quæ illic diuino famulatui inceſſanter incumbit, pro remedio animæ Genitoris noſtri venerandæ memoriæ Ludouici, noſtrorumque pro indulgentia reatuum, prædictæ Eccleſiæ B. Martini Prebendam iſtam Chariſſ. fratris noſtri Henrici, benigno aſſenſu in Eccleſia B. Mariæ Stampenſis, integrè perpetuóque poſſidendam donauimus. Quod vt perpetuæ ſtabilitatis obtineat munimenta, ſcripto commendari, ſigilli noſtri authoritate muniri, noſtrique nominis ſubter inſcripto caractere corroborari præcepimus. Actum Pariſius anno Incarnati Verbi M. CXLII. Regni noſtri verò VI.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. Iacobi de Carnificeria (vt vulgus loquitur) in vrbe Pariſienſi, quam (ſicuti docet vetus noſtrum M. S.) dedit Monaſterio Martiniano quidam Pontius Archambert.

In eadem Eccleſia, ſunt tres Capellaniæ.

Prima, ad Altare B. Mariæ, fundata per Magiſtrum Hugonem le Recteur.

Secunda, per Michaelem Flamigij.

Tertia ad Altare S. Fiacrij. Fundata per Magiſtrum Ioannem Truquam, Locumtenentem Præpoſiti Pariſien. Qui vixit ad annum Domini M.CCCCV. *De quibus Capellaniis Reuerendiſſ. Pariſienſis Epiſcopus, & R. Prior Martinianus alternis vicibus diſponunt, vt ſequitur.*

VNiuerſis preſentes litteras inſpecturis. Hugo permiſſione diuina Pariſienſis Epiſcopus, & frater Bertrandus Domini Papæ Capellanus, Prior Prioratus S. Martini de Campis iuxta Pariſien. totuſque eiuſdem loci Conuentus, ſalutem in filio Virginis glorioſæ. Cum contentio ſeu queſtionis materia diu mota fuiſſet inter prædeceſſores noſtros, videlicet Pariſien. Epiſcopos ex vna parte, & Priores & Conuentum dicti Monaſterii S. Martini ex altera, & adhuc eſſet inter nos, noſtris & Eccleſiarum noſtrarum prædictarum nominibus, ratione & occaſione cuiuſdam Capellaniæ olim fundatæ & dotatæ in Eccleſia Parochiali S. Iacobi in Carnificeria Pariſien. ad Altare B. Mariæ eiuſdem Eccleſiæ à defuncto Magiſtro Hugone Rectore, quondam ciue Pariſien. & Aduocato in Curia laicali; in ſuo Teſtamento ſeu vltima voluntate, ſub certo diuini officii onere, à Capellanis in dicta Capellania futuris temporibus inſtituendis perpetuò celebrando. Super eo videlicet, quod nos Epiſcopus Pariſien. & noſtri prædeceſſores prædicti prætendebamus quod tàm de iure communi, quàm de conſuetudine & communi obſeruantia Ciuitatis & Diœceſis Pariſien. prædictæ Capellaniæ inſtitutio ſeu fundatio nequaquam fieri poterat ſine noſtris licentia & authoritate. Et ſi forſan præmiſſis licentia & authoritate interuenientibus, ipſius Capellaniæ inſtitutio & fundatio fieri contigerit, ipſius tamen colla- *An. 1331.*

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Diuinarum authoritate ſcripturarum informamur, vt dum tempus habemus, bonum ad omnes, maximè verò ad domeſticos fidei operemur, & peccata ac iniquitates noſtras eleemoſinis redimentes, amicos & receptores in æterna tabernacula iuxta illud Euangelicum, de his quæ relinquenda, indignè poſſidemus, nobis faciamus. Qui verò fideliores amici ac veriores pauperes, ſeu ad interpellandum Deum familiariores, quàm hi qui inſtar Apoſtolorum, omnibus exuti, pauperem Chriſtum & pauperes ipſi ſunt ſequuti, ac pro amore cœleſtis patriæ dura obedientiæ onera laturi, alterius iugo ſe *An. 1018.*

ſummiſerunt; Religioſi ſcilicet, ac Catholici Monachi: Quiſquis ergo in multis ſe meminit deliquiſſe, ſtudeat neceſſe eſt illis prodeſſe & auxiliari, quorum merita ſibi credit in ipſo diſtricto examine ſuffragari.

Hæc itaque & huiuſmodi ego Gotfridus Dei gratia Pariſiorum Epiſcopus, apud me pertractans; notum fieri volo omnibus tàm præſentibus quàm futuris. Quoniam confratrum ac amicorum noſtrorum; Monachorum Cluniacenſium in Eccleſia Beati Martini propè Pariſius ſita, deo famulantium, exemplo ac petitione prouocatus, dono deo & ipſi prædictæ Eccleſiæ, quæ vocatur de Campis, fratribuſque ibidem deo ſeruientibus, Altare quoddam, quod fuerat mei iuris, cum atrio & his omnibus quæ ad ipſum Altare pertinent, in villa quadam Bongeïas nomine. Quæ villa ex largitione piæ memoriæ excellentiſſimi Regis Francorum Heinrici, qui ipſam prædictam Eccleſiam honorificè reſtaurauit, cum multis aliis donariis ipſi Eccleſiæ primùm tradita fuerat. Hoc inquam Altare cum omnibus reditibus & redibitionibus eius dono, liberum concedo, & transfundo prædictæ Eccleſiæ, ipſiſque fratribus Cluniacenſibus perpetuo iure tenendum & poſſidendum, nullo mihi vel ſucceſſoribus meis inibi iure retento, præter Synodum ac Circadam, & Curam animarum Parochiano Presbytero à nobis commiſſam.

Hoc idem facio & ego Drogo Archidiaconus, in cuius Archidiaconatu ipſum Altare habetur, & ad cuius manum tertia pars omnium redditaum ipſius Altaris tunc pertinebat, omnia videlicet ſupra memorata prædictæ Eccleſiæ donando, & concedendo. Laudantibus quoque & annuentibus omnibus Canonicis tàm Præpoſitis, quàm inferioris ordinis Eccleſiæ Beatæ Mariæ Pariſienſis. Et vt hoc donum ſtabile & inconcuſſum permaneat, hanc Cartam in qua me præcipiente hæc omnia ſcripta ſunt, ſigillo meo ſubterſignaui, Ego ipſe Goifridus Epiſcopus, ac Drogo Archidiaconus, omneſque Præpoſiti ac Clerici mei manufirmaram, & ſignis ac nominibus noſtris ſubterſcriptam, cum pluri-

mis aliis tàm Clericorum quàm laicorum autenticis perſonis corroborauimus. Quod ſi quis hæc calumniari, & contra facere, quod abſit, & quod minimè credimus, præſumpſerit, ſciat ſe perpetuo anathemati ſubiacere, atque in gehennalibus penis cum Iuda proditore torquendum, qui ea quæ egenis mittebantur, legitur ſubripuiſſe. Actum Pariſius publicè in Capitulo S. Mariæ Pariſienſis. Anno ab Incarnatione Domini milleſimo octogeſimo octauo, Regnante Philippo Francorum Rege, anno XXVIII. Goisfredo verò Pariſiorum Epiſcopo, anno XXVII. Indictione quoque X.

✠ Signum Goisfredi, Pariſiorum Epiſcopi.
S. Ioannis Decani.
S. Ioſcelini Archidiaconi.
S. Vvalterii Sacerdotis.
S. Goderanni Sacerdotis.
S. Vvalterii Canonici, & Meldenſis Epiſcopi.
S. Yuonis Archidiaconi.
S. Roberti Sacerdotis.
S. Rogerii Sacerdotis.
S. Haimonis Diaconi.
S. Radulfi Diaconi.
S. Arnulfi Diaconi.
S. Bernardi Diaconi.
S. Drogonis Archidiaconi.
S. Vvaleranni Præcentoris.
S. Odonis Subdiaconi.
S. Rainaldi Subdiaconi.
S Ollandi Subdiaconi.
S. Iſembardi Subdiaconi.
S. Hugonis Subdiaconi.
S. Guidonis pueri.
S. Vvalterii pueri.
S. Vuillelmi pueri.

Hi quoque ſunt teſtes qui interfuerunt.
Diſiardus, Decanus S. Genoueſæ.

Vvido de Cala.
Hugo filius Frederici.
Fulco Monetarius.
Vvalterius maior de Nuſiaco.
Ebrardus Decanus.
Vvalterius Maior de Hac-Villa.
Vvarinus frater eius.
Theo. frater eius.
Alelmus Maior de Aneto.
Hugo de Aneto.
Engelardus de S. Marcello.
Hilgodus de S. Marcello.
Durannus Decanus de Bungeïas.
Vvalbertus de Bungeïas.
Vvalbertus frater eius.
Archembaldus de Bungeïas.
Hubertus frater Ebrardi.
Herleboldus.
Pontius filius Ebrardi de Nuſiaco.
Malgerius.
Vvigrinus Cancellarius ſcripſit.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. GERMANI DE PENTHINO.

Penthin.

PARISIENSIS DIOCESIS.

CAPELLANIA

CAPELLANIA AD ALTARE B. Mariæ, in eadem Eccleſia quæ de vicibus alternis diſponunt Pariſien. Epiſcopus & Martinianus Prior.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. GERMANI

de Drenciaco magno. *Drancy le grand.*

PARISIENSIS DIOCESIS.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. MARTINI DE CASTANETO.

Chaſtenay.

PARISIENSIS DIOCESIS.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. PETRI DE CONFLVENTIO.

Conflãs.

PARISIENSIS DIOCESIS.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA SS. PETRI ET PAVLI DE CLAMARDO.

Clamard

PARISIENSIS DIOCESIS.

Conceſſio præcedentium Altarium, per Guilielmum Pariſienſem Epiſcopum.

An. 1098. IN nomine Patris & Filii & Spiritus-ſancti. Amen. Sanctorum Canonum authoritate didicimus, & piorum patrum inſtitutionibus edocti ſumus, nos de poſſeſſionibus noſtris impertiri debere cunctis Deo ſeruientibus. Igitur approbatæ conſuetudinis eſt in Eccleſia, omnia cum fratribus habere communia, in hoc enim maximè Charitas comprobatur, per quam Dei miſericordia comparatur; ſi charitatis fructus dei fidelibus fideliter exhibeatur, *probatio enim dilectionis, exhibitio eſt operis.* Quod peripſius veritatis teſtimonium, ſatis euidenter ſanctum nobis intimat Euangelium. *Qui habet*, inquit, *mandata mea, & ſeruat ea, ipſe eſt qui diligit me.* Ergo qui charitatem habet, operibus eam magnificare debet. Ego itaque Guillelmus Pariſienſis Epiſco-

pus, notum volo fieri non minùs futuris quàm præſentibus, quod Monachi ſancti Martini de Campis Pariſiis, noſtram adierunt preſentiam, cum quibuſdam noſtris familiaribus, qui ſupplicando nobis multiplicatis petierunt interceſſionibus, quatenus ad ſuſtentationem fratrum, Altaria quæ ſubſcripta ſunt, in dioceſi noſtra ſita, Monaſterio S. Martini de Campis in perpetuum habenda concederemus. Videlicet Altare Montis-Martyrum, & Altare villæ quæ dicitur Penthinum. Altare etiam villæ quam vocamus Derentiacum, & Altare villæ quæ dicitur Caſtanetum, & duas partes Altaris villæ quæ dicitur Luueris: Duas partes etiam Altaris villæ, quæ dicitur Confluentium. Altare quoque villæ quæ dicitur Clamard. Quorum poſtulationem exaudiri debere decreuimus, tàm pietatis affectu quàm ſupradictis authoritatibus. Adhibito igitur aſſenſu & conſilio Archidiaconorum noſtrorum, videlicet Vvlgrini & Stephani, & Reinaldi, & Cleri noſtri totius ſupradicta Altaria ſupradicto Monaſterio S. Martini de Campis, omni tempore poſſidenda conceſſimus. Retinuimus tamen Eccleſiæ noſtræ ipſorum Altariorum debitam obedientiam, & Synodum & Circadam. Quod ne prolixitate temporis valeat aboleri, placuit nobis ſcripto memoriæ commendari. Signa quoque noſtra ſubſcripſimus, manibus noſtris tangendo firmauimus, ne qua violentia corrumpi poſſit noſtris ſucceſſoribus.

Louures en Pariſis.

Signum Vvillelmi Epiſcopi.
S. Fulconis Decani.
S. Gualeranni Præcentoris.
S. Vvlgrini Archidiaconi.
S. Stephani Archidiaconi.
S. Rainaldi Archidiaconi.
S. Goderanni Sacerdotis.
S. Rotberti Sacerdotis.
S. Rogeri Sacerdotis.
S. Ancelmi Leuitæ.
S. Pontii Leuitæ.

S. Haenrici Leuitæ.
S. Hugonis Subdiaconi.
S. Tedoini Subdiaconi.
S. Adam Subdiaconi.
S. Lyſiardi Acolitæ.
S. Godofridi Acolitæ.
S. Petri Acolitæ.

Actum Pariſius in Capitulo S. Mariæ. Anno ab Incarnatione Domini M. XCVIII. Regnante Philippo Rege, anno XXXVIII. Vvillelmo Epiſcopo anno III. Indictione VI. Epacta XV. Concurrente IIII. Ego Ricardus Cancellarius ſcripſi.

Iſti ſunt laici teſtes qui preſentes fuere, quando iſta Carta firmata eſt in Capitulo S. Mariæ.

Hugo Bardolis.
Radulfus Sencalcus.
Vdo de S. Clodoaldo.
Olricus Salconaris.
Vvillelmus nepos Hugonis.
Germundus.
Evvrardus.
Aſcelinus.
Godefridus Doret.
Guarinus Tcon.
Herleboldus.

Item de dicta Eccleſia de Clamardo, binæ Cartæ.

VOlumus eſſe notum cunctis qui Matris Eccleſiæ filii ſunt. Quod Hugo de Criſpeio dedit Eccleſiæ S. Martini capſum Eccleſiæ de Clamart, de eius enim feodo erat, & ſuper ſanctum Altare donum fecit, coram cunctis qui aderant, quorum nomina hæc ſunt.
Rotbertus filius Stephani.
Odo Fraxinellus. Iterius. Adalardus. Buxellus.
Hugo rufus.

Besnardus Parmentarius.
Odo Piſtor.
Rodulfus nepos Rainaldi ad Barbam.
Hubertus Carpentarius, ſeruus Eccleſiæ.

Altera Carta.

Notum fieri volumus omnibus Chriſti fidelibus, quod Vvalterius de Banniolis, & Hildiardis vxor eius, pro remuneratione vitæ eternæ, Eccleſiæ beati Petri Cluniacenſis, ſub qua eſt Eccleſia S. Martini de Campis, conceſſerunt Capſum Eccleſiæ de Clamart, concedente Arnulfo Domino ſuo, à quo tenebant, & vxore eius & filio. Huius conceſſionis Arnulfi & vxoris eius & filii teſtes ſunt.
Adam filius Theobaldi de Criſpeiaco.
Helo nepos Helonis de Firmitate.
Hugo filius Duduini.

Quod Vvalterius & vxor eius hoc quod ſupra dictum eſt, Eccleſiæ beati Petri Cluniacenſis, & S. Martini de Campis dederunt, teſtes ſunt.
Hernoldus nepos ipſius Vvalterii.
Conſtantius frater eius.
Albertus Dapifer Vvarini.
Aſzo Diſpenſator Regis. Rotgerus.
Vvarinus frater eius.
Vlricus Falconarius.
Vvalbertus Pedacer.
Durannus, Odo, Leobertus, Atroldus.
Vvalterius Maior, Vvalterius.
Addiderunt adhuc & arpennum vineæ qui continetur ſub pago eiuſdem villæ.

Permiſſio conſtruendæ Capellæ apud Clamardum.

GVillelmus permiſſione diuina Pariſienſis Eccleſiæ miniſter licet indignus vniuerſis preſentes litteras inſpecturis æternam in Domino ſalutem. Notum facimus quod An. 1245.

nos de aſſenſu & voluntate Prioris & Conuentus S. Martini de Campis Pariſienſis ad quos ſpectat collatio Eccleſiæ Parochialis de Clamardo, ratione iuris Patronatus, Archidiaconi loci, & Presbyteri eiuſdem Eccleſiæ. Dilecto noſtro Adæ, Coquo Domini Regis conceſſimus vt liceat ei conſtruere Capellam in Domo ſua de Clamardo, & ibi diuina audire, ſi placuerit eidem. Et ne propter hoc ius Patroni & Eccleſiæ Parochialis enormiter læderetur, ita ordinauimus inter Patronum, & Presbyterum Parochialem ex vna parte & dictum A. conſtitutum coram nobis, qui hoc voluit & & conceſſit ex altera. Quod in eadem Capella numquam poterit inſtitui Capellania ab aliquo vel beneficium aliquod certum alicui certo Presbytero qui ibidem deſeruiat aſſignari, niſi de aſſenſu & voluntate noſtra, Archidiaconi loci, Patroni prædicti & Presbyteri Parochialis Eccleſiæ de Clamardo, nec Campanæ appendi, nec Fons baptiſmalis conſecrari, nec aliquod ius Parochiale fieri ibidem, nec etiam aliquis Presbyter ſæcularis vel religioſus vel aliqui etiam cuiuſcumque religionis commorari, vel inſtitui in eadem. Si verò aliqui prouentus ibidem fuerint tàm in pane, quàm vino, argento & auro, & candelis, & aliis rebus quibuſcumque quocumque modo, vel à quibuſcumque peruenerint Parochiali Presbytero de Clamardo fideliter cuſtodientur & reddentur per ſeruientem in prædicta domo dicti Adæ commorantem. Item ſi ſucceſſu aliquo temporis Capellaniam contingat inſtitui ab aliquo in prædicta Capella, vel beneficium aliquod certum alicui certo Presbytero qui ibidem deſeruiat, aſſignari; collatio ipſius Capellaniæ ſiue Beneficii quotienſcumque ipſam vel illud vacare contigerit, & preſentatio Presbyteri ad eandem Capellaniam ſiue Beneficium ad prædictos Priorem & Conuentum ſancti Martini pertinebit, ſicut pertinet Collatio Parochialis Eccleſiæ de Clamardo, & preſentatio Presbyteri ad eandem. Hæc omnia ſupraſcripta voluerunt & conceſſerunt coram nobis, Archidiaconus loci, prædicti Prior & Conuentus Sancti Martini, Presbyter Parochialis de Clamardo, & dictus

Adam, & promiſerunt ſe firmiter ſeruaturos. In cuius rei teſtimonium & munimen præſentibus litteris ſigillum noſtrum duximus apponendum. Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo tertio, menſe Martio.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA B. MARIÆ DE LIVRIACO. *Liury.*

PARISIENSIS DIOCESIS.

CAPELLA IN EADEM, fundata & dotata per Vvillelmum de Gallanda, vt ſequitur.

VVillelmus de Gallanda, omnibus preſentes literas inſpecturis, ſalutem in Domino. Nouerint vniuerſi quod ego in Capella mea de Liuriaco, quendam inſtitui Capellanum, ad cuius ſuſtentationem dedi pro animæ meæ & anteceſſorum meorum remedio, centum ſolidos Pariſienſes in cenſu meo de Monſterello, annuatim in octabis S. Dionyſii percipiendos. Præterea dedi eidem Capellano vnum arpennum vineæ, & domum quamdam quæ fuerunt Bartholomæi Anglici, quæquidem ſita ſunt apud Liuriacum. Et decem & octo ſectarios boni mixtolii annuatim in feſto Omnium Sanctorum, in grangia mea de Liuriaco perſoluendos. In cuius rei memoriam has literas feci meo ſigillo ſignari. Actum anno Domini M. CCXII. menſe Decembri. *An. 1212.*

De eadem. Petri Pariſienſis Epiſcopi Carta.

An. 1212. PEtrus Dei gratia Pariſien. Epiſcopus, Omnibus preſentes litteras inſpecturis, ſalutem in Domino. Notum facimus quod nobilis vir VV. de Garlanda, in Capella ſua de Liuriaco, de aſſenſu noſtro quendam inſtituit Capellanum, ad cuius ſuſtentationem dedit pro animæ ſuæ & anteceſſorum ſuorum remedio, centum ſolidos pariſienſes in cenſu ſuo de Monſtercllo, annuatim in octauis S. Dionyſii percipiendos, dedit etiam eidem Capellano vnum arpennum vineæ, & domum quandam quæ fuerunt Bartholomæi Anglici, quæquidem ſita ſunt apud Luuriacum. Et decem & octo ſectarios boni mixtolii, annuatim in feſto Omnium Sanctorum, in granchia ſua de Liuriaco perſoluendos. Nos autem volumus & concedimus, quod ſicut donatio Parochialis Eccleſiæ de Liuriaco Eccleſiæ S. Martini de Campis Pariſien. eſſe dignoſcitur; ſic donatio præfatæ Capellæ in perpetuum pertineat ad eandem. Actum anno Domini M. CCXII. menſe Decembri, Pontificatus noſtri anno quinto.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. MARTINI DE SEVRANNO.

Seuran.

PARISIENSIS DIOCESIS.

Carta doni eiuſdem per quemdam Hadebrannum.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Notum volo fieri ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis, Quod Hadebrannus diuina

uina inſpiratione admonitus, dedit Eccleſiæ Beati Petri Cluniacenſis, & Eccleſiæ S. Martini de Campis, totam villam quæ Ceuerencus vocatur, cum ſuis appendiitiis; determinatè tamen vt in ſubſequenti deſcribemus, paucis verbis. Altare & Eccleſiam & Atrium dedit ſupradictæ Eccleſiæ S. Martini extra partem, villam verò tali pacto, vt dimidium redditum à Priore, & Senioribus teneret in fœdo, ſiue in legibus, ſeu quibuſlibet conſuetudinibus. Maior à Priore & Senioribus inibi conſtituetur, qui vtriſque ſub iuramento faciet fidelitatem, ſuam vnicuique redditurus medietatem. Sub manu Prioris erit Senioratus & Iuſtitia, vt illius cuius eſt villa. Supradictus Hadebrannus in qua parte villæ elegerit domum, in dominium, ſiue in cenſu, ſeu aliqua conſuetudine poſſidebit. In Eccleſia Archas ſeu alia vaſa ſine Arcandio habebit. Hoc conceſſum eſt à Gaufredo tunc Pariſienſi Epiſcopo, & ab Hugone Comite de Domno Martino, qui villam ſupradictam ex Epiſcopi tenebat caſamento. Firmatum eſt etiam à Guarino, Milonis filio, qui eam tenebat à Comite ſupradicto, in communi S. Martini Capitulo, & Milone eius filio cum Hadebranno, qui totum tenebat ab ipſo Guarino. Hoc ordine ita proſequuto, Vvarinus & filius eius Milo cum Hadebranno, in communi S. Martini Eccleſia donum poſuerunt ſuper Altare Dominicum, videntibus cunctis qui aderant, qui matris Eccleſiæ teſtes exiſtant, ne eam iniuriari permittant, quæ eos introducat in vitam æternam.

Hæc ſunt autem nomina eorum, qui in hac Cartula ſcribi potuerunt, quos ſcribat in libro viuentium Scriptor ille beatus, qui ſcribebat in terra digito, oblata ſibi muliere in adulterio deprehenſa.

Vvalbertus de Burriaco.
Ricardus filius eius.
Rodulfus nepos eius.
Lancelinus filius Roſcelini.
Rotbertus de Cantu ranæ.
Elinandus de Faï.

Teibaldus filius Geheldis.
Vvirricus Malus-vicinus.
Rodulfus frater eius.
Hubertus de Roſceto.
Hildigerius de Greua.
Liſiardus filius Anſoldi Pariſienſis.

De famulis S. Martini.

Ioſcelinus.
Rainaldus ad Barbam.
Adelelinus Barbatus.
Vvalterius de Bubulco.

Pòſt, tranſacto multo tempore rationem habuit Hadebrannus cum Priore & Senioribus, vbi omnia recapitulata ſunt quæ ſuperiùs diximus, vnde teſtes fuerunt hi.
Rotbertus filius Stephani.
Fulco Monetarius.
Vvalterius Maior.
Vuarinus frater eius.
Herlebodus. Stephanus.
Hugo de Aneto.
Frotbertus frater eius.
Theobaldus Maior de Ceuerenco.
Et multi alii, quos non eſt neceſſe modo nominare.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA B. MARIÆ DE NOISIACO MAGNO, ad Matronam fluuium.

Noiſi le grãd ſur Marne.

PARISIENSIS DIOCESIS.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. ANDREÆ DE BALBINIACO.

Baubigny.

PARISIENSIS DIOCESIS.

CAPELLANIA CASTRI eiuſdem loci.

Gotofridi Pariſienſis Epiſcopi, pro præcedentib. & Campinia.i, Altaribus, Carta. Chanpigni.

DIuinis Scripturarum authoritatibus informamur, frequentiùs autem Apoſtoli monitis quaſi quadam manu ſolicitudinis excitamur, vt dum tempus habemus bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei operemur, & peccata noſtra eleemoſinis redimentes, amicos & receptores nobis in æterna tabernacula faciamus Quiſquis ergo ſe in multis meminit deliquiſſe, ſtudeat neceſſe eſt illis prodeſſe, quorum præcibus in diſtricto examine non eſt timendum in manus Dei viuentis incidere. Talibus autem humilitas noſtra placere non differat, & neceſſaria petentibus abundans miſericordia manum benedictionis non retrahat. An. 1071.

Ego igitur Goisfridus gratia Dei Pariſiorum Epiſcopus antè mentis oculos diem illum reducens, & periculum animæ meæ, hinc accuſante conſcientia, hinc non adeò defendente miſericordia, metuens; Monachis Cluniacenſibus apud S. Martinum de Campis Domino ſeruientibus, quatuor Altaria & quæque ſunt ad ea pertinentia donamus, nul-

Ioque nobis noſtriſque ſucceſſoribus in eis iure retento, preter Synodum & Circadam, & Eccleſiarum reconciliationem curamque animarum Parochiano Presbytero à nobis conceſſam, perpetuo iure poſſidenda concedimus, vnum videlicet in villa quæ dicitur Ceurannus. Aliud apud villam Noiſiacum. Annuentibus Comite Donni-Martini Hugone, & Guarino Milonis filio, & Milone Guarini. Hæc enim duo Altaria ſupradictus Comes ex noſtro, Guarinus verò ex Comitis poſſedit beneficio. Tertium quoque in villa quæ vocatur Campiniacus. Quartum in ea quæ nuncupatur Balbiniacus. Annuentibus Ioſcelino Archidiacono, & Gualeranno Cantore. Quorum illud Campiniaci Ioſcelinus ex noſtro, illud autem Balbiniaci Gualerannus habuit beneficio. Hoc etiam libenti animo conceſſerunt Drogo & Rainaldus Archidiaconi. In Drogonis enim Archidiaconatu illa duo quæ ſunt, Ceuranni & Balbiniaci, in Rainaldi verò ea quæ ſunt Campiniaci & Noſiaci, conſiſtunt Altaria. Vt autem hoc donum ſtabile inconuulſumque permaneat, Cartam iſtam fieri præcepimus, manuque propria firmauimus, manibuſque Canonicorum noſtrorum firmandam tradidimus, noſtroque ſigillo ſubterſignauimus.

Actum publicè Pariſius, in Capitulo S. Mariæ, anno Incarnationis Dominicæ M. LXXXIX. Regnante Philippo Rege anno XXXI. Goisfrido verò Pariſienſi Epiſcopo, XXX. Indictione quoque XII.

Signum Goisfredi Pariſienſis Epiſcopi.

S. Ioannis Decani.

S. Gualeranni Præcentoris.

S. Drogonis Archidiaconi.

S. Ioſcelini Archidiaconi.

S. Rainaldi Archidiaconi.

S. Gualteri Canonici, & Epiſcopi Meldenſis.

S. Fulconis Sacerdotis.

S. Goderanni Sacerdotis.

S. Rogeri Sacerdotis.

S. Bernardi Leuitæ.

S. Haimonis Leuitæ.
S. Arnulphi Leuitæ.
S. Alberici Leuitæ.
S. Odonis Subdiaconi.
S. Theuini Subdiaconi.
S. Iſembardi Subdiaconi.
S. Vvidonis pueri.
S. Guillelmi pueri.
S. Gauteri pueri.
S. Hugonis pueri.
Vvulgrinus Cancellarius ſcripſit.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. SATVRNINI DE CAPINIACO, PARISIENSIS DIOCESIS.

Champigny ſur Marne.

Ex dono Ioſcelini Archidiaconi Pariſienſis.

NOuerint audientes, quoniam Dominus Ioſcelinus Archidiaconus Eccleſiæ S. Mariæ, Altare Campennini & vnum Penthini alodium, de redemptione animæ ſuæ ſollicitus, Eccleſiæ S. Martini tradidit. Quod donum vt ratum inconcuſſumque permaneret, aſſenſu atque fauore fratris ſui Vdonis confirmauit. Qui etiam Vdo tam reſpectu diuino, quam fratris præcibus deuictus, decimam eiuſdem alodii, quæ iuris illius erat, præfatæ Eccleſiæ ſubrogauit. Actum regnante Domino, anno regni Philippi Regis, ſeptimo, indictione quarta. *Circa An. 1067.*

Signum Vvidonis.

S. Rotlanni. S. Guntardi.
S. Ernaldi. S. Vgeri.
S. Galcherii. S. Maigaldi.

Mutat ſententiam, reuocatque donum Vdo præfatus. Sed poſt, cum facti piget, vt ſequitur.

AVdiant filii Matris Eccleſiæ. Quod Ioſcelinus Archidiaconus, Altare de Campiniaco domui Dei Sanctique Martini de Campis dedit, quod eadem Eccleſia longo tempore, nullo calumniante tenuit, regnante Philippo Rege. Gaufrido (cuius nutu hoc factum eſt) Pariſiacæ vrbis
Iſa. 14. exiſtente Epiſcopo. Sed pullulante eius inuidia, qui ait, *Ponam ſedem meam ad Aquilonem, & ero ſimilis Altiſſimo*, indeque elatus cecidit, numquam recuperaturus illos quos in loco ſui nollet hereditare, prout poteſt, dentibus diſcerpit; animum Vdonis fratris eiuſdem Ioſcelini (cuius fauore hoc donum factum fuerat) in ardorem cupiditatis accendit, & Altare ſupradictæ Eccleſiæ S. Martini abſtulit, quod per aliquod tempus ſub calumnia & excommunicatione tenuit. Dominus autem Ieſus (qui peccatores expectat, & quos vult ſaluos fieri, ad pœnitentiam vocat) animum illius compunxit, & pœnitentia ductum, quod malè habebat, Eccleſiæ reſtituit. Deinde necdum ceſſante Diabolo, animum commouit Naihteri de Monte-gaio (qui filiam Vdonis habebat in coniugio) vt Altare Campennini auferret Eccleſiæ Beati Martini, ille verò Angelo nequam credidit, & Altare Eccleſiæ ſine iudicio & lege ſibi accepit. Sed Vrſione Priore (qui ſub Hugone Abbate Cluniacenſe, Eccleſiam ſuperius ſepius repetitam regebat) cum cæteris Senioribus calumniante, ac cum eo placitante iudicio virorum Catholicorum quod ſeſe malè accepiſſe agnouit, Eccleſiæ Sancti Martini (vxore eius Auelina annuente) reddidit.

Videntes autem Seniores cum Vrſione Priore quia cupiditate cenſus redditionem dilatauerat, Nantero equum, vxori verò eius ſexaginta ſolidos Pruuinientium, præter

duas vncias auri (quas inde habere volebat) dederunt. Sicque ipſe & vxor eius calumniam quam in Altari illo faciebant, ſuper ſanctum Altare S. Martini depoſuerunt. Hoc teſtificentur (ſi opus fuerit) qui viderunt & audierunt, & qui in hac Cartula ad teſtificandum ſcripti ſunt.

Arroldus videlicet de Monte-Maurenciaco.
Petrus Senglatius.
Paganus de Monte-gaïo.
Rotbertus de Canoilo.
Paganus filius Stephani.
Hugo expians Verderiam.
Vvalterius Maior.
Vvarrinus & Teudo fratres eius.
Hugo. Vvarnerius.
Gaufredus & Fulco fratres, ambo Coci S. Martini.
Herlebaldus de Vitreio.
Pontius filius Ebrardi de Nuiſcio.
Vvalterius filius Gundranni.
Georgius Sacriſta.
Bernardus frater eius.
Hugo Rufus de Aneto.
Rainaldus ad Barbam.
Rotgerius Sator.
Theodericus Piſtor.

DVÆ CAPELLANIÆ IN Præfata Eccleſia de Campiniaco.

Prima ad Altare SS. Apoſtolorum Ioannis & Iacobi.

De Altari nuper facto apud Campiniacum.

Carta Odonis Pariſienſis Epiſcopi.

ODo Dei gratia Pariſienſis Epiſcopus; Omnibus preſentes litteras inſpecturis, in Domino ſalutem. Notum An. 1201.

facimus quod ad præces & petitionem dilectorum noſtrorum Magiſtri Terrici Canonici Bituricenſis, & Petri Presbyteri S. Ioannis: & Ioannis Presbyteri fratrum, eis in noſtra præſentia conſtitutis benignè conceſſimus vt ipſi inſtituerent Capellaniam vnam perpetuam in Eccleſia Sancti Saturnini de Campiniaco, ad Altare Beati Iacobi, Presbytero eiuſdem loci ad hoc ſuum prebente aſſenſum, ita quod Capellanus qui Altari deſeruiet memorato (cuius preſentatio & omnimoda alia diſpoſitio ad Priorem S. Martini de Campis pertinebit) iurare tenebitur in inſtitutione ſuâ, ad dictam Capellaniam reſidentiam ſe facturum. Iurabit etiam fidelitatem Presbytero de Campiniaco, ſuper rebus ad ius Parochiale pertinentibus, & quod nec in legatis, nec in oblationibus ſibi factis, aliquid percipiet niſi de voluntate Presbyteri Parochialis: niſi forte vel prædia aliqua, vel redditus, vel pecunia ad emendos redditus eidem Capellaniæ data fuerint ad augmentum reddituum Capellaniæ & ſuſtentationem Capellani, quæ ad eandem Capellaniam integrè pertinebunt. Capellanus verò ibidem celebrare non poterit, donec Miſſa Parochialis fuerit celebrata, niſi de conſenſu & voluntate Presbyteri prælibati. Capellanus etiam diebus ſingulis ſeruitio Eccleſiæ illius intereſſe tenebitur, necnon & Miſſam pro fidelibus & ſpecialiter pro animabus dictorum fratrum & anteceſſorum ſuorum celebrare. Qui fratres eidem Capellaniæ aſſignauerunt in perpetuam eleemoſinam ad opus Capellani quatuor arpenta terræ arabilis verſus fontem de Luat, & dimidium arpentum vineæ in duabus petiis apud Campiniacum, laudantibus hoc & fide interpoſita concedentibus pro animabus ſuis & anteceſſorum ſuorum, Guarino & Symone, & Mathilde & Conſtantia vxoribus eorum, ſaluo cenſu noſtro. Donaueruntque octo arpenta pratorum in pluribus petiis, concedente hoc pro anima ſua & anteceſſorum ſuorum Stephano Presbytero, ſaluo cenſu ſuo. Has etiam donationes conceſſerunt Symon Laicus frater Richoldis, & Sybilla ſorores dictorum fratrum.

Præterea

Præterea Prior S. Martini de Campis Vuillelmus, de voluntate & conſenſu totius Conuentus, donauit eidem Capellaniæ in perpetuum tres modios vini, in decimâ ſuâ de Campiniaco, poſt duos modios Presbyteri Parochialis ſingulis annis percipiendos, ſi ibi inuenti fuerint. Odo etiam de Sancto Mederico donauit in perpetuam eleemoſinam Capellano dictæ Capellaniæ ſuper domum ſuam de Paruo-Ponte, quæ eſt iuxta Stallos carnificum, decem ſolidos ſingulis annis, in feſto S. Remigii reddendos. Renaudus verò de Campiniaco qui primò inſtitutus eſt Capellanus ibidem, donauit Capellaniæ ſæpedictæ, quicquid habebat, & quicquid acquirere poterat: videlicet terram quam habebat verſum Luat, contiguam præfatis quatuor arpentis, quam cum iam dicto Petro Presbytero, pro terra ſua cenſuali quam tenebat à Domino de Combeaux commutauit. Donauit etiam dimidium arpentum prati apud Pratellam.

Has donationes laudauerunt & conceſſerunt Guarinus & Symon, & eorum vxores, ſaluo cenſu ſuo. Donauit etiam foſſam vnam iuxta villam, & domum quandam in atrio de Campiniaco ſitam, concedentibus hoc prædictis Priore & Conuentu S. Martini de Campis, ſaluo cenſu ſuo. Has donationes à Renaudo factas, fide interpoſita laudauerunt & conceſſerunt, & quicquid à Renaudo eis poſt mortem ipſius, iure hæreditario deuenire poterat, quittauerunt pro animabus ſuis & anteceſſorum ſuorum Albericus & Ioannes Auunculi dicti Renaudi Aeleis & Hildeadis ſorores eiuſdem Amitæ. In cuius rei memoriam preſentem Cartam ſigilli noſtri fecimus impreſſione muniri. Actum anno Domini milleſimo duceneſimo ſecundo.

Secunda, ad Altare B. Mariæ Virginis.

Carta Petri Pariſienſis Epiſcopi. De Capellano inſtituto apud Campiniacum.

PEtrus Dei gratia Pariſienſis Epiſcopus, omnibus Chriſti fidelibus ad quos literæ preſentes peruenerint, ſalutem

in Domino. Notum facimus vniuerſis, quod dilecti noſtri P. Pariſienſis Eccleſiæ Succentor, & Ioannes Presbyter Bacchiuallis fratres, de conſenſu & voluntate Presbyteri Parochialis & noſtra in Eccleſia de Campiniaco (quæ eſt de donatione Prioris S. Martini) perpetuum Capellanum inſtituerunt ad Altare Beatæ Mariæ, qui pro animabus parentum, benefactorum ſuorum, & ſuis: ſingulis diebus priuatis Miſſam pro fidelibus celebrabit. Diebus autem Dominicis de Sancto Spiritu, & feſtiuis de feſto, & Sabbatho de Beata Maria Virgine, eidem Capellano celebrare licebit, ita quod in eadem Miſſa pro fidelibus ſpecialem Collectam dicere tenebitur, quæ ſic incipit. *Fidelium Deus.* Sciendum autem quod idem Sacerdos in Eccleſia de Campiniaco reſidentiam facere, & quotidianis officiis bona fide intereſſe tenebitur, & hoc ipſum in ſua inſtitutione iurabit. Adiectum eſt etiam, quod neque Miſſam, neque aliud officium in Eccleſia de Campiniaco publicè poterit decantare, donec Presbyter Parochialis Miſſam ſuam celebrauerit, niſi de conſenſu & licentia ipſius Presbyteri Parochialis. Et ſi fortè ex competenti neceſſitate Presbyter Parochialis abſens fuerit, Capellanus tenebitur ſuæ Curæ Parochiæ, dum tamen Presbyter Parochialis reſidentiam faciat in Parochia. Iurabit etiam Capellanus fidelitatem Presbytero Parochiali qui pro tempore fuerit, ſuper rebus ad ius Parochiale pertinentibus, & quod in oblationibus ſibi factis nihil percipiet, niſi de voluntate ipſius Presbyteri Parochialis. In legatis autem Parochiæ ſibi factis medietatem percipiet; aliam medietatem Presbyter Parochialis.

Statutum eſt etiam vt Capellanus Altari qui deſeruiet memorato, Eccleſiam de Campiniaco, ſiue Altare in honore SS. Apoſtolorum Ioannis & Iacobi inſtitutum, ad firmam numquam poſſit habere. Et ne defunctorum animæ ſtatuto defraudentur beneficio. Iam dictis fratribus conceſſimus, quod ad Altare memoratum, (quod eſt de donatione Prioris S. Martini de Campis) nullum recipiemus, niſi qui Ordines Sacerdotis fuerit aſſequutus. Ad ipſius autem ſu-

ſtentationem Capellani, præfati Succentor & Ioannes, de aſſenſu & voluntate Ricoldis ſororis ſuæ & Conſtantiæ ſororiæ ſuæ, & heredum ipſarum, dederunt & aſſignauerunt in perpetuam eleemoſinam domum quandam & propriſiam in atrio Campiniaci ſitam, & dederunt etiam quatuor arpenna pratorum in valle Root, & duo arpenna vinearum, & quatuor terræ arabilis, & viginti libras ad redditus emendos. In cuius rei memoriam preſens ſcriptum fieri fecimus, & ſigilli noſtri impreſſione muniri.

CAPELLANIA B. MARIÆ de Groleyo. Propè Aunetum Gallicè Aulnay. *Pariſienſis Dioceſis.* *Groley.*

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. IVLIANI DE MAROLIIS IN BRIA. PARISIENSIS DIOCESIS.

Marolles en Brie.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. MEDARDI DE LIMOGIIS.

Cum appendice S. Dionyſii de Fourches.

PARISIENSIS DIOCESIS.

Limoges prés de Melün.

CVRA SEV VICARIA

PERPETVA B. MARIÆ

Cheury. de Cheuriaco, ſeu de Capriaco.

PARISIENSIS DIOCESIS.

CVRA SEV VICARIA

PERPETVA S. PETRI

Challiot DE CHALIOTO.

PARISIENSIS DIOCESIS.

CVRA SEV VICARIA

PERPETVA B. MARIÆ

Domont Magdalenæ de Dolomonte.

PARISIENSIS DIOCESIS.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. IOANNIS BAPTISTÆ DE NONVILLA ſeu Nouauilla.

Neuuille.

PARISIENSIS DIOCESIS.

Carta Petri Pariſienſis Epiſcopi.

VNiuerſis ad quos preſens pagina peruenerit. Petrus Pariſienſis Epiſcopus, ſalutem in eo qui ſaluat ſperantes in ſe. Notum facimus omnibus vobis. Quod de voluntate & conſenſu Prioris S. Martini de Campis Pariſienſis, & eiuſdem loci ſacri Conuentus apud Nonouillam quædam Parochialis Eccleſia eſt fundata, qua Thebaudus de Nonouilla Miles de bonis ſuis (ſicut in authentico noſtro pleniùs continetur) dotauit. Ita quidem quod preſentatio Presbyteri eiuſdem Eccleſiæ ad Priorem & Conuentum S. Martini perpetuò pertinebit. Et habebit in ſeptem feſtiuitatibus, videlicet in Paſcha, medietatem omnium oblationum. In Rogationibus, medietatem ouorum & caſeorum. In Penthecoſte, medietatem omnium oblationum. In feſto Patroni Eccleſiæ, medietatem ſimiliter omnium oblationum. In feſto Omnium Sanctorum, medietatem omnium oblationum. In Natiuitate Domini ſimiliter medietatem omnium oblationum, ad tres Miſſas. De pane S. Stephani, medietatem. In Epiphania Domini, medietatem omnium oblationum. In Purificatione Beatæ Mariæ, medietatem omnium candelarum. Prætereа habebit idem Prior & Conuentus tertiam partem minoris decimæ, Presbyter ſiquidem loci illius Synodum & Circadam perſoluet, & dictus Prior & Conuentus S. Martini in nullo tenebitur, imò remanebit *An. 1209*

omnino immunis. Vt autem hæc Carta robur & firmitatem plenariam obtineat, nec ab aliquibus poſſit vnquam infirmari, nos ipſam ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. Actum hoc anno gratiæ M. CCIX. menſe Mayo.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. GERMANI DE ERINNIACO, SEV ERAGNIACO.

Erägny, prés Pōthoiſe.

Pariſienſis Diœceſis propè Pontiſaram.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. DIONYSII DE ARNONVILLA.

Arnonuille.

PARISIENSIS DIOCESIS.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. IVSTINI

de Luperiis, ſeu de Luueris.

Louures en Pariſis.

PARISIENSIS DIOCESIS.

Carta Gualonis Pariſienſis Epiſcopi, pro tribus hiſce Altaribus.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Quoniam An. 1107. Apoſtolicis inſtruimur documentis, quatenus bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei operemur, cura ſollicitudinis adhibenda eſt, vt eorum præcipuè qui mundo mortui, pauperes ſpiritu, contemplationi vacare ſtuduerunt, neceſſitates & anguſtias oculo miſericordiæ reſpiciamus, eorumque indigentiam noſtræ largitatis abundantia temperemus, vt per bonorum operum exhibitionem, in æterna tabernacula, noſtram præparemus cum Chriſto manſionem. Ego igitur Gualo Pariſiorum Dei gratia Epiſcopus, & Guillelmus Archidiaconus, Monachis S. Martini de Campis quatuor Altaria cum omnibus ad ea pertinentibus, ob remedium animarum noſtrarum, precibuſque Domni Thebaldi eiuſdem loci Prioris, perpetuo iure poſſidenda concedimus. Vnum ſcilicet Altare in villa quæ Erinniacus nuncupatur, in honore Sancti Germani conſecratum; aliud verò apud Ermenouillam, in honore S. Dionyſii dedicatum.* Tertium apud Duigniacum, in honore Sancti Dionyſii fundatum, Quartum in villa quæ Luuriacus vocatur, in honore S. Iuſtini conſecratum. Et ne res Eccleſiaſtica à noſtra manu omninò videatur eſſe alienata, Sinodos, Circadas, reconciliationes, curam animarum, Parochianis Presbyteris à nobis commiſſam, in ſupradictis Eccleſiis re-

* Non extat in Cathalogo M. S.

tinemus, & nullum debitæ ſubiectionis obſequium relaxamus.

Vt autem huius conceſſionis aſſertio inuiolabili firmitatis fulciatur priuilegio, præſentem Cartam, poſteris ſcilicet ac preſentibus memoriale, manibus noſtris firmauimus, manibuſque Concanonicorum noſtrorum firmandam tradidimus.

Signum Gualonis Epiſcopi.
S. Berneri Decani.
S. Adæ Præcentoris.
S. Guillelmi Archidiaconi.
S. Stephani Archidiaconi.
S. Rainaldi Archidiaconi.
S. Duranni Presbyteri.
S. Huberti Presbyteri.
S. Landonis Presbyteri.
S. Anſcheri Leuitæ.
S. Hilduini Leuitæ.
S. Ioannis Leuitæ.
S. Fulberti Subdiaconi.
S. Tebaldi Subdiaconi.
S. Goifridi Subdiaconi.

Actum publicè Pariſius in Capitulo Beatæ Mariæ anno Incarnationis Dominicæ M. C VII. Indictione XV. Epacta X X V. Concurrente I. Philippo Rege regnante anno XLVII. anno Epiſcopatus Gualonis tertio. Girbertus Cancellarius ſcripſit.

CAPELLA LEPROSORVM extra luperas, ad iactum lapidis, quà iter eſt ad Syluanectum. Sub inuocatione Virginis Matris.

An 1241. GVillelmus permiſſione diuina Pariſienſis Eccleſiæ miniſter indignus, Vniuerſis preſentes litteras inſpecturis

ris ſalutem in Domino. Notum facimus quod cum Capella Leproſiæ de Luperis ſita ſit infra metas Parochialis Eccleſiæ de Luperis, cuius Parochialis Eccleſiæ collatio & preſentatio ratione iuris Patronatus ad viros Religioſos Priorem & Conuentum S. Martini de Campis Pariſien. pertinet, nos conuenimus inter nos & ipſos in hunc modum. Quod in dicta Capella non inſtituatur ſacerdos, niſi frater fuerit Leproſiæ antedictæ & Parochialis Eccleſiæ de Luperis in omnibus iure ſaluo. Et ſi forte contingeret in dicta Capella ſæcularem Presbyterum inſtitui, collatio & præſentatio ad dictos Priorem & Conuentum S. Martini Pariſien. ſicuti Parochialis Eccleſiæ de Luperis pertineret. Et vt firmum & inuiolabile perſeueret, preſentem paginam ſigilli noſtri munimine duximus roborandam. Actum Pariſ. anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo primo, menſe Aprilis.

CAPELLA B. MARIÆ *Caſtri de Liuriaco.*

Liury.

PARISIENSIS DIOCESIS.

CAPELLA DE CONDIEL.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA SS. LVPI & Egidij de Theſſonuilla.

Theſſonuille.

PARISIENSIS DIOCESIS.

Sſſ

CVRA SEV VICARIA PERPETVA DE MILLIACO.

Milly.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA DE NOISIACO-SICCO.

Noiſi le ſecq.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA DE SAVIGNIACO.

Sauigny

In eadem Eccleſia quædam Capella, cuius præſentatio ad R. Priorem Martinianum propter Prioratum de Anetho, ſpectat.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA DE FRANCORVILLA.

Francor-uille.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. GERMANI DE PRAERIIS.

Praeſles.

BELVACENSIS DIOCESIS.

Carta Odonis Beluacenſis Epiſcopi.

IN Chriſti nomine. Ego Odo Beluacenſis Epiſcopus. Ad notitiam tàm futurorum quàm preſentium peruenire volumus. Quod Symon orphanus & vxor eius Baſilia cognomento puella, admoniti conſilio bonorum virorum, pro ſe & anteceſſoribus ſuis Eccleſiam de Praeriis, cum minuta decima (quam nõ ſecundum Deum tenuerant) nobis liberè reddiderunt, & præcibus ipſorum Monaſterium Sancti Martini, per manum noſtram de præfata Eccleſia cum decima, inueſtiuimus. Hanc inueſtituram factam prædicto Monaſterio confirmamus, & ſigilli noſtri impreſſione hoc ſcriptum inde factum ſaluo iure Beluacenſis Eccleſiæ & Archidiaconi corroboramus. Huic confirmationi interfuerunt.

Abbas Galterius S. Simphoriani.
Gaufredus Abbas S. Quintini.
Henricus Archidiaconus.
Petrus Prior S. Luciani.
Bernardus & Odo Canonici S. Petri.
Ioannes Præcentor.
Vrſio Sub-cantor, qui tunc agebat vices Archidiaconi.
Helinandus Capellanus Epiſcopi.

In eadem Eccleſia quædam Capellania.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. PETRI DE VVIRMA.

Vier-mes.

BELVACENSIS DIOCESIS.

Carta Rainaldi de Claromonte.

NOtum ſit preſentibus & futuris. Quod ego Rainaldus de Claromonte pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum & poſterorum meorum, Concedo Monachis S. Martini de Campis Eccleſiam de Vvirma, & decimam quam Neuelo de Petra-fonte & Drogo filius eius de me tenentes prædictis Monachis donauerunt. Ego quoque de mea parte do & concedo pedagium quod dicitur tranſuerſum de Luſarchis, de omnibus quæ pertinent ad domum S. Martini, & medietatem decimæ de Laci. Quod vt ratum ſit & firmum maneat, Carta ſigillata & teſtibus ſubnotatis qui preſentes fuerunt confirmo & corroboro. Teſtes autem ſunt.

Petrus de Pratis, &
Iosbertus frater eius.
Odo de Angiuillari.
Odo de Chauferi.
Theobaldus de Maignil.
Galterius de Auneio.
Balduinus de Caſtellis.
Paganus Mareſcallus.
Rodulfus de Oſſtri.

Carta Petri Beluacenſis Epiſcopi. De eadem Eccleſia.

ATtenditur in Monaſteriis vigere ſeruitium Dei, quia veri Monachi temporalium amorem atque ſolicitudinem omninò abiiciunt, & ideo ſolis diuinis obſequiis mancipati Deo liberiùs & deuotiùs famulantur. Incumbit igitur Eccleſiarum rectoribus, vt pro Dei amore eorum prouideant tranquillitati & paci, quos in regimine ſuo vident regulariter viuere, & in Chriſto per omnia ſuis Epiſcopis obedire. Vnde ego Petrus Dei gratia Beluacenſis Epiſcopus, attendens eam quæ in preſenti videtur Religionem & piam conuerſationem Monachorum Beati Martini de Campis, ipſis & eorum ſucceſſoribus pro amore Dei in perpetuum poſſidendam concedo Eccleſiam de Vvirma quam diu laica manus inuaſerat & iniuſtè poſſederat, aſſenſu tamen illius qui eam quoquomodo tenuerat, videlicet, Neuelonis de Petra-fonte, & quicquid in ea tenuerat. Inſuper & decimam hortorum, qui inter ſæpes dicuntur, cum minuta eiuſdem loci decima, necnon & tertiam partem decimæ de Liencurte, ſalua tamen omninò iuſtitia & reuerentia, & omnibus redditibus quos prædicta Eccleſia mihi debet, & Archidiacono meo, cæteriſque miniſtris meis, ſaluo etiam reditu Presbyterali ad eandem Eccleſiam pertinente. Hanc conceſſionem facio ita etiam vt quotiens Beluacenſis Eccleſia (prætaxatæ Eccleſiæ à nobis vt ſuprà dictum eſt conceſſæ) ſilentium indixerit, obedienter à diuinis obſequiis ceſſet, quantùm & quomodo ei fuerit imperatum, ſicut faciunt cæteræ Baptiſmales Eccleſiæ huius Epiſcopatus, quæ ad Monachos nullatenus pertinere noſcuntur. Vt autem hæc conceſſio firma permaneat, eam ſcripti h[illegible] aſſertione, ſigilli quoque mei authoritate aſſignatam confirmo. An. 1127.

Signum Petri Epiſcopi.

S. Rogeri Decani.

S. Theobaldi Archidiaconi.

S. Henrici Archidiaconi.

Actum Beluaci. Anno Incarnationis Dominicæ M. CXXVII. Indictione V. anno Romani Pontificis videlicet Domni Honorii ſecundi Pontificatus tertio; regnante Ludouico Rege Francorum, anno XX.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. LVCIANI DE MERVACO.

Meru, en Telles.

BELVACENSIS DIOCESIS.

Ex dono Radulfi Delicati & Hazechæ vxoris eius, quorum duæ Cartæ ſequuntur.

NOtum ſit preſentibus & futuris. Quod Radulfus Delicatus & vxor eius Hazecha, concedentibus eorum filiis Radulfo & Amalrico, atque filiabus Agnete & Cometiſſa, pro ſalute animarum ſuarum dederunt Deo & S. Martino de Campis Altare de Merudio & Altare de Erigniaco, & omnia quæ habebant apud Tullum, & apud Miſtigerium, & donum harum rerum poſuit Radulfus Delicatus ſuper Altare S. Martini, in preſentia Ludouici deſignati Regis Franciæ, & totius Conuentus Monachorum, eodem die quo vxor ſua Hazecha, honore debito ſepulta eſt apud Sanctum Martinum in Auditorio ante Crucifixum.

Huius doni teſtes extiterunt.
Burchardus de Montemorentii.
Vvido Syluanectenſis.
Vvalerannus de Villa-Peror.
Hudo de Sancto Clodoaldo.
Petrus filius Hungerii.
Niuardus & Seguinus de Preiſſiaco.

Soltanus filius Vvarnerii de Pariſio.
Vvarnerius Calceus.
Berneerius de Plagio.
Fulco de Parcenc.
Anſoldus Corneſarius.
Ioannes Pauper.
Radulfus filius Hugonis de Mezanto.
Vvalterius filius Vverrici.
Hi omnes fuerunt teſtes ex parte S. Martini.
Et ex parte Radulfi Delicati, hi fuerunt teſtes.
Vvalterius Muſauena.
Rotbertus Longus.
Iuo de Conflans.
Vvido Præpoſitus.
Vvillelmus Migol.
Vviardus de Puſeolis.
Vvillelmus de Hairouilla.
Aimericus de Blere-eccleſia.
Hubertus de Cergio.
Vvillelmus filius Vvillelmi.
Bernerius Clericus.
Rotbertus Pes-de-Alcha.
Anſeredus Pes-de-Alcha.
Girardus Bolengarius.
Rotgerius de Corbeya.
Rainardus Bella-caro.
Theobaldus, Nicolaus filius Vrſelli.

Altera Carta.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, tàm futuris quàm preſentibus. Quod Radulfus Delicatus, de Ponte-Yſaræ, & Hahuis vxor eius dederunt Eccleſiæ S. Martini de Campis Altare de Meriaco, & atrium & quicquid ad hoc Altare pertinebat & quicquid in Eccleſia habebant; concedentibus filiis eorum Radulfo & Heinrico. Huius rei teſtes ſunt.
Hermerus de Ponte-Yſaiæ.

Vvido Præfectus.
Vvillelmus. Hugo.
Yuo de Croteiaco.
Vvarnerius, Vvido. Sacerdotes.
Hugo filius Vvarnerii.
Paganus filius Stephani.
Hildegerius de Greua.
Balduinus Bellus.
Heinricus, homo eius.
Deſeruientibus Eccleſiæ.
Vvalterius Maior.
Teudo frater eius.
Odo Bubulcus.
Pontius de Nuiſiaco.
Vvalterius de eadem villa.
Ioſcelinus. Theodericus Piſtor.
Leudo Sartor.
Anſoldus Corueſarius.
Haimo Faber.
Vvalterius de Cercella.
Arnulfus filius Giuardi.
Hugo Brito. Girardus.
Hubertus Carpentarius.
Herbertus Sartor.
Herlebodus.

Carta Anſelli Beluacenſis Epiſcopi.
De Eccleſia de Meru.

An 1099. EGo Anſellus Dei gratia Beluacenſis Epiſcopus. Notum facio omnibus fidelibus tàm futuris quàm preſentibus qualiter Altare Eccleſiæ de Mairu peruenit ad dominiũ B. Martini de Campis. Radulfus Delicatus poſtquam cognouit quod laici iniuſtè poſſidebant Altaria. Altare præfatæ Eccleſiæ cum omnibus appenditiis, per conceſſionem noſtram dedit Beato Martino de Campis, annuente Hugone Meldenſi

Meldenſi Milite. Vt ergo donum quod per nos Domnus Radulfus fecit firmiſſimum haberetur in poſterum, preſente Domno Vrſione Priore Beati Martini, necnon preſente Gaufredo Monacho, coram perſonis Eccleſiæ Beati Petri, donum prædicti Militis, ad audientiam eorum qui aderant, proferentes; præfatum Altare per confirmationem perſonarum Eccleſiæ noſtræ, Beato Martino tenendum conceſſimus de Eccleſia Beluacenſi, & hoc ſcriptum inde factum ſigillo noſtro firmauimus. Preſentes fuerunt.

Rogerus Archidiaconus, &

Henricus Decanus, in quorum Archidiaconatu prædictum Altare ſitum eſt.

Domnus Gualo Abbas S. Quintini.

Hugo Decanus Beluacenſis Eccleſiæ.

Drogo Cantor.

Rogerus, Goſcelinus.

Robertus, Gualterus.

Magiſter Gualterus.

Actum Beluaci in Capella Beluacenſium Epiſcoporum. Pridie Cal. Ianuarii. Anno Incarnati Verbi M. XCIX. regnante Philippo Rege.

Carta Gaufridi Beluacenſis Epiſcopi. De eodem Altari.

GAufridus Dei gratia Beluacenſis Epiſcopus, Omnibus ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis, ſic currere per bona temporalia, vt non amittantur æterna. Ad notitiam tàm futurorum quàm preſentium volumus peruenire, quod illam conceſſionem & confirmationem quam fecit Anſellus Epiſcopus Beato Martino de Campis de Altari Eccleſiæ de Mairu, nos quoque concedimus & confirmamus, & inſuper Circatam quæ ſingulis annis ſoluebatur nobis de prædicta Eccleſia, eidem Beato Martino in poſterum habendam concedimus, & Capituli Beati Petri authoritate necnon huius ſcripti teſtimonio, ſigilli quoque noſtri impreſſione, con- An. 1105.

ceſſionem quam facimus, confirmamus. Actum Beluaci in Capitulo Beati Petri XIII. Cal. Apcil. anno Incarnati Verbi M. CV. Indictione XIII. Preſentes fuerunt.
Petrus Decanus.
Garnerus Archidiaconus.
Drogo Cantor.
Garnerus Succentor, & multi alii Canonici.
Rotbertus, Gualterus, Vrſio.
Baldricus, Gualterus, Vrſio.
Hugo, Gualerannus, Ogerus.
Hugo, Gualo, Gualterus.
Guarnerus, Gualerannus.
Gualterus Cancellarius ſcripſit & relegit.

Hanc eandem Eccleſiam ſeu Altare de Meru, Cartis ſuis poſtmodum Martiniano Monaſt. confirmarunt tres ſequentes Beluacenſes Epiſcopi, à quarum exhibitione ob prolixitatem abſtinuimus, retentis ſolum nominibus & datis.

Petrus Beluac. Epiſcop. Carta ſua inſcripta. De omnibus quæ in Epiſcopatu Beluac. habemus, quam ait ſe conceſſiſſe precibus Donni Mathæi, qui tunc eiuſdem loci Prior erat. Data anno ab An. 1133. *Incarnatione Domini* M. CXXXIII.

Odo Beluacenſis Epiſcop. Carta ſua inſcripta. De omnibus quæ in Epiſcopatu ſuo habemus. Data inquit, Beluaci, anno Incarnati An. 1140. *Verbi* M. CXL. *Epiſcopatus autem ſui, octauo.*

Odo Beluac. Epiſcop. ſecundus nomine, Carta ſua cuius initium eſt, Quoniam ſecundum veridicam Domini ſententiam, propinquante ſæculi fine, &c. *Et finitur ſic, Acta ſunt* An. 1145. *hæc anno Incarnati Verbi* M. CXLV. *Regnante Ludouico Rege Francorum anno Imperii ſui.* XV. *Epiſcopatus ſui anno ſecundo.*

SVCCVRSVS SEV CAPELLÆ ab eadem Eccleſia de Meru dependentes.

Capella S. Margaretæ de Lormaiſons.
Capella B. Mariæ de Lardieres.
Capella S. Honorinæ de Corbelleſſart.
Beluac. Diœceſis.

Carta de Capella de Lardieres.

Sciant omnes fideles Chriſti preſentes & futuri. Quod Miles quidam de Larderiis, Anſculfus nomine, Domni Theobaldi Prioris S. Martini de Campis preſentiam expetiuit, cumque multis præcibus exorauit, vt in Larderiis Capellam vnam ſibi conſtruere liceret, in qua cum populo villæ ſuæ ad audiendum diuinum Officium conuenire poſſet, quia ad Matrem Eccleſiam de Merudio tàm ſæpè, & maximè hiemis tempore (eo quod longior eſſet via) nequaquam ire valeret. Prior autem reſpondit, ſe hoc facere non poſſe, ne forte in aliqua parte Matris Eccleſiæ conſuetudines videretur imminuere. Miles vero prædictus in ſua petitione perſiſtens, promiſit Priori, quod Deo & S. Martino, & Capellæ tantum de ſuis redditibus tribueret, vnde vnus Monachus qui in ea commoraretur, viuere poſſet; ſi quod petebat, ſibi concederet. Prior verò quia vir diſcretus erat, viri petitionem & Parochianorum laborem conſiderans, ſe voluntati illius acquieturum promiſit, ſi quod pollicebatur (iure Matris Eccleſiæ integerrimo permanente) fideliter adimpleret.

Anſculfus igitur, rapto conſenſu de ore Prioris dedit Eccleſiæ S. Martini de Campis terram ad dimidiam carrucam ſufficientem. Ad inſtaurationem verò carrucæ dabit vnum bouem, & vxor illius bouem vnum. Balduinus quoque promiſit daturum ſe bouem vnum, quia frater Anſculfi erat, & particeps eleemoſinæ eſſe volebat. Addidit quoque

huic dono Anſculſus aliud, ſcilicet omnem redecimationem horrei ſui de Larderiis, omnibus annis. Omnes autem villani ad terram de Larderiis pertinentes, & hoſpites Renecordis, & hoſpites Balduini (ſicut promiſſum ab vtriſque eſt) dabunt omnibus annis plenam minam talis annonæ, qualis in horto ſuo erit; S. Martini Eccleſiæ, & ſupradictæ Capellæ.

Si Anſculſus voluerit effici Monachus, à Priore ſuſcipietur: ſi autem in laicali habitu obierit, ipſe & conjunx eius & filii apud S. Martinum ſepelientur. Capellam communiter ædificabunt Prior & Anſculſus. Capellanum qui in ea ſeruiturus eſt, paſcet Anſculſus quamdiu morabuntur in Larderiis ipſe, & vxor, & familia eius. Siluam ad hoſpitandum & ardendum (ſicut conſtitutum eſt) non negabit. Et hæc omnia fideliter implebuntur tali pacto, vt Matris Eccleſiæ de Merüaco nihil omninò in omnibus Parochialibus redditibus, vel antiquis conſuetudinibus minuatur.

CVRA SEV VICARIA
PERPETVA DE NOA SANCTI REMIGII. BELVACENSIS DIOCESIS.

Noüe S. Remy.

CVRA SEV VICARIA
PERPETVA S. MARTINI DE CRESPERIIS. CARNOTENSIS DIOCESIS.

Creſpieres.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA DE BOVCHANT.

Bouchant.

CARNOTENSIS DIOCESIS.

De quibus RR. Abbas de Colombes, & Prior noſter Martinianus alternis vicibus diſponunt.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. ANDREÆ DE ORSONVILLA, SEV VRSIONIS-VILLA.

Orſonuille en Beauſſe.

CARNOTENSIS DIOCESIS.

VEnite filii Dei (meritò ab Apoſtolo vocati filii lucis & diei) audite & memoriter retinete quæ donantur veſtræ matri ſanctæ ſcilicet Eccleſiæ ſponſæ Chriſti, vt hi qui in eadeſeruiunt, per vos defenſi, nullis aduerſitatibus affecti, à colloquiis diuinis nullo modo valeant reuocari. Notum igitur ſit futuris, vobiſque preſentibus quod Vvalterius de Stampis, & vxor eius Adela, dederunt Eccleſiæ S. Martini de Campis, medietatem decimæ Vrſionis-villæ, quam in maritatu dederat huic Adelæ Pater ſuus Hugo nomine: Vnde ſeptem libras habuerunt de bonis Eccleſiæ; quod con-

ceſſit frater eius Vvido, à baptiſmate Paganus publico appellatus nomine. Vnde XL. ſolidos accipiens donum fecit cum ſororio ſuo & ſorore ſuper Sanctum Beati Martini Altare, ſicque cum eis intrauit in Seniorum beneficiis & ſocietate. Hoc etiam conceſſerunt, filii eorum Vvalterii ſcilicet & Adelæ, Petrus & Anſellus, preſente Haiberto Monacho, teſtibus autem Ingelberto eius famulo, Milone Monacho de Stampis, & fratre eius Vrſo De dono autem facto ſuper Altare à prædicto Vvalterio & coniuge, & Pagano teſtes ſunt.

Balduinus.

Helgodus ſeruus Eccleſiæ.

Vvarinus frater maioris.

Georgius Sacriſta.

Pontius de Nuiſiaco. Rodulfus.

Ingelbertus famulus Domni Haiberti.

Viſum itaque fuit vtile, pro ſcandalorum ſpinis quæ oriri ſolent, huic Cartulæ inſerere quod hoc donum de quo ſuperiùs tractatum eſt, conceſſit Elizabeth coniunx Burchardi de Maceiaco, cui hæc decima competebat iure hereditario, quod & conceſſit Burchardus vir eius, inde accipiens Carnotenſium viginti ſolidos. Igitur quia ſic cœpimus denotare, deſcendamus ad hos, qui niſi conceſſiſſent, calumniam poſſent inferre, Vvidonem ſcilicet filium Serlonis, qui ſupradictam decimam ab Helizabeth & viro ſuo tenebat, qualiter in Capitulo S. Martini, coram Deo & omni conuentu Monachorum & plurimorum qui illic aduenerant legalium teſtium conceſſit, & filius eius Paganus appellatus, vnde XL. ſolidos, & duos renones agninos habuit, Vnum filio ſuo dedit, alterum ipſe ſibi veſtiuit. Nec prætermittendum eſt quod hoc conceſſit Hiſnardus nepos eius, Miles ſatis honeſtus. Teſtes autem huius conceſſionis Vvidonis & filii ſui, ſi vultis audire, iam denotatos videre poteſtis in ſubſequenti narratione.

Vvido Comes de Rupe-Forti.

Vvido de Vitriaco.

Symon de Nigelſa.
Vvalterius de Cercellis.
Vvarinus frater maioris.
Georgius Sacriſta.
Petrus. Gilduinus.
Heinricus. Bernardus.

De hac medietate Eccleſiæ Vrſionis-villæ quod ſuperiùs tractauimus, ſufficiat charitati veſtræ, & ſi qua ruditate ſermonis pleniùs non ſunt dicta, vos qui ſpirituales eſtis & ſapientiores, videte ne per inuidorum aſtutias, quæ ſibi donantur perdat Eccleſia. Tranſeamus ergo ad aliam huius Vrſionis-villæ medietatem decimæ, & proût Deus dederit, qualiter Eccleſiæ S. Martini data fuit, filiorum Dei tradamus notitiæ.

Notum igitur fieri volumus Chriſti fidelibus, quod Fulcherius de Budelone & Emmelina vxor eius, quæ in maritatu eam habebat, dederunt Eccleſiæ S. Martini aliam partem decimæ Vrſionis-villæ, ſeptemque libras vterque habuerunt pro munere. Hoc conceſſit Roibertus filius Vvaſzonis, & pro conceſſione decem ſolidos habuit & Gaufredus frater eius, vnde modium frumenti & decem ſolidos habuit & Seguinus frater eius, indeque xv. ſolidos de bono Eccleſiæ accepit. Hi tres fratres ſunt ſupradictæ mulieris. Pro talibus igitur datoribus & datis, Eccleſiam Vrſionis-villæ poſſidet Eccleſia S. Martini de Campis. Eſt & aliud quod volo notum eſſe filiis Matris Eccleſiæ, quod Rainaldus Chanardus dedit Eccleſiæ S. Martini de Campis quicquid habebat in ſupradicta villa, quæ Vrſionis-villa nuncupatur. Cuius rei teſtes ſunt.
Vvido Comes de Rupeforti.
Vvido de Vitriaco.
Simon de Nigelſa.
Vvido filius Serlonis.
Vvalterius de Cercellis.
Vvarinus frater Maioris.
Georgius Sacriſta.

Gilduinus.
Heinricus. Bernardus.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. MAMERTI DE GOVLLONS.

Goul-lons en Beauſſe.

CARNOTENSIS DIOCESIS.

Carta Goſlini Carnotenſis Epiſcopi qua præcedentem & præſentem Eccleſias. Martiniano Monaſterio confirmat.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Paſtoralem condecet ſolicitudinem, modis omnibus religionem propagare, eamque congruo ſuſtentare ſuffragio, quia ſine veræ religionis cultu, nec fraterna charitas poteſt ſubſiſtere, nec gratum Deo exhibere ſeruitium. Quapropter ego Goſlinus, Dei gratia Carnotenſis Epiſcopus prædeceſſorum meorum veſtigia ſequens, tàm perſonarum, quàm Canonicorum meorum aſſenſu Monaſterio Beati Martini de Campis, in quo ſacræ Religionis Ordo diligentiùs obſeruatur, ea quæ ſubſcripta ſunt inuiolabiliter poſſidenda conceſſimus & confirmauimus. Eccleſiam videlicet de Vrſonuilla cum Presbyteri electione & preſentatione. Atrium etiam & totam maiorem decimam cum tota minore decima. Medietatem etiam omnium oblationum, tàm in Natale Domini, quàm in Paſcha & in feſto Omnium ſanctorum, & per totum annum duas partes Candelarum & ceræ, cum duabus partibus candelæ & ceræ Sancti Bartholomei. Et in craſtino Natalis Domini & Paſchæ, & in die Aſcenſionis Domini omnes Tortellos preter duodecim quos Presbyter habet in his ſingulis feſtis. Inſuper etiam in villa de Eſcuri, quæ ad candem

eandem Parochiam de Vrſonuilla pertinet, totam maiorem decimam cum tota minore decima. Et in Granuillare medietatem maioris decimæ cum tertia parte minoris decimæ. Et in his duabus villis medietatem Tortellorum.

Præterea Eccleſiam de Guuillum cum Presbyteri electione & preſentatione. Atrium etiam & medietatem maioris decimæ, cum tertia parte minoris decimæ. Et in Purificatione B. Mariæ tertiam partem candelarum & ceræ, & tertiam partem tortellorum in tribus feſtis eidem Monaſterio Beati Martini de Campis in perpetuam conceſſimus eleemoſinam. Saluo per omnia iure Carnotenſis Eccleſiæ & noſtro. Et ne aliquis pertinax vel indeuotus diabolicæ inſpirationis inſtinctu huic noſtræ conceſſioni contraire præſumat, ipſam preſenti ſcripto & ſigilli noſtri munimine corroborari fecimus. His teſtibus. *Goull'ōs.*

Roberto Decano Eccleſiæ Carnotenſis.
Hugone Præcentore.
Hugone Subdecano.
Roberto Succentore.
Goſlino Archidiacono.
Ioanne Archidiacono.
Gaufredo Præpoſito.
Milone Præpoſito.
Radulfo Capicerio.
Guillelmo Camerario.
Ernaldo Abbate Bonæuall.
Fulcardo Abbate S. Ioannis.
Et multis aliis Clericis & Monachis.

Vuu

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. GEORGII DE ROINVILLA SEV RODANI-VILLA.

Roinuille en Beauſſe.

CARNOTENSIS DIOCESIS.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA SS. GERVASII ET PROTHASII DE BONNELLIS.

Bonnelles.

CARNOTENSIS DIOCESIS.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. HILARII DE BEHODIO.

Behouſt.

CARNOTENSIS DIOCESIS.

De qua R. Abbas B. Mariæ de Colombis, Ordinis Sancti Benedicti & R. Prior noſter ſic diſponunt. Pro tertia vacatione per

V

mortem, dictus Prior ſemel tantum, & præfatus Abbas bis prouidet. Per reſignationem verò vel permutationem, primus illorum requiſitus, confert, idque in vim iuſtæ concordiæ inter R. P. Stephanum de Brezé, Abbatem Commendat. præfatæ Abbatiæ, & R. P. Germanum Nicolas Priorem Martinianum, anno Domini 1553. die Veneris XII. May.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. STEPHANI DE HYENVILLA.

AVRELIANENSIS DIOCESIS.

Hienuille.

CAPELLA S. LVDOVICI in eadem Eccleſia.

Sumptum ex prolixiſſima Carta, quam hic adferre minimè neceſſarium putauimus.

IN Prioratu de Hyenuilla eſt Capellania ad Altare Beati Ludouici, fundata per Ioannem de Hyenuilla Hoſtiarium armorum excellentiſſimi Principis Philippi Francorum Regis de quatuordecim libris Pariſienſibus annui redditus, admortiſatis à prædicto Rege. Cuius Collator & Patronus eſt R. P. Prior S. Martini de Campis, vt conſtat ex Tabulis Odonis Prioris eiuſdem Monaſterij. Datis anno M. CCCI. & admortizationis earumdem quatuordecim librarum per eundem Philippum, ſigillo ſuo maiore in cera viridi ſub filis ſericeis ſigillatis, anno eodem. Aliis etiam literis B. Aurelianenſis Epiſcopi, omnia præfata laudan- An. 1301.

tis & approbantis, datis anno præfato, & ſigillo eiuſdem in cera viridi ſub duplici cauda pergamenea ſigillatis.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA ASSVMPT. B. MARIÆ ET S. BETHARII DE BASOCHIIS Galerandis.

Baſoches les Galerãdes.

AVRELIANENSIS DIOCESIS.

Carta Manaſsis Aurelianenſis Epiſcopi, de duobus præcedentibus Altaribus, & de ſubſequente ſcilicet Nouæuillæ.

An. 1148. IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Manaſſes Dei gratia Aurelianenſis Eccleſiæ humilis Miniſter. Notum facimus inſtantibus & futuris, quod in remiſſione peccatorum Auunculi noſtri Stephani, atque precibus Philippi Archidiaconi fratris Domini Regis & Algrini, concedimus Monachis Sancti Martini de Campis apud Hyenuillam Deo ſeruientibus, in ipſius Hyenuillæ Eccleſia (quæ eorum eſt) duas partes omnium oblationum quæ ad Altare Capellani offeruntur, vel per manus Capellani ipſius recipiuntur, & omnes candelas, & omnes panes, ſine parte Capellani, & duas partes omnium Leſſorum mobilium rerum: terra verò ſi donata vel dimiſſa fuerit, Monachorum erit; duas etiam partes ſponſalium & iuramentorum. Et in Nouæuillæ Eccleſia (quæ ſimiliter ipſorum Monachorum eſt) medietatem de cunctis oblationibus, & in annualibus feſtis duas partes panum & candelarum, & in craſtino Natalis Domini & Paſchæ, & in Rogationibus ſimiliter duas partes Tortellorum, ſicut iampridem habuerunt temporibus præ-

deceſſorum noſtrorum Ioannis & Heliæ bonarum memoriarum.

Notificetur etiam vniuerſis, quod Hugo de Baſochis quando Hieroſolimitanas partes adiit, ſanctarum aſſertionibus Scripturarum commonitus, in manu noſtra dimiſit quicquid habebat in Eccleſia de Baſochis, vxore ſua & fratre ſuo concedentibus. Aſſentiente N. Adam de Chrailliaco, de cuius feodo prædicta Eccleſia conſiſtebat. Nos autem omnibus Religioſis pro poſſe noſtro ſubuenire deſiderantes, quicquid præfatus Hugo nobis in Eccleſia illa dimiſit, prædictis Monachis pro remedio animæ Auunculi noſtri Stephani & noſtræ concedimus, & ſigilli noſtri authoritate confirmamus. Actum publicè Aurelianis, anno Incarnationis Dominicæ M. CXLVIII. Regnante Rege Ludouico anno duodecimo, Ordinatis in Eccleſia S. Crucis maioribus perſonis, Decano nullo, Hugone Cantore, & Zacharia Subdecano, Radulfo Capicerio. Data per manum Algrini Cancellarii. Cal. Iunii.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. SIMPHORIANI DE NOVAVILLA. *Neufuille.*

AVRELIANENSIS DIOCESIS.

Carta duorum S. R. E. Cardinalium, de eodem Altari. Ad R. P. Matheum Priorem S. Martini de Campis. Sanctæ etiam R. E. Cardinalem, qui vixit ad annum 1119. vti ſuprà, paginâ 156. notauimus.

P Leonis Presbyter. & G. Sancti Angeli Diaconus, ſedis Apoſtolicæ Cardinales & Legati, dilecto & vene-

rabili fratri M. Priori S. Martini de Campis ſalutem & benedictionem. Chariſſimus frater noſter I. Cardinalis ſignificauit nobis quid in eius & Epiſcopi Carnotenſis, atque aliorum fratrum, qui tunc preſentes erant, conſpectu; de Eccleſia Nouæuillæ feceris. Nos igitur Apoſtolicæ ſedis authoritate à timore tuæ conſcientiæ abſoluentes, donum quod Aurelianenſis Epiſcopus de eadem Eccleſia tuo fecit Monaſterio in perpetuum confirmamus.

CVRA SEV VICARIA

PERPETVA S. MARTINI DE FONTANIS PORTV. SENONENSIS DIOCESIS.

Fonteines le Port.

Carta Hugonis Senonenſis Archiepiſcopi.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Paſtoralem condecet ſolicitudinem, venerabilia & Deo dicata loca tantò amplioribus beneficiis augmentare, quantò in eis feruentiùs gregis deuotio pro humanis exceſſibus ſupernam miſericordiam nititur exorare. Eapropter ego Hugo diuina dignatione Senonenſis Archiepiſcopus, prædeceſſorum meorum veſtigia ſequens, Eccleſiam de Fontanis cum Presbyteri electione & preſentatione, Atrium etiam & totam maiorem decimam, cum tota minore decima, exceptis quindecim ſextariis hiemalis annonæ, & quindecim auenæ, quos Presbyter annuatim à manu eiuſdem villæ Procuratoris accipere ſolet, Monaſterio S. Martini de Campis in quo fraterna charitas, & Religionis Ordo vigere dignoſcitur, [illegible]ceſſimus, & inuiolabiliter confirmamus. Saluo per om-

nia iure Senonenſis Eccleſiæ & noſtro. Quod ne tractu temporis vel malignantium verſutiis in dubium reuocetur, preſenti ſcripto & ſigilli noſtri authoritate munire curauimus. His teſtibus.

Stephano Archidiacono.
Theone. Roberto. Stephano, Canonicis Senonenſibus.
Galterio Decano Milidunenſi, &
Nicolao Cantore, &
Thoma cognato Archidiaconi.

Actum eſt hoc apud Milidunum. Odone exiſtente Priore S. Martini de Campis, & Galterio Monacho, Procuratore de Fontanis.

CVRA SEV VICARIA
PERPETVA DE CANNIS, SEV DE CONA, VEL DE CONIS.
SENONENSIS DIOCESIS.

Cannes, au Faux-bourg de Clamecy

CVRA SEV VICARIA
PERPETVA S. MARIÆ DE FLAVIAGO.

Flagy.

SENONENSIS DIOCESIS.

CAPELLA IN EADEM Eccleſia.

De Capella Gilonis Militis de Flagiaco.
Carta Galteri Senonenſis Archiepiſcopi.

An. 1236. GAlterus Dei gratia Senonenſis Archiepiſcopus, Omnibus preſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Notum facimus quod in noſtra preſentia conſtitutus Gaufridus Presbyter Parochialis de Flagiaco, voluit & conceſſit quod in Herbergagio Gilonis de Flagiaco Militis, ſito apud Bellam* Fontanam fiat Capella in qua à proprio eiuſdem Gilonis Capellano celebrentur diuina, ita quod præfatus Presbyter vel ſucceſſores ſui non tenebuntur ibidem aliquod Diuinum Officium celebrare, niſi velint: Capellanus autem prædicti Gilonis quotienſcumque mutabitur, fidelitatem faciet proprio iuramento Priori & Monachis de Cannis, & præfato Presbytero &c. eorum ſucceſſoribus. Quod omnes oblationes quæ fient in eadem Capella, reddet fideliter præfatis Priori & Monachis de Cannis & Presbytero de Flagiaco qui pro tempore fuerit, & quod de iure Parochiali ſe nullatenus intromittet. Hoc idem voluerunt & conceſſerunt Prior & Conuentus S. Martini de Campis Pariſien. ad quorum donationem collatio Parochiæ de Flagiaco, ratione iuris Patronatûs pertinere dignoſcitur. Saluo iure in omnibus eorundem. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. Actum anno Domini M. CCXXXVI. menſe Iulio.

* In Catalogo noſtro habetur, *Capella de bello-Fonte*, quam arbitror hanc eandem eſſe.

CVRA

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. MARTINI DE DORMELLIS. SENONENSIS DIOCESIS.

Dormelles.

Carta Henrici Senonenſis Archiepiſcopi.

EGo Henricus Senonenſis Archiepiſcopus, Notum fieri volo tàm preſentibus quàm futuris fidelibus, quod Theobaldus venerabilis Prior S. Martini de Campis humiliter à nobis petiit, vt partem oblationis quam in Eccleſia de Dormilla habent, memoriæ literarum traderemus & confirmaremus. Pars Monachorum eſt omnis medietas in omnibus oblationibus tàm in Dominicis quàm in feſtiuis diebus, & in celebratione Miſſarum pro defunctis, dum corpus preſens eſt: habent etiam medietatem ouorum & caſeorum, vel eorum quæ pro his dantur, in Paſcha & in Rogationibus. Defuncto autem prædictæ Eccleſiæ Presbytero, Monachi alium preſentabunt, & ſi idoneus fuerit, per manum eorum in Eccleſia ſubſtituatur. Hoc autem vt ratum & inconcuſſum permaneat, ſigilli noſtri impreſſione firmauimus.

CAPELLA BEATÆ MARIÆ Magdalenæ de Challio. In Parochia de Dormellis.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. MARTINI DE SORDE-VILLARI, VEL DE SORDIDA-VILLA.

Soruillers.

SILVANECTENSIS DIOCESIS.

Carta Vrſi Silvanectenſis Epiſcopi.

QVia mundus occiduus eſt, & ea quæ in eo ſunt occidua, vtile viſum fuit patribus, Cartulis inſcribere quę donantur Sanctæ Eccleſiæ, ne amittantur incuria & obliuione. Notum igitur fieri volumus Chriſti fidelibus futuris & preſentibus. Quod Vrſus, Silvanectenſis Epiſcopus, à Domno Vrſione Priore de Campis exoratus conceſſit Eccleſiæ Sancti Martini de Campis, Altare de Sordida-Villa & tertiam partem capſi & atrium coram Clericis ſuis & laicis quamplurimis, qui pro vncia auri quam inde habere voluit, viginti ſolidos habuit. Quorum teſtium nomina ſcripta ſunt in ſubſequenti. De Clericis teſtis eſt.

Letoldus Archidiaconus.

Fulco, qui poſtea Eccleſiæ Pariſien. Decanus effectus eſt.

Hugo, glorioſus poſtea Epiſcopus.

Rodulfus, Rodulfus.

Odo filius Herberti.
Vvalterius. Hugo filius Guidonis.
De laicis verò.
Baldricus ſeruiens ipſius Epiſcopi.
Odo pertuſiens vtrem.
Hermerus de Vitella.
Arnulfus Manens.
Burdinus de Liencurte.
Balduinus de Plexato.
Paganus filius Auelinæ.
Heſcelinus Venator.
Vvarinus Armiger Odonis pertuſientis vtrem.
Rodulfus de Liencutte.
Odo de Goniſſa.

Hoc autem nec conceſſiſſet Epiſcopus, niſi à Rotberto vicedomino, qui de his ab eo caſatus erat, fuiſſet exoratus. Quod Rotbertus libenter fecit, & coram Epiſcopo & ſupradictis teſtibus prædictæ Eccleſiæ S. Martini conceſſit, vnde quadraginta & quinque ſolidos habuit. Hoc & Rotbertus filius eius conceſſit, & quinque ſolidos habuit. Huius autem beneficii primus dator fuit Rotbertus filius Berthæ pro redemptione animæ ſuæ, cuius induſtria & labore (vt diximus) illud conceſſerunt Epiſcopus & Rotbertus & filius eius, & coram eis donum ſuum firmauit iſte Rotbertus filius Berthæ & coram ſupradictis teſtibus.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. PETRI DE CHOISIACO.

Choiſy en Brie.

MELDENSIS DIOCESIS.

CVRA SEV VICARIA
PERPETVA S. ANTHONII DE CARNETAIN.

MELDENSIS DIOCESIS.

CAPELLA AD ALTARE B. Anthonij, in eadem Eccleſia.

CVRA SEV VICARIA
PERPETVA DE MALO-RESPECTV.

Maure-gard.

MELDENSIS DIOCESIS.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. GERMANI de Anetho, ad Matronam Fluuium..

Aneth ſur Marne.

MELDENSIS DIOCESIS.

Carta Galteri Meldenſis Epiſcopi.

IN nomine ſummæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti. Cum multis atque autenticis diuinarum Scripturarum inſtitutionibus nobis in valle lachrimarum degentibus, quibus adminiculis ad pacis viſionem repatriare poſſimus rationabiliter inſinuantibus adquieſcendum ſentiamus : inter cætera tamen ante mentis oculos illud Apoſtoli præceptum ſepiùs reducendum, & quo ſpiritaliùs eo ardentiùs adimplendum iudicamus, quo ſalubriter admonemur, vt bonum ad omnes operemur, maximè autem ad domeſticos fidei. Conſiderantes enim cuius fomitis adminiſtratione, tàm veteris quàm noui Teſtamenti fundatores hanc decretorum ædificationem protulerint, aut quo fine ea expleri ſummopere ſtuduerint, inuenimus eos hæc ab illo ſumpſiſſe, & per ipſum confirmaſſe, cuius Euangelica prædicatione informamur, quod de mammona iniquitatis nobis amicos faciamus; vt recipiant nos in æterna tabernacula cum defecerimus. Quocirca Ego Gauterus Meldenſis Epiſcopus, Monachis S. Martini de Campis ſanctitate & Religione & Charitate in eis agnita, Altare de Anetho, in Parochia noſtra ſitum charitatiuè dono, & perenniter habendum concedo, præter Synodum & Circadam, itaût & ego, & omnis Eccleſia mea Meldenſis, orationum, beneficiorum, eleemoſinarum, & charitatis prænominati Mona- An. 1075

ſterii S. Martini amodo participes exiſtamus. Vt igitur donum hoc firmum & ſtabile in perpetuum maneat, inde priuilegium iſtud in Capitulo S. Stephani, conſenſu omnium Canonicorum factum eſt. In quo ſubſcripſerunt.

S. Gauteri Epiſcopi.
S. Adam Archidiaconi.
S. Manaſſe Archidiaconi.
S. Arnulfi Decani.
S. Ollandi Cantoris.
S. Ollandi Præpoſiti.
S. Petri Præpoſiti.
S. Goardi Presbyteri.
S. Mainardi Presbyteri.
S. Richardi Diaconi.
S. Garini Diaconi.
S. Burdini Subdiaconi.
S. Ioannis Subdiaconi.
S. Bartholomei pueri.
S. Petri pueri.

Actum Meldis publicè ſub Stephano Comite. Regnante Philippo Rege Francorum anno XXXVI. Anno ab Incarnatione Domini M.LXXV. Indictione III. V. Idus Martii, Guillelmus Cancellarius ſcripſit & ſubſcripſit. Si quis huic rei contradicere voluerit, ſacra authoritate & noſtra, Anathema ſit.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA DE LERNIACO IN VALESIO.

Largny en Valois.

SVESSIONENSIS DIOCESIS.

Carta Adelæ Viromandorum Comitiſſæ.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Ego Adela Viromandorum Comitiſſa tàm preſentium quàm poſterorum inſtruere procuraui notitiam, qualiter ego & filius meus Radulfus de Perona Altare & totam Eccleſiam quæ eſt Lerniaci, cum omnibus quæ ad eam pertinent Monaſterio S. Martini de Campis conceſſimus, quodquidem ita actum eſt. Miles quidam Berneredus nomine, ex parte vxoris ſuæ Heluidis, ipſe quidem cum vxore ſua Altare & totam præfatam Eccleſiam & omnia quæ iuris ipſius Eccleſiæ ſunt, videlicet terram arabilem, & hoſpites, & oblationes, & decimas, & ſeruos, & ancillas. Præterea furnum & Molendinum cum viuario à nobis in feodum habere ſolebat. Vir autem iſte & mulier eius ſaluti animarum ſuarum conſultum iri ſtudentes, & animæ filii ſui Landerici defuncti, ſalutiferum ſuffragium conquirere cupientes, totum præfatum beneficium Monaſterio S. Martini de Campis, quantùm in eis erat, conceſſerunt, & vt id ipſum nos quoque concederemus humiliter implorauerunt. *An. 1120.*

Nos ergo in deuotione & charitate eorum participare cupientes petitioni eorum libenter annuimus, & totam præfatam Eccleſiam, & ipſius Eccleſiæ terram arabilem, & oblationes & decimas & hoſpites, & ſeruos, & ancillas, furnum quoque & molendinum cum viuario. Imò quicquid Lerniaci a nobis in feodo prædictus Berneredus & vxor eius habere ſolebant, Monaſterio S. Martini de Campis conceſſimus, & de manu noſtra liberè & abſolutè omninò exponentes, per manum venerabilis viri Lyſiardi Sueſſionenſium Epiſcopi, in ius & perennem poſſeſſionem Beati Martini, in manu Domni Mathei Prioris transfundimus, & preſentis paginæ conſcriptione & teſtificatione vt ratum & inconuulſum maneat corroborauimus. Actum Roïæ, anno ab Incarnatione Domini M. CXX.

In Francia regnante Ludouico.

Remis Præſidente in Archiepiſcopatu Radulfo.

Sueſſionis Epiſcopante Lyſiardo.

Teſtes affuerunt.
Domnus Mathæus Prior de Campis.
Domnus Robertus Prior S. Margaretæ.
Goduinus Monachus.
Odo de Calmonte Monachus.
Radulfus Roïenſis Eccleſiæ Ædilis.
Petrus Miles Roïenſis.

Carta Lyſiardi Sueſſionenſis Epiſcopi de conceſſione Altaris præfati.

An. 1123. IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Ego Lyſiardus Dei gratia Sueſſorum Epiſcopus licet indignus, non ignorans quid ſolicitudinis, quid amoris, Chriſti & Eccleſiæ filiis debeam, & cum multo timore perpendens, quid oneris pro regendis fidelibus populis ſuſtineam, quanto ad hæc auxilio, quantâue pro diſtribuendis mihi eorum oblationibus ſolertia indigeam, faciendum pro neceſſitate cognoui ad ſupportandum tantæ impoſitionis ſarcinam, ſeruorum Dei auxilia querere, eoſque vt nobiſcum ob cuſtodiam gregis Dei vigilent & orent, ſtipendiorum noſtrorum participes efficere. Cum autem omnibus (ſi fieri poſſet) munificum & vtilem Epiſcopalis me dignitas eſſe depoſcat, Religioſis maximè viris munificentiæ & vtilitatis meæ liberalitatem aliquam impendere ſtatui. Quapropter Eccleſiæ Beati Martini de Campis, & fratribus ibidem Deo ſeruientibus, quorum conuerſationem Deo & hominibus placere manifeſtum eſt; Eccleſiam de Lerniaco, quam diu manus laica iniuſtè inuaſerat, aſſenſu tamen illius qui eam quoquomodo tenuerat; illius quoque de cuius feodo, Comitiſſæ videlicet Criſpeii, & Rodulfi eiuſdem Comitiſſæ filii eſſe videbatur: pro ſalute animæ meæ, & pro Eccleſiæ defenſione, cui Deo authore præſideo, liberam cum omnibus appendiciis ſuis, & cum ſeruis & ancillis ſuis, & omnibus quæ iuris prædictæ Eccleſiæ eſſe noſcuntur, ſaluo Eccleſiaſtico iure & reditibus & iuſtitiis quæ Epiſcopo & Archidiacono debentur,

debentur, perpetualiter poſſidendam concedo: tantùm remunerationis à prædictis fratribus obtinens, vt mei & fratrum Eccleſiæ mihi commiſſæ in orationibus ſuis recordentur, & in die Anniuerſarii mei, Domnique Petri Archidiaconi, huius beneficii cooperatoris, pro ſalute animarum noſtrarum Dominum deprecentur. Si quis verò hanc dationis meæ liberalitatem infringere, & contra hanc inſtitutionis meæ paginam proteruè incedere præſumpſerit, à Corporis & Sanguinis Ieſu Chriſti participatione priuetur, & cum Iuda traditore, à conſortio Angelorum & Dei viſione ſeparetur. Et vt hæc omnia rata & inconuulſa permaneant, ſigilli mei impreſſione & probabilium perſonarum teſtimoniis roborari volui.

Signum Lyſiardi Epiſcopi.
S. Petri Archidiaconi.
S. Anſculfi Archidiaconi.
S. Tetbaldi Archidiaconi.
S. Ioannis Capellani.
S. Petri Decani de Lerniaco.

Actum Sueſſionis, anno Incarnationis Dominicæ M.CXXIII. Indictione prima, Regnante Rege Francorum Ludouico, anno regni ſui XVI. Epiſcopatus autem Domni Lyſiardi Epiſcopi XV.

CVRÆ SEV VICARIÆ PERPETVÆ S. GEMMÆ, ET DE NOA S. MARTINI. SVESSIONENSIS DIOCESIS.

S. Gemme, & Noüe S. Martin.

tis & approbantis, datis anno præfato, & ſigillo eiuſdem in cera viridi ſub duplici cauda pergamenea ſigillatis.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA ASSVMPT. B. MARIÆ ET S. BETHARII DE BASOCHIIS Galerandis.

Baſoches les Galerãdes.

AVRELIANENSIS DIOCESIS.

Carta Manaſſis Aurelianenſis Epiſcopi, de duobus præcedentibus Altaribus, & de ſubſequente ſcilicet Nouæuillæ.

An. 1148. IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Manaſſes Dei gratia Aurelianenſis Eccleſiæ humilis Miniſter. Notum facimus inſtantibus & futuris, quod in remiſſione peccatorum Auunculi noſtri Stephani, atque precibus Philippi Archidiaconi fratris Domini Regis & Algrini, concedimus Monachis Sancti Martini de Campis apud Hyenuillam Deo ſeruientibus, in ipſius Hyenuillæ Eccleſia (quæ eorum eſt) duas partes omnium oblationum quæ ad Altare Capellani offeruntur, vel per manus Capellani ipſius recipiuntur, & omnes candelas, & omnes panes, ſine parte Capellani, & duas partes omnium Leſſorum mobilium rerum: terra verò ſi donata vel dimiſſa fuerit, Monachorum erit; duas etiam partes ſponſalium & iuramentorum. Et in Nouæuillæ Eccleſia (quæ ſimiliter ipſorum Monachorum eſt) medietatem de cunctis oblationibus, & in annualibus feſtis duas partes panum & candelarum, & in craſtino Natalis Domini & Paſchæ, & in Rogationibus ſimiliter duas partes Tortellorum, ſicut iampridem habuerunt temporibus præ-

deceſſorum noſtrorum Ioannis & Heliæ bonarum memoriarum.

Notificetur etiam vniuerſis, quod Hugo de Baſochis quando Hieroſolimitanas partes adiit, ſanctarum aſſertionibus Scripturarum commonitus, in manu noſtra dimiſit quicquid habebat in Eccleſia de Baſochis, vxore ſua & fratre ſuo concedentibus. Aſſentiente N. Adam de Chailliaco, de cuius feodo prædicta Eccleſia conſiſtebat. Nos autem omnibus Religioſis pro poſſe noſtro ſubuenire deſiderantes, quicquid præfatus Hugo nobis in Eccleſia illa dimiſit, prædictis Monachis pro remedio animæ Auunculi noſtri Stephani & noſtræ concedimus, & ſigilli noſtri authoritate confirmamus. Actum publicè Aurelianis, anno Incarnationis Dominicæ M. CXLVIII. Regnante Rege Ludouico anno duodecimo, Ordinatis in Eccleſia S. Crucis maioribus perſonis, Decano nullo, Hugone Cantore, & Zacharia Subdecano, Radulfo Capicerio. Data per manum Algrini Cancellarii. Cal. Iunii.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. SIMPHORIANI DE NOVAVILLA.

Neufuille.

AVRELIANENSIS DIOCESIS.

Carta duorum S. R. E. Cardinalium, de eodem Altari. Ad R. P. Matheum Priorem S. Martini de Campis. Sanctæ etiam R. E. Cardinalem, qui vixit ad annum 1119. vti ſuprà, paginâ 156. notauimus.

P. Leonis Presbyter. & G. Sancti Angeli Diaconus, ſedis Apoſtolicæ Cardinales & Legati, dilecto & vene-

rabili fratri M. Priori S. Martini de Campis ſalutem & benedictionem. Chariſſimus frater noſter I. Cardinalis ſignificauit nobis quid in eius & Epiſcopi Carnotenſis, atque aliorum fratrum, qui tunc preſentes erant, conſpectu, de Eccleſia Nouæuillæ feceris. Nos igitur Apoſtolicæ ſedis authoritate à timore tuæ conſcientiæ abſoluentes, donum quod Aurelianenſis Epiſcopus de eadem Eccleſia tuo fecit Monaſterio in perpetuum confirmamus.

CVRA SEV VICARIA
PERPETVA S. MARTINI DE FONTANIS PORTV. SENONENSIS DIOCESIS.

Fonteines le Port.

Carta Hugonis Senonenſis Archiepiſcopi.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Paſtoralem condecet ſolicitudinem, venerabilia & Deo dicata loca tantò amplioribus beneficiis augmentare, quantò in eis feruentiùs gregis deuotio pro humanis exceſſibus ſupernam miſericordiam nititur exorare. Eapropter ego Hugo diuina dignatione Senonenſis Archiepiſcopus, prædeceſſorum meorum veſtigia ſequens, Eccleſiam de Fontanis cum Presbyteri electione & preſentatione, Atrium etiam & totam maiorem decimam, cum tota minore decima, exceptis quindecim ſextariis hiemalis annonæ, & quindecim auenæ, quos Presbyter annuatim à manu eiuſdem villæ Procuratoris accipere ſolet. Monaſterio S. Martini de Campis in quo fraterna charitas, & Religionis Ordo vigere dignoſcitur, conceſſimus, & inuiolabiliter confirmamus. Saluo per om-

nia iure Senonenſis Eccleſiæ & noſtro. Quod ne tractu temporis vel malignantium verſutiis in dubium reuocetur, preſenti ſcripto & ſigilli noſtri authoritate munire curauimus. *His teſtibus.*

Stephano Archidiacono.

Theone. Roberto. Stephano, Canonicis Senonenſibus.

Galterio Decano Milidunenſi, &

Nicolao Cantore, &

Thoma cognato Archidiaconi.

Actum eſt hoc apud Milidunum. Odone exiſtente Priore S. Martini de Campis, & Galterio Monacho, Procuratore de Fontanis.

CVRA SEV VICARIA
PERPETVA DE CANNIS, SEV DE CONA, VEL DE CONIS.
SENONENSIS DIOCESIS.

Cannes, au Faux-bourg de Clamecy

CVRA SEV VICARIA
PERPETVA S. MARIÆ DE FLAVIAGO.
SENONENSIS DIOCESIS.

Flagy.

CAPELLA IN EADEM *Eccleſia.*

De Capella Gilonis Militis de Flagiaco.
Carta Galteri Senonenſis Archiepiſcopi.

An. 1236.

GAlterus Dei gratia Senonenſis Archiepiſcopus, Omnibus preſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Notum facimus quod in noſtra preſentia conſtitutus Gaufridus Presbyter Parochialis de Flagiaco, voluit & conceſſit quod in Herbergagio Gilonis de Flagiaco Militis, ſito apud Bellam * Fontanam fiat Capella in qua à proprio eiuſdem Gilonis Capellano celebrentur diuina, ita quod præfatus Presbyter vel ſucceſſores ſui non tenebuntur ibidem aliquod Diuinum Officium celebrare, niſi velint: Capellanus autem prædicti Gilonis quotienſcumque mutabitur, fidelitatem faciet proprio iuramento Priori & Monachis de Cannis, & præfato Presbytero & eorum ſucceſſoribus. Quod omnes oblationes quæ fient in eadem Capella, reddet fideliter præfatis Priori & Monachis de Cannis & Presbytero de Flagiaco qui pro tempore fuerit, & quod de iure Parochiali ſe nullatenus intromittet. Hoc idem voluerunt & conceſſerunt Prior & Conuentus S. Martini de Campis Pariſien. ad quorum donationem collatio Parochiæ de Flagiaco, ratione iuris Patronatûs pertinere dignoſcitur. Saluo iure in omnibus eorumdem. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. Actum anno Domini M. CCXXXVI. menſe Iulio.

* In Catalogo noſtro habetur. *Capella de bello-Fonte*, quam arbitror hanc eandem eſſe.

CVRA

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. MARTINI DE DORMELLIS. SENONENSIS DIOCESIS.

Dormelles.

Carta Henrici Senonenſis Archiepiſcopi.

EGo Henricus Senonenſis Archiepiſcopus, Notum fieri volo tàm preſentibus quàm futuris fidelibus, quod Theobaldus venerabilis Prior S. Martini de Campis humiliter à nobis petiit, vt partem oblationis quam in Eccleſia de Dormilla habent, memoriæ literarum traderemus & confirmaremus. Pars Monachorum eſt omnis medietas in omnibus oblationibus tàm in Dominicis quàm in feſtiuis diebus, & in celebratione Miſſarum pro defunctis, dum corpus preſens eſt: habent etiam medietatem ouorum & caſeorum, vel eorum quæ pro his dantur, in Paſcha & in Rogationibus. Defuncto autem prædictæ Eccleſiæ Presbytero, Monachi alium preſentabunt, & ſi idoneus fuerit, per manum eorum in Eccleſia ſubſtituatur. Hoc autem vt ratum & inconcuſſum permaneat, ſigilli noſtri impreſſione firmauimus.

CAPELLA BEATÆ MARIÆ Magdalenæ de Challio. In Parochia de Dormellis.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. MARTINI DE SORDE-VILLARI, VEL DE SORDIDA-VILLA.

Sorvillers.

SILVANECTENSIS DIOCESIS.

Carta Vrſi Silvanectenſis Epiſcopi.

QVia mundus occiduus eſt, & ea quæ in eo ſunt occidua, vtile viſum fuit patribus, Cartulis inſcribere quę donantur Sanctæ Eccleſiæ, ne amittantur incuria & obliuione. Notum igitur fieri volumus Chriſti fidelibus futuris & preſentibus. Quod Vrſus Silvanectenſis Epiſcopus, à Domno Vrſione Priore de Campis exoratus conceſſit Eccleſiæ Sancti Martini de Campis, Altare de Sordida-Villa & tertiam partem capſi & atrium coram Clericis ſuis & laicis quamplurimis, qui pro vncia auri quam inde habere voluit, viginti ſolidos habuit. Quorum teſtium nomina ſcripta ſunt in ſubſequenti. De Clericis teſtis eſt.

Letoldus Archidiaconus.

Fulco, qui poſtea Eccleſiæ Pariſien. Decanus effectus eſt.

Hugo, glorioſus poſtea Epiſcopus.

Rodulfus, Rodulfus.

Odo filius Herberti.
Vualterius. Hugo filius Guidonis.
De laicis verò.
Baldricus ſeruiens ipſius Epiſcopi.
Odo pertuſiens vtrem.
Hermerus de Vitella.
Arnulfus Manens.
Burdinus de Liencurte.
Balduinus de Plexato.
Paganus filius Auelinæ.
Heſcelinus Venator.
Vuarinus Armiger Odonis pertuſientis vtrem.
Rodulfus de Liencurte.
Odo de Goniſſa.

Hoc autem nec conceſſiſſet Epiſcopus, niſi à Rotberto vicedomino, qui de his ab eo caſatus erat, fuiſſet exoratus. Quod Rotbertus libenter fecit, & coram Epiſcopo & ſupradictis teſtibus prædictæ Eccleſiæ S. Martini conceſſit, vnde quadraginta & quinque ſolidos habuit. Hoc & Rotbertus filius eius conceſſit, & quinque ſolidos habuit. Huius autem beneficii primus dator fuit Rotbertus filius Berthæ pro redemptione animæ ſuæ, cuius induſtria & labore (vt diximus) illud conceſſerunt Epiſcopus & Rotbertus & filius eius, & coram eis donum ſuum firmauit iſte Rotbertus filius Berthæ & coram ſupradictis teſtibus.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. PETRI DE CHOISIACO.

Choiſy en Brie.

MELDENSIS DIOCESIS.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. ANTHONII DE CARNETAIN.

MELDENSIS DIOCESIS.

CAPELLA AD ALTARE B. Anthonij, in eadem Eccleſia.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA DE MALO-RESPECTV.

Maurégard.

MELDENSIS DIOCESIS.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA S. GERMANI de Anetho, ad Matronam Fluuium.

Aneth ſur Marne.

MELDENSIS DIOCESIS.

Carta Galteri Meldenſis Epiſcopi.

IN nomine ſummæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti. Cum multis atque autenticis diuinarum Scripturarum inſtitutionibus nobis in valle lachrimarum degentibus, quibus adminiculis ad pacis viſionem repatriare poſſimus rationabiliter inſinuantibus adquieſcendum ſentiamus : inter cætera tamen ante mentis oculos illud Apoſtoli præceptum ſepiùs reducendum, & quo ſpiritaliùs eo ardentiùs adimplendum iudicamus, quo ſalubriter admonemur, vt bonum ad omnes operemur, maximè autem ad domeſticos fidei. Conſiderantes enim cuius fomitis adminiſtratione, tàm veteris quàm noui Teſtamenti fundatores hanc decretorum ædificationem protulerint, aut quo fine ea expleri ſummopere ſtuduerint, inuenimus eos hæc ab illo ſumpſiſſe, & per ipſum confirmaſſe, cuius Euangelica prædicatione informamur, quod de mammona iniquitatis nobis amicos faciamus; vt recipiant nos in æterna tabernacula cum defecerimus. Quocirca Ego Gauterus Meldenſis Epiſcopus, Monachis S. Martini de Campis ſanctitate & Religione & Charitate in eis agnita, Altare de Anetho, in Parochia noſtra ſitum charitatiuè dono, & perenniter habendum concedo, præter Synodum & Circadam, itaût & ego, & omnis Eccleſia mea Meldenſis, orationum, beneficiorum, eleemoſinarum, & charitatis prænominati Mona- An. 1075

ſterii S. Martini amodo participes exiſtamus. Vt igitur donum hoc firmum & ſtabile in perpetuum maneat, inde priuilegium iſtud in Capitulo S. Stephani, conſenſu omnium Canonicorum factum eſt. In quo ſubſcripſerunt.

S. Gauteri Epiſcopi.
S. Adam Archidiaconi.
S. Manaſſe Archidiaconi.
S. Arnulfi Decani.
S. Ollandi Cantoris.
S. Ollandi Præpoſiti.
S. Petri Præpoſiti.
S. Goardi Presbyteri.
S. Mainardi Presbyteri.
S. Richardi Diaconi.
S. Garini Diaconi.
S. Burdini Subdiaconi.
S. Ioannis Subdiaconi.
S. Bartholomei pueri.
S. Petri pueri.

Actum Meldis publicè ſub Stephano Comite. Regnante Philippo Rege Francorum anno XXXVI. Anno ab Incarnatione Domini M. LXXV. Indictione III. V. Idus Martii, Guillelmus Cancellarius ſcripſit & ſubſcripſit. Si quis huic rei contradicere voluerit, ſacra authoritate & noſtra, Anathema ſit.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA DE LERNIACO IN VALESIO.

Largny en Valois.

SVESSIONENSIS DIOCESIS.

Carta Adelæ Viromandorum Comitiſſæ.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Ego Adela Viromandorum Comitiſſa tàm preſentium quàm poſterorum inſtruere procuraui notitiam, qualiter ego & filius meus Radulfus de Perona Altare & totam Eccleſiam quæ eſt Lerniaci, cum omnibus quæ ad eam pertinent Monaſterio S. Martini de Campis conceſſimus, quodquidem ita actum eſt. Miles quidam Berneredus nomine, ex parte vxoris ſuæ Heluidis, ipſe quidem cum vxore ſua Altare & totam præfatam Eccleſiam & omnia quæ iuris ipſius Eccleſiæ ſunt, videlicet terram arabilem, & hoſpites, & oblationes, & decimas, & ſeruos, & ancillas. Præterea furnum & Molendinum cum viuario à nobis in feodum habere ſolebat. Vir autem iſte & mulier eius ſaluti animarum ſuarum conſultum iri ſtudentes, & animæ filii ſui Landerici defuncti, ſalutiferum ſuffragium conquirere cupientes, totum præfatum beneficium Monaſterio S. Martini de Campis, quantùm in eis erat, conceſſerunt, & vt id ipſum nos quoque concederemus humiliter implorauerunt. An. 1120.

Nos ergo in deuotione & charitate eorum participare cupientes petitioni eorum libenter annuimus, & totam præfatam Eccleſiam, & ipſius Eccleſiæ terram arabilem, & oblationes & decimas & hoſpites, & ſeruos, & ancillas, furnum quoque & molendinum cum viuario. Imò quicquid Lerniaci à nobis in feodo prædictus Berneredus & vxor eius habere ſolebant, Monaſterio S. Martini de Campis conceſſimus, & de manu noſtra liberè & abſolutè omninò exponentes, per manum venerabilis viri Lyſiardi Sueſſionenſium Epiſcopi, in ius & perennem poſſeſſionem Beati Martini, in manu Domni Mathei Prioris transfundimus, & preſentis paginæ conſcriptione & teſtificatione vt ratum & inconuulſum maneat corroborauimus. Actum Roiæ, anno ab Incarnatione Domini M. CXX.

In Francia regnante Ludouico.

Remis Præſidente in Archiepiſcopatu Radulfo.

Sueſſionis Epiſcopante Lyſiardo.

debentur, perpetualiter poſſidendam concedo: tantùm remunerationis à prædictis fratribus obtinens, vt mei & fratrum Eccleſiæ mihi commiſſæ in orationibus ſuis recordentur, & in die Anniuerſarii mei, Domnique Petri Archidiaconi, huius beneficii cooperatoris, pro ſalute animarum noſtrarum Dominum deprecentur. Si quis verò hanc dationis meæ liberalitatem infringere, & contra hanc inſtitutionis meæ paginam proteruè incedere præſumpſerit, à Corporis & Sanguinis Ieſu Chriſti participatione priuetur, & cum Iuda traditore, à conſortio Angelorum & Dei viſione ſeparetur. Et vt hæc omnia rata & inconuulſa permaneant, ſigilli mei impreſſione & probabilium perſonarum teſtimoniis roborari volui.

Signum Lyſiardi Epiſcopi.
S. Petri Archidiaconi.
S. Anſculfi Archidiaconi.
S. Tetbaldi Archidiaconi.
S. Ioannis Capellani.
S. Petri Decani de Lerniaco.

Actum Sueſſionis, anno Incarnationis Dominicæ M.CXXIII. Indictione prima, Regnante Rege Francorum Ludouico, anno regni ſui XVI. Epiſcopatus autem Domni Lyſiardi Epiſcopi XV.

CVRÆ SEV VICARIÆ PERPETVÆ S. GEMMÆ, ET DE NOA S. MARTINI. SVESSIONENSIS DIOCESIS.

S. Gemme, & Noüe S. Martin.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA DE GORENCOVRT, propè S. Gemmam.

CVRA SEV VICARIA PERPETVA DE NOGENT L'ARTAVLT.

HISTORIÆ
REGALIS
MONASTERII
S. MARTINI DE CAMPIS
PARIS. ORD. CLVNIACENSIS,

LIBER SEXTVS.

IN QVO MONVMENTA MARTIniana, id eſt, Tumuli, Inſcriptiones, Epitaphia, & cætera huiuſmodi, tàm in ſacris ædibus, quàm Clauſtris ipſius Monaſterij etiamnum conſpicua, continentur.

MONVMENTA MARTINIANA.

APVD Martinianos quæ exſtant Monumenta, priſcum æuum ſpirantia & antiquitatem redolentia habenti deſcribere, Murorum, noſtrum hocce Monaſterium (ferunt ad quatuordecim arpennas) ambientium, prima fronte miranda illa, ſtupenda, & cui nulla fortaſſis in hac Pariſienſi Ciuitate æqualis queat vel inueniri vel opponi, ſtructura occurrit. Cuius potiſſimam atque precipuam partem, Arcem nimirùm qua ingreſſus olim in iſtud Monaſterium erat, ea regione quæ vicum dictum *la ruë au Maire* reſpicit, & in qua nunc Sacratum Sancto Nicolao Ædium nouus Pronaus viſitur, quæ anno 1575. ſolo adæquata fuit, animus erat hîc veluti in tabella, lectoris oculis proponere & exhibere. Sed quoniam nuſquam viſa mihi, neque vlla ipſius pictura remanſit, ad eam quæ nunc S. Martini vicum ſpectat, & qua hanc in Domum patet aditus, Portam veniamus, ad quam Henrici I. & Philippi I. Franciæ Regum & Fundatorum noſtrorum in concauis ſtant lapideæ effigies, quarum prima verſus ſequentes ex tabula marmorea exhibet.

M. LX.

Henricus poſuit primus, primuſque Philippus
Auxit, ſexte probas quas Lodoice domos.

Hos ſecunda.

M. V^C. LXXV.

Dum reficit Vialar, Biturix Preſulque Priorque,
Tertius Henricus Gallica ſceptra tenet.

Paulò ſuperiùs Sancti Martini ſtatua equeſtris conſpicitur, & ex marmore proximo, hi verſus.

Reſtituit ſacri hæc Amelotius atria templi
In quo Martini longo ſtat gloria ſeclo.
Rurſus Iacobus ſacra vir doctor in arte
Hæc eadem inſtaurans, ædis renouauit honores.

Neque etiam omittendum quòd ad ea tuguriola ſiue gurguſtia muro noſtro herentia, & vicum quem vernaculè *Guerin-Boiſſeau* dicimus, ſpectantia; vetuſtiſſimus extabat lapis (qui nuper vetuſtate cecidit) verſus ſequentes referens.

Miles pius Chriſtum texit, veſte quam nudo porrexit:
Mundi pompas poſt deſpexit, pro Chriſti militia.

Quiquidem vt arbitror (interiorem dictorum murorum faciem conſideranti facilè conijcere licet) conſtructam inibi olim fuiſſe Baſilicam, ſeu ſacram ædem deſignant. Idque manifeſtiſſimè cùm fornicatæ feneſtræ, & clathris ferreis munitæ, tum pilæ lapideæ vetuſtatem miram atteſtantes, etiamnum arguunt. At quoniam præter ſolum aſpectum & coniecturam ampliora non ſuccurrunt teſtimonia, neque quidquam penes me eſt quo dictis fulcrum addam, progredi lubet, & in hoc noſtrum Cœnobium gradum inferre.

En igitur area prægrandis, & in illa B. Martini Patroni noſtri ædes ſacra, tum Archangeli Michaelis Sacellum Sancti Nicolai templo conterminum. Dein à parte ſiniſtra, litium locus, ſeu iudiciorum exercendorum forum.

Ad limen maioris portæ in concauo B. Martini ex equo

pauperi veſtem medianris, affabrè depicta & inaurata viſitur imago, cui ſubeſt tabula marmorea, cum his verbis. *Cataphracto hoc milite tuti.* Quam dum Prioris Clauſtralis munere fungebar inibi locari ſtudii ſcilicet anno 1632.

Intranti pandit ſe Periſtilium majus, Amplitudine, magnitudine, & columellarum numero nulli forſan hac in Ciuitate Pariſienſi ſecundum, quod claudunt & veluti circumuallant præcipua totius Monaſterii huius ædificia. Ad dexteram nempe eſt Ædes ipſa ſacra. Ad læuam Refectorium; ſtupendi, & ad miraculum attingentis artificii, cùm altitudine profunda, tùm columnarum venuſtate & pulchritudine opus, nimia craſſitudine, & longo annorum curſu infuſcum & ſqualidum ſed anno 1624. mea diligentia & ſtudio inalbatum, & delicatis picturis comptum & ornatum. Ad frontem, eſt Exedra Cœnobilica, ſeu vt loquuntur, locus Capitularis, cui ſupereminet Dormitorium vetus (nam alterum huic contiguum, recentius eſt, & circa annum Domini 1519. excitatum) proximè turrim exquiſitæ admodum ſtructuræ, quam Grammatophilacium vel tabularium dicimus, habens. Ad tergum denique preſtans ædificium, Hypogea, cellas vinarias & horrea miræ magnitudinis complectens.

Quandoquidem verò dormitorii noſtri veteris fit hic à nobis mentio, placet è Guilielmi Gemeticenſis lib. vltimo de ducib. Norman. Cap. XXXII. de Henrico primo Anglorum Rege, & Duce Norman. loquentis, hæc addere.

Eccleſiam, inquit, *Cluniacenſem ſuis impenſis ex maiori parte ædificans, ingentes poſſeſſiones in Anglia pro redemptione animæ ſuæ delegauit. Hoc idem fecit & Eccleſiæ S. Martini de Campis. Officinis quoque Monachorum conſtruendis nonnulla adiumenta prævidit, excepto Dormitorio, quod ex integro ipſe fieri ob memoriam ſui, ex ſuis ſolummodo impenſis voluit.* Hæc ille.

Iniit autem regnum præfatus Henricus ad annum M. C. vita functus anno M. CXXXV. quod ea ratione adnotamus, vt huiuſmodi ſtructuræ tempus Lectorem non fugiat. Corpus eiuſdem in Monaſterio de Radingo, ad Tameſim,

elatum & incineratum ſub ſequenti Epitaphio, à quodam Epiſcopo eius Synchrono, concinnato, quod ex hiſtoria Anglicana Andreæ Du Cheſne Turonenſis, Geographi Regii deſumpſi.

Henrici cuius celebrat vox publica nomen
Hoc pro parte iacent membra ſepulta loco.
Quem neque viuentem capiebat terra, nec vnus
Defunctum potuit conſepelire locus.
In tria partitus ſua iura quibuſque reſignat
Partibus, illuſtrans ſic tria regna tribus.
Spiritui cælum, cordi cerebroque dicata eſt
Neuſtria, quod dederat Anglia corpus habet.
Hinc patres animumque trahens, ſed forte apud illos
Editus, hic gladium, ſceptra gerebat ibi.
Quem decedentem cum nox extrema Decembris
Soluiſſet, ſecuit prima Decembris eum.

In præfati autem noſtri Refectorii aditu atque foribus, ſeu Clauſtri angulo, Labrum ſeu vas lapideum (in quod limpha ex imagine ærea S. Martini equo inſidentis delabitur & profluit) amplum adeò atque patulum conſpicitur, vt aquæ vim maximam, & ad modia tria contineat, quod inquam, diruptis & ſuffuratis tubis & canalibus à pluribus hinc annis, ſpectamini tantùm inſeruierat. At anno 1633. vſui priſtino, meo ſtudio atque diligentia redditum, vt teſtatur proxima marmorea Tabula à me conſcripta, quam muro adfigi curaui, ſub his verbis.

Fons ad nos Martinianos Cluniacenſes & vicinos Templarios coniunctim fluere ſuctus, poſt annos XXX. neglectus & veluti contemptus, communibus impenſis ab ipſa ſcaturigine & riuulis ſtudioſiſſimè indagatus & repetitus, tùm demùm nobis ipſis Martinianis fortiter & animosè tantæ moli inſiſtentibus, nouus & pluſquàm primæ elegantiæ ac nitori redditus, priſtinum repetens Officium, non minùs honorificè, quàm ſummo noſtro commodo iterum manare

manare cœpit. Anno Domini 1633.

Paulò inferiùs.

Sub fœlicibus auſpiciis Eminentiſſimi & Illuſtriſſimi Cardinalis Ducis de Richelieu, Paris Franciæ, Abbatis Cluniac. & huiuſce Martiniani Monaſterii Archimandritæ digniſſimi.

Agedum igitur, introgrediamur in ipſum Domini Sanctuarium commigremus. Quæ verò hîc pro foribus picturæ ſeu Regum icones videntur? Ipſæmet quas in prima & anteriore Monaſterii huius porta è ſaxo ſcalptas paulò antè monſtrauimus, quibus eſt hîc adiecta Ludouici VI. figura, quarum prima Henricum primum, Fundatorem refert cum hoc verſu.

Inclita Martino conſtruxi hæc mœnia diuo.

Secunda, Philippum primum, cum ſequente.

Cluniaco acciui Monachos, cenſu quoque iuui.

Tertia, Ludouicum VI. cum his verbis.

Dona ego maiorum collataque iura probaui.

At priuſquam ſacrarum Ædium noſtrarum ſingulas quaſque partes ſeu tumulos deſcribamus, illum qui Altari conquieſcit & includitur (quem tamen cœlum, neque cœli cœlorum capiunt) in genua vultu demiſſo procidentes, præcatiuncula ſalutemus & veneremur, pòſt ipſius Altaris & Organorum ab oppoſito ſtructuram, vtramque magnificentiſſimam, & triginta trium mille librarum ſummam ſuperantem, ſtudiosè & deuotè contemplemur, quibus ſcilicet conſtruendis & perficiendis meam, quantulamcumque operam, ſedulitatem & ſtudium, dum Prioris Clauſtralis huiuſce Monaſterii ab anno 1618. ad 1633. munus obiui, diuina bonitas voluit, & paſſa eſt inſeruire, ac animi corporiſque mei vires toto conatu adhibere. Inerat ſiquidem ipſis ſacris Ædibus vetuſto ſchemate, æuum priſcum ita referens Altare, vt multis parum probaretur, eſſetque ſatisfactioni, pre-

Non ſans charge, ny fruict, car il eut ceſte gloire
Comme il eſtoit cogneu des Princes & des Roys,
D'eſtre employé pour eux en maints dignes exploicts
Qui rendront à iamais durable ſa memoire.
Cambray en eſt teſmoin, où il ſeruit ſon Prince
François grand Duc d'Anjou, touſiours fidellement,
Duquel il fut chery, l'aſſiſtant conſtamment
Pendant qu'il ſecouroit la Flamande Prouince.

Auſſi fut-il touſiours vray Francois à la France.
Des traiſtres ennemy, entier à ſes amis,
Courtois aux affligez, & vers ſes ennemys
Il vſoit de pardon pluſtoſt que de vengeance.
Or giſt icy ſon corps, dans le Ciel eſt ſon ame
Que d'vn ſouſpir tranquil il rendit à ſon Dieu
Paſſant retiens cecy, & eſpars en ce lieu
Des prieres pour luy, & des pleurs ſur ſa lame.

Anthoine de Blondel, Eſcuyer, Vicomte de Vaudencourt les Guiſe, & Francois de Maigny Bourgeois de Paris ſes executeurs teſtamentaires ont fait faire l'an 1606. ceſt Epitaphe audit deffunct, qui decedda le 17. Septembre 1605.

Ad ingreſſum ſacelli Virginis Matris (quod de Chorea ſiue Carolla dicimus) lapis ineſt parieti adfixus, in quo hæc leguntur.

Cy deuant giſt venerable perſonne Meſsire Iean Morin Preſtre, en ſon viuant Curé de Fonteine le Port au Dioceſe de Sens, natif de S. Pierre le Mouſtier, au Dioceſe de Neuers, lequel a ſerui l'Egliſe de ceans par l'eſpace de XXIV. *ans en l'office de la Secretainerie, & treſpaſſa en la maiſon de ladite Secretainerie le* VIII. *iour de Iuin l'an* M. CCCCLXXXXVIII. *Priez Dieu pour luy. Pater noſter. Aue Maria.*

Iuxta præfatæ Virginis Altare pro parte dextera Magni illius duodecim linguarum viri Guilielmi Poſtelli abſque vlla inſcriptione tumulus conſpicitur. Ad vicinum duntaxat parietem verſus hi duo tabellæ cupreæ inſculpti leguntur.

Poſtellus poſtquam peragrauit plurima paſſus,
Pro pietate polos Pariſiis petiit.
Obiit ſexto Septembris 1581.

Mœrens ponebat Adrianus Tartrier, Medicus.

Quandoquidem verò in tanti viri memoriam incidimus, placet paululum ſubſidere & immorari, ea potiſſimum ratione quòd longo cum tempore habuimus hoſpitem. Non

eſt tamen animus vitam illius deſcribere, videat queſo & perlegat ſtudioſus lector quæ de illo Catholici ſcriptores ſenſere. Nam Nouatores penitùs recuſamus & aſpernamur, vt potè cuius memoriam non infuſcare modò, ſed canina rabie diſcerpere, ſuiſque vaframentis & cauillationibus conuellere tentarint.

Non tamen me fugit illum (vt alicubi ingenuè fatetur) laboraſſe olim mente luxata, & abſurda quædam in publico propoſuiſſe, ſcripſiſſe, & typis euulgaſſe, ſed iiſdem minimè mordicùs inhæſiſſe, vel pertinacem aut obſtinatum remanſiſſe. Scio Lindanum in Dubitantii dialogo 2. noſtri ſæculi hereticorum illum numero adſcripſiſſe, & eius ſequaces ex ipſius cognomine Poſtellanos vocaſſe.

Poſtellani, inquit, *à VVilelmo Poſtello Burgundo ducunt originem, qui diſciplinarum linguarumque propè omnium exoticarum ad miraculum vſque doctiſsimus, inanes ex Rabinorum & Talmudiſtarum ſomniis inuexit nenias.*

Eſt autem ipſiſſimum Lindani volumen quo Poſtellus vtebatur, penes me, in cuius margine manu ipſius ſcriptum legitur. *Burgundus hic, numquam in rerum natura fuit, nec iſta ſic potuit aſſerere, qui numquam ſic fuit.* Fuit enim Poſtellus Neuſtrius ſiue Normannus, è pago Barentonio, non autem Burgundus. Verùm ſe Nouatorum albo conſcribi egerrimè tulit, vt qui ſe ſuaque, Eccleſiæ Catholicæ Apoſtolicæ & Romanæ cenſuræ & iudicio ſemper ſummiſerit. Qui inquam, ſi quædam minùs ſana ſcriptis ſuis immiſcuit, vel etiam viua voce effutiit, ea ſanè duro atque diuturno apud nos penitentiæ & reſipiſcentiæ ſpatio ita diluiſſe, emendaſſe, & reuocaſſe credendus eſt, vt commiſeratione magis quàm animaduerſione dignus extiterit.

Nullus quamdiu hac in Martiniana domo manſit, (vt à maioribus meis accepi) ipſo Religioſior, nullus deuotior, nullus ad Sacroſanctum Altare ex intimis in lachrimas profuſior viſus eſt. In familiari & quotidiano conuictu grauitatem & preſtantiam (ætas, vultus, barba prolixiſſima requirebant) ita retinebat, vt facilitatem & comitatem à ſe nulla-

tenus arceret. Verborum illius (cum voce & accentu ſonoro) pondus & grauitas aures omnium implebat. Anxius quiſpiam & anceps inque dubio verſabatur: Poſtellum adibat, & ei de quacumque re quæ ſub hominis ſenſum cadere poteſt, per eum fiebat ſatis. Principes & Magnates, docti cumprimis & literarum amantes, illius aſſiduè claudebant latera, & ſi quando liber ab illis, & à ſtudiis atque lectione parumper otiari licebat, ſolus per hortos atque pomaria noſtra obambulans, vel meditabatur, vel globulos precatorios manu geſtabat, nonnumquam & teſtudine animum ſolabatur & recreabat, vnde tanta alacritate, tanta animi quiete eiuſmodi vitam amplectebatur, vt Epiſtolas literaſque ſuas (vidi autem quamplurimas Ipſius manu conſcriptas) hac phraſi occluderet. Tuus in Chriſto Poſtellus, annum (puta V. VI. ſeptimum) veræ vitæ agens.

Sobrius quàm extiterit, hoc ſolùm teſtetur, quòd gregarii Monachi portiunculæ non modò lubens acquieſceret, ſed hac ſorte ſupra modum contentus viueret, fumorum honorum-ve minimè ſitiens, nec diuitiis cæteriſque rebus quæ magnæ hominum opinione habentur, inhians.


Moriens quàm piè, quàm Chriſtianè, quàm Catholicè ſe geſſerit, preter Martinianos noſtros, norunt quamplurimi cùm pietate, tùm literis & doctrina maximè clari atque percelebres viri, quos inter Clariſſ. D.D. De Maſparault Computorum Regiorum Magiſter, Guido Faber de la Boderie. Neuſtrii; linguarum peregrinarum ſcientiſſimi, & Doctiſſimus Magiſter noſter Iohannes Fileſacus, Scholæ Pariſienſis Sorbonicæ digniſſ. Decanus, & dum hæc ſcribo octuagenario maior, è cuius ore & teſtimonio didici ipſummet cum præfatis, ipſi Poſtello animam agenti, dum ſacro oleo illiniretur, adfuiſſe preſentem. Quos gemitus, quæ ſuſpiria, (referebat mihi dictus D. Decanus) pro vitæ anteactæ recordatione, ex intimis, adeoût etiam adſtantes in fletus & lachrimas concitaret, non emittebat?

Eſt autem penes me Latinum quoddam ipſius Poſtelli ſcriptum, cuius Titulus eſt, *Reſolutio Vltima, ſeu Teſtamentum Guilielmi*

Guilielmi Poſtelli, ex quo quamplurima poſſunt colligi, quibus animum verè Chriſtianum, & ſuæ ſalutis percupidum, exprimit. *Si* (inquit ille) *ad mea peccata reſpicio, non eſt mihi pars in cælo. ſed cum ad Ieſum meum Redemptorem aſpicio, iam in cæleſtibus me verſari confido, cogitoque & ſpero.*

Vnicum tandem, ſed graue, ſed moleſtum admodum, & quo maximè moueor mihi reſtat deſiderium, Poſtellum in viuis non vidiſſe, quippè qui anno 1583. Monaſterium hocce noſtrum Martinianum antè annum ætatis duodecimum fuerim ingreſſus, cum ipſe Poſtellus duobus annis ſuperioribus, ſcilicet 1581. eadem æde atque cubiculo quod inhabito, annos natus 76. menſes tres, dies nouem, ſexta die Septembris, hora nona pomeridiana ex hac luce ad Dominum migraſſet, poſtridie (vbi dictum ſupra) ſepultus.

Sed grauiter hîc me peccaſſe faterer, ſi natiuam ipſius Poſtelli, & ad viuum expreſſam effigiem, cum ſequentibus Hebraicis & Gallicis verſibus Lectoris oculis non exhibuiſſem.



לשון אחת בראש חוה מרבית רברי אומות
כשמה הי׳א רמית הזאת מסובבת כל מקומות
ושכל איש בכל מוכלא מלומר בכל למורים
אהיב אוהב לכל היה אשר אחר האל מורים:

Vne langue en ce Chef parla maints Idiomes,
L'Ame de ce pourtraict enuironna tout lieu,
Cet Eſprit fut profond, docte entre les Grands-hommes,
Et fut le Bien-aymé des fauoris de Dieu.

Toy quiconque verras ceſte morte peinture,
Aſſeure toy de voir vn chef qui a comprins
L'vn des plus genereux & ſublimes eſpris
Que Dieu de noſtre temps ait mis en la nature.
Tout ce que le Ciel prend dedans ſa couuerture
Fut contenu dedans vn ſi petit pourpris,
Tous lieux de terre & mer deſſus vn globe eſcris
Furent eſcris en luy d'vne viue eſcriture.
Il vid d'œil & d'eſprit tout le rond Vniuers,
Il ſceut des Nations les langages diuers,
Il meditoit en luy la Concorde du Monde.
Il fut pauure & hay, mais non des gens de bien,
Il auoit tout en luy, & ne poſſedoit rien:
Or il ioüit du bien, qui en tous biens abonde.

Sic denique Clariſſimus & Doctiſſ. D. Florimundus Remondus in Senatu Burdegalenſi Synedrus, Operis ſui cui titulum fecit, *De la Naiſſance, Progrez & Decadence de l'Hereſie de ce Siecle*, libro 2. pag. 156. & 157. de hoc noſtro Poſtello, poſt multa, loquitur.

Sur ſes vieux ans, les Princes & gens de ſcauoir alloient voir ce venerable vieillard à S. Martin des Champs où il logeoit, aßis dans ſa chaire, la barbe blanche luy tombant iuſques à la ceinture, auec vne telle maieſté en ſon port, vne telle grauité en ſes ſentences, que nul n'en retournoit iamais ſans deſir de le reuoir, & eſtonnement de ce qu'il auoit oüy. Quand il parloit auec vehemence (comme quelquesfois le diſcours l'y portoit) on eût dit que ces yeux eſtoient des eſcarboucles.

Combien de fois a pris plaiſir le Roy Charles IX. d'oüyr les admirables diſcours de cet homme, qu'il appelloit ſon Philoſophe: Et

comme vn iour ſa Majeſté eût eu des lettres du Roy d'Ormus & des Beſoards, qu'il luy ennoya par ce renommé & pecunieux Aluaromendez; Poſtel en fut l'Interprete. Ie puis Sire (dit il alors au Roy en la preſence de toute ſa Cour) ſans Truchement aller de voſtre Royaume iuſques à la Chine, toutes les langues des peuples qui ſont entre deux, me ſont auſſi connuës que la verité.

Or il ſe montra pluſieurs années deuant ſa mort tres-Catholique, s'eſtant purgé de toutes ſes opinions, que la ſuperbe grandeur de ſa ceruelle pouuoit auoir auorté, pluſtoſt que conceu, ſoumettant le tout au iugement de l'Egliſe. Diſoit ordinairement la Meſſe auec vne extraordinaire deuotion, ſi qu'on l'a veu ſouuent, meſmes au cœur de l hiuer, diſant la veille de Noel la Meſſe de minuict, la fumée ſortir de ſa teſte chenuë, lors qu il s'appreſtoit à la Conſecration, tant il auoit l'eſprit tendu à ce grand Myſtere. Sur tout il fut ennemy des Sacramentaires Caluiniſtes, c'eſt pourquoy ils l'ont vilainement voulu noircir. Hactenus ille.

Sequens fragmentum vitæ Guilielmi Poſtelli, ex Bibliotheca Thuana inter M S. Codices ſub numero 775. cum quibuſdam aliis eiuſdem Poſtelli, deſumptum eſt.

HVmili in extrema Neuſtria loco natus Guilielmus Poſtellus, Barentonij: tanto in literas & ſtudia animo fuit, vt poſt amiſſum peſte vtrumque parentem, cum vix ætatis annos octo compleuiſſet, atque in tutorum cura ageret, ſæpè hoc pertulerit, vt ne aliis quàm ſtudii occupationibus teneretur, inedia ad occidentem vſque Solem diebus quàmplurimis durauerit. Tamen ob rerum tenuitatem & patrimonium malè poſt peſtem exhauſtum, vix totum vnquam biennium potuit in liberiori ſtudio agere. Nam aut temporum iniquitas, aut ſumma annonæ caritas, ita illi ſemper obſtitit, vt vix illi vnquam ad trimeſtre ſpatium ſine grauiſſima aliqua calamitate perſiſtere licuerit. Tamen circa tredecim annos natus, iam Ludimagiſtri munus ſatis fæliciter exercendo, Sagii qui vicus eſt non longè vltra pontis Axonæ vrbem, quam Pontiſaram aliàs dicunt, aliquid nummorum corraſit, & Pariſios ſtudiorum gratia petiit, vbi ſtatim in nebulones ob rerum imperitiam incidens, & nummis & indumentis ad interulam vſque qua vte-

batur, noctu dum in lecto eſſet, ſpoliatus eſt. Quare ad ſummam nuditatem & inopiam redactus ob frigora & calamitates, incidit in morbum diſſentericum, illum quo Itali ſuis inimicis imprecantur vocando Caca ſangue, quo totis decem & octo menſibus (licet octo ſolis diebus valuiſſet equi fortiſſimi vires deiicere, necareque illa ſanguinis quam eiiciebat, effuſio) vſque adeò obtenuatus fuit, vt mors magis in eo quàm vita videretur, & ita deiectæ eſſent corporis vires, vt numquam ſex poſtea menſibus, toto videlicet biennio potuerit quicquam cibi aut potus appetere, ſed omnia illi vltra offerrentur ſine vlla orexeos incitatione. Reſumptis tamẽ viribus vt potuit aſſurgens, coactus eſt ob annonæ ſummam penuriam ſe ad ſpicilegium in Belſia conferre, vbi tam ſedulò egit, vt ad indumenta reparanda, & ad victum Pariſios vſque curandum, collecto ſpicilegio ſibi proſpexerit, & demum ſtudia repetens numquam reuera ſatis inchoata incepit, illecebris & fama peregrinarum linguarum moueri ad Hebraicæ Grecæque linguæ ſtudium, vbi auditu quidem mirum. ſed tamen veriſsimum contigit facinus. Nam cum audiſſet Iudeos adhuc in rerum natura eſſe, eoſque literas hebraicas in vſu adhuc ſeruare, à quodam ſodali intellexiſſet, non ceſſauit quo vſque egrè inuento Alphabeto pergeret ipſe per ſe ita voluere, reuoluere, & tranſcribere, vt eadem illa ipſa die qua audiuerat de litera Iod (ſic enim tulerat occaſio vt qui prælegeret, diceret Iod eſſe literam quæ ita profertur apud hebreos) antequam quidquam biberet comederetue, ſine vllius preceptoris opera, lectionem didicerit tàm fælicibus auſpiciis vt Grammaticam poſtea nactus, & Pſalmorum verſionem ipſe totam per ſe illius linguæ artem didicerit. Sic etiam Grecæ per ſeipſum ſenſum ferè eſt ideò aſſecutus, quod dum furtiuas pauculaſque illas horas quas ſtudiis impenderet, ab eorum quibus inſeruiebat cura ſubduceret, non poterat operam dare preceptoribus, qui tum pauciſsimi & parum docti aderant. Erat verò illi ita laborandum vt Ioanni Gelidio doctiſsimo Hiſpano, quo docente Artium lauream meruit, ſingulis diebus antè quartam horam in grecis literis prælegeret eam Græcorum Themiſtii Commentariorum Ariſtotelis lectionem quam proxime erat in ſchola latinæ auditorio prælecturus. Sic aſſiduis laboribus ſtatim eam meruit opinionem hominum, vt nobilis quidam Luſitanus qui à Rege Luſi-

quamuis qui valdè ne Regi proximi fierent, omnibus doctis aduerſabatur: Petrus Caſtellanus obſiſteret Poſtello, tamen ſi voluiſſet vel Aulam ſectari, vel captare ſacerdotia, nullus vnquam in maiori exiſtimatione apud Regem Franciſcum nomine literarum fuerit, ſatis verò habuit ſi nomine prælectionis Regiæ, ducentos aureos quotannis acciperet. Sic multis annis tranſegit, ſummis fauoribus omnium vſus, ita vt & Margarita ſoror Regis, ſtipendio annuo etiam donaret, quouſque à Poyetto Cancellario (cui malè affecta erat) ſollicitatus Poſtellus vt frequentiùs Aulam inuiſens, etiam ad Sacerdotia captanda animum apponeret. Curauit verò ante omnia dari quadrantem Andegauenſis Epiſcopatus (qui in Decanatu triginta duas parochias continente, conſiſtit) ipſi Poſtello, vt etiamſi Regia deficerent ſtipendia, abundè ſuppeteret ſacerdotium.

Summa itaque imprudentia Poſtellus (vt iudicat) & acceptauit hoc Sacerdotium, & Poyetti partes ſecutus eſt, nam factiones hac in re tentabat Poyettus Poſtello ignorante, vt qui non poterat preſente Caſtellano antè Regem ex æquo per doctrinam reſpondere tanquam ſuum Achillem Poſtellum obiiceret, quem omnium ſaltem opinione conſtabat Caſtellano in omnibus opponi poſſe. Contigit itaque ob Poyettum, vt odia maxima & Reginæ Nauarræ, & Stampenſis Duciſſa & Caſtellani, & multorum Aulicorum qui ab illis ſtabant, in Poſtellum excitarentur, itaut Poſtellum pœniteret mutati conſilij. Sed quid facias? Calamitas ſumma in Poyettum procubuit. Auſus eſt ab Andegauis ad Pyreneos vſque montes fretus priſcis fauoribus Poſtellus ſuſcipere legationem Montemarſum, vbi Rex & Nauarræ Regina erant pro conciliando ipſi Poyetto fauore. Sed aulicæ factionis imperitus nimis Poſtellus, ſenſit ſe interceſſore maximè indigere, qui vt eſſet patronus Poyetto degenerat, aduerſiſſima enim omnia in ea legatione fuere, ita vt preter equos deperditos, preter diſperſam familiam, & multa alia incommoda, fuerit ibi pro libertate decertandum.

Reliqua deſiderantur.

Hoc verò loci, monitum lectorem volo, Andream Theuetum Coſmographum, huncce noſtrum Poſtellum, illuſtrium virorum Cathalogo, libro ſexto, folio 188. inſeruiſ-

ſe,& pro ipſius vitæ enarratione, totam hanc ſiue ipſius Poſtelli, ſiue alterius lucubrationem, de verbo ad verbum è latino in Gallicum idioma tranſtuliſſe, paucis ſub finem de ſuo adiectis. Quod ideo notandum putaui, ne videar ex ipſo Theueto eandem ſumpſiſſe.

Atque hæc ſunt quæ de tanto viro veluti per tranſennam dicere mens erat. Itaque vnde ſumus digreſſi reuertamur.

A tergo Altaris præfati B. Mariæ Sacelli, parua admodum eiuſdem in concauo imago lapidea, clathro ferreo incluſa conſpicitur quæ, hac potiſſimum ratione veneratur quod ipſiſſimam eſſe dicant, quam anno M.CCCCXVIII. Nebulo quidam & aleator, in vico Pariſienſi (*la rue aux Oües*) temulentus & probè potus, blaſphemias & diras in Deum & ſacram Virginem ob amiſſam in ludo pecuniam atque veſtes, ore ſpurco euomens, cultro adpetiit, vnde cruor multus profluxit. Cuius tamen Imaginis ſic (vt aiunt) apud nos tranſlatæ, nihil (preter communem rumorem) ſcriptum reperi. De hac R.P. Iacobus du Breul in Theat. Antiq. Pariſ. lib.3. fol.1066.

Ad dicti B. Mariæ Altaris læuam, muro adfixum hoc legitur Epitaphium.

Cy deuant giſt noble homme Maiſtre Thibault Fourquant en ſon viuant Aduocat en la Cour de Parlement, & Seigneur de Villegenis, Qui treſpaſſa l'an de grace 1433. *Priez Dieu qu'il luy faſſe pardon l'ame. Amen. Pater noſter.*

Proximè ſtant duæ lapideæ ſtatuæ, illa ſublimis quæ Prætextatum, iſta ima quæ Militarem virum deſignat, ſed quorum propter non appoſitas inſcriptiones, nomina me fugiunt. Vnde lectorem monitum velim Militaris huius viri effigiem mihi minimè videri eo ſenſu atque ratione fuiſſe efformatam, vt nidulo atque concauo, vti conſpicitur, incluſa ſtare, ſed potius iacere debeat, quippe cuius capiti puluinar ſuppoſitum ſit quod humum potius quàm cœlũ ſuſpicere cogat, itaut iacentis non ſtantis icon ſit, inſtar autem veterum Cataphractorũ eſt iſthæc effigies, nudo tamen capite atque manibus

manibus quas in modum precantis iunctas tenet. Ex cuius lorica catenulæ duæ, quibus adpendent enſis pro læua, pro dextera ſubula, qua hoſtem olim (vbi harpe & pugio penetrare non valebant) confodiebant. Vnde Brito in Philipp.

cultris alter ſubularibus arctas
Scrutatur thorace vias, galeæque feneſtris
Qua ferro queat immiſſo terebrare cerebrum.

Habet etiam ad coxendices balteum ſeu militare cingulum, cui pro parte ſiniſtra ancile vel ſcutum adpendet.

Sequitur B. Nicolao eadem regione deuotum Sacellum quod Clariſſ. Dominus Philippus Moruillerius Senatus Pariſienſis tùm Primarius Preſes, ſumptibus non modicis fundauit & dotauit, in cuius binis ſtelis duæ ſtant adfixæ ſtatuæ, hæc illius, iſthæc Ioannæ du Drac nobiliſſimæ eius coniugis, priſco ritu veſtitæ, & inferiùs eorumdem ſublime & prominens mauſoleum conſpicitur, cui ſimiles dictorum fundatorum ſuperiacent effigies, ac pro illius circuitu natorum atque nepotum icones exiguæ, in cuius monumenti margine hæc. Inſcripta leguntur.

Au deſſoubs de ceſte tombe repoſent les corps de ſaiges & nobles perſonnes Meſsire Philippes Seigneur de Moruillier, Clary, & Charenton, Conſeiller du Roy noſtre Sire, & Premier *Preſident en ſon* Parlement. *Et de Madame Ieanne du Drac ſa femme, leſquels en leur viuant l'an mil* ccccxxvi. *fonderent en ceſte Chapelle chaſcun iour perpetuellement vne Meſſe. Et au grand Autel de ceſte Egliſe, deux Obits ſolemnels chaſcun an, & autres ſeruices diuins. Et treſpaſſa ledit Monſeigneur premier* Preſident *le* xxv^e^. *iour de Iulliet l'an de grace* M. cccc. *&* xxxviii. *& ladite Madame ſa femme le* xiiii. *iour de Decembre mil* cccc. *&* xxxvi. Prie*z Dieu qu'il leur vueille eſtre piteux & miſericors aux ames. Amen.*

Sub hoc etiam tumulo, ſeu in eadem Capella, iacet Petri Moruillerii, quondam Franciæ Cancellarii corpus, at nulla cum inſcriptione vel Epitaphio, preterquam Ænigmatico Symbolo, quod in præfatæ Capellæ parietibus, feneſtris,

vitræis ornamentis Eccleſiaſticis, & aliis huiuſcemodi conſpicitur. Eſt autem litera Y greca quam Pythagoricam dicunt, cui adpendet & alligata eſt crates occatoria. Quamquidem familiarem teſſeram Claudius Paradinus in Heroicis ſimbolis ſic refert.

Raſtrum, inquit, agreſte Y. literæ quam Pythagoricam vocant, alligatum (quod pro Symbolo ſibi vendicabat Magiſter Petrus Moruillerius Galliæ Cancellarius, quemadmodum ſpectare eſt in æde S. Martino Campeſtri ſacra, vrbis Lutetiæ) ſatis admonet ad virtutem conſequendam, labore iter fieri.

Ei autem hanc imponit parœmiam dictus Paradinus (*Hac virtutis iter*) quæ tamen nuſquam in præfato Sacello legitur. Propinquè verò & ad columnam quæ ad dicti Sacelli eſt ingreſſum, tabula ineſt è nigro marmore, quæ talia refert.

L'An de grace mil quatre cens vingt-ſix. Nobles & ſaiges perſonnes Meßire Phelippes, Seigneur de Moruillier, de Clary, & de Charenton, Cheuallier, Conſeiller du Roy noſtre Sire, & premier Preſident en ſon Parlement. Et Madame Ieanne du Drac ſa femme en leur viuant firent, fonderent, & ordonnerent en ceſte Egliſe les fondations qui s'enſuiuent. Premierement, vne Meſſe perpetuelle par chaſcun iour en ceſte Chapelle de Monſieur S. Nicolas, & chaſcun an durant leur vie, deux Meſſes du S. Eſprit, leſquelles ſe doiuent dire au grand Autel de ceſte Egliſe. C'eſt à ſçauoir, l'vne le tiers iour du mois de Iullet, & l'autre le XIII. *iour du mois de Nouembre. Et apres chaſcune deſdites Meſſes, doibuent Meßieurs les Religieux de ceans venir à proceßion en ceſte Chapelle. Chanter en venant vne Anthienne de noſtre Dame, & puis en ceſte Chapelle vne Anthienne de S. Nicolas, & en retournant vne Anthienne de ſainct Martin, auec les Verſets & Oraiſons. Et au lieu deſdites deux Meſſes du S. Eſprit, apres la mort deſdits fondeurs, & de chaſcun d'eux, doibuent leſdits Religieux dire deux Obits es iours que leſdits fondeurs ſeront allez de vie à treſpas. C'eſt à ſçauoir le iour precedent Vigilles à neuf Pſeaulmes, & à neuf Leçons, & lendemain la Meſſe à Diacre & Soubsdiacre & vn Choriſte auſdites Vigilles & Meſſe. Laquelle*

Meſſe ditte, leſdits Religieux doibuent venir à proceſsion en ceſte Chapelle, en chantant le Reſpons de Libera me, *auec les Verſets. Et ce fait, dire ſur la ſepulture deſdits fondeurs* De profundis, Pater noſter, *auec les Verſets & Oraiſons pertinents, & en retournans en chœur, doiuent chanter vne Anthienne de noſtre Dame, auec le Verſet & Oraiſon.*

Item doibuent eſtre eſleus chaſcun an le iour de la ſainct Martin d'hiuer deux Religieux du Conuent pour dire ladite Meſſe perpetuelle. Item chaſcun an, la vueille S. Martin d'hiuer, leſdits Religieux par leur Maire & vn Religieux doibuent donner au Premier Preſident de Parlement deux bonnets à oreilles, l'vn double & l'autre ſengle en diſant certaines parolles. Et au premier Huiſſier de Parlement vngs Gands & vne Eſcriptoire, en diſant auſsi certaines parolles. Et doibuent eſtre leſdits bonnets du prix de vingt ſols pariſis, & leſdicts Gands & Eſcriptoire de douze ſols pariſis. Comme ces choſes aperrent plus à plain par lettres faictes ſoubs les ſceaux deſdits Religieux, du Chaſtellet de Paris, & par Arreſt de la Cour de Parlement.

Sequitur S. Benedicto ſacrum Sacellum, nobis ideò tranſgrediundum, quod notatu dignum nihil habeat vt in proximum Martyris Laurentii pedem inferamus, ad parietem hæc lecturi.

LEs Religieux Prieur & Conuent de ceſte Egliſe ſont tenus de celebrer en ceſte Chapelle de S. Laurens vne Meſſe de Requiem par chaſcune ſepmaine de l'an à touſiours perpetuellement, à iour de Mercredy, & ſe à aucun deſdits iours de Mercredy eſchiet feſte ſolemnelle, ladite Meſſe ſera dicte du iour; & apres ce, fait memoire des treſpaſſez. Tout pour l'ame de feu Marguerite dernierement femme de Iean Lormier, Mercier & bourgeois de Paris, & auſsi pour les ames de ſes parents, amis, & bienfaicteurs, moyennant certaine ſomme de deniers que leſdits Religieux ont eüe & receüe, comme il eſt enregiſtré au Martyrologe de ceſte Egliſe. Laquelle Marguerite treſpaſſa le Samedy XVIII. *iour de Septembre l'an* M.CCCCXVIII. *Priez Dieu pour l'ame d'elle, & de tous les treſpaſſez.*

Proximè eſt noſtra Sacriſtia, in qua lapis ſeu tumulus admodum grandis & latus conſpicitur, continuis veſtigiis ita attritus, vt earum quibus olim notabatur effigierum ne linea quidem modo appareat, vixque literæ quædam pro circuitu legi poſſint, vti pro parte dextera.

..........*Cygiſt Perronet.*

Et pro ſiniſtra.

............Kadrellas *natus*............ *Iuxta matrem, ſic in matre ſepultus.*

Qui obiit quarto Calendas Octobris, Anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo primo.

Conſpicitur denique lapillus in ſupremo atque ſuperiore graduum quibus ad Dormitorium noſtrum conſcenditur, ſitus, ſitus autem vt pauimenti non tumuli vice inſeruiat, corporis humani carne nudati, & oſſibus solùm herentis effigiem monſtrans, cum hoc verſu. *Miſeremini mei, miſeremini mei ſaltem vos amici mei.* Et pro circuitu eiuſdem.

Cy giſt venerable & deuote perſonne..........*de Bourbonnois iadis* Hoſtellier *de ceans, & deſpuis Prieur de Pas en Arthois lequel treſpaſſa le* IX. *iour de Feburier* M. *&* CCCLXIX.

Quoquidem loco alia etiam lapidum ſeu tumulorum fragmenta cernuntur, ſed quorum inſcriptiones nec legi nec colligi poſſunt.

NVnc ex ſacris noſtris ædibus, in Beatæ Virginis (quod infirmorum dicimus) Sacellum commigremus, & per Exedram noſtrã Cœnobiticam ſeu locum Capitularem iter capiamus, ad cuius ingreſſum gradus tres, & ad egreſſum totidem; duos olim tumulos, verùm ita diſciſſos vt ſex gradus ſeparatim efficiant, offendemus; in primo hæc nimio attritu vix leguntur.

.........*Guillaume de Buel, Cler de la boiſte des Halles au poiſſon*

.........Lundy apres la S. Luc l'Euangeliſte, l'an de...........Priez ....de ly.

In altero.

.........homme, Monſeigneur Symon de Chandeuers, Cheualier, Maiſtre Faulconnier noſtre Seigneur le Roy de France. Qui treſpaſſa l'an de grace M.CCC & XVI. u mois de..........

Sunt in eodem noſtro Capitulo & dicta Capella quidam Reuerendorum noſtrorum Priorum tumuli, quos (quia ſuperiùs retulimus) hìc minimè repetemus. Nobis itaque pergendum, ſed in veſtibulo Sacelli Sacræ Virginis (quod à fratrum Conuerſorum Cimiterio nomen habet) tantiſper immorandum vſque dum pauculos lapides, ſeu ipſorum inſcriptiones excerpſerimus.

Icy giſt frere Guillaude des Chos. Iadis Prieur de l'Iſle-Adam, qui treſpaſſa l'an de grace 1351. le 15. iour de Decembre. Priez pour l'ame de ly.

Cy giſt Guyot de Billy, Eſcuyer, niez Monſeigneur Huges de Chaſtiars. Qui treſpaſſa l'an de grace.......VII. lendemain.......

Sequens in meditullio eſt præfati Cimiterii.

Guillelmus morum puteus, ſpeculum Monachorum
Gemmaque nigrorum, iacet hic, nutritor honorum,
Ille Ceraſcii fuit Abbas, ac oriundus
Villa Barberii, Burgundus pacis habundus,
Nobilitas generis hunc clarum reddidit, æris
Fuſor erat miſeris, vnguibus à teneris.
Pectoris egregia ſplendebat cella ſophia
Munera quamquam pia dederat ſibi gratia dia
Anno milleno quarto decieſque, vigeno
Ac octogeno, celo fit ciuis amœno,
Matris in octabis ſumptæ, ſine ſemine labis.

Ad huius læuam lapis eſt alius, ſeptem globis conſpicuus, cum his verbis.

Hugo de Bellomonte, Panetarius Regis.

Ad gradum ſeu introitum Sacelli B. Mariæ de Infirmaria.

Hic iacet frater Milon de Mirolio, Abbas Monaſterii S. Bar-tholomei de Lizano, ordinis S. Benedicti, Aſtenſis Dioceſis, qui obiit Pariſiis die XX *menſis Auguſti. Anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo quinto. Cuius anima per miſericordiam Dei ſine fine requieſcat in pace. Amen.*

Hic iacet frater Guillelmus de Villa-Bicheti, quondam Sub-prior huius loci. Anno Domini M. CCCXVIII. *die feſto B. Lucæ Euangeliſtæ huius vitæ diem concluſit extremum, Morum floruit honeſtate, Viator. Cum Domino gaudeat ſemper ipſius comprehenſor. Amen.*

Hic iacet frater Michael de Aneto, Tertius in ordine huius loci, Qui deceſſit anno Domini M. CCCLXV. XI. *menſis Octobris.*

Hic iacet frater Guillelmus Pochardi. Hoſtillarius huius loci, Qui deceſsit anno Domini M. CCCC. *Quorum animæ requieſcant in pace. Amen.*

Hic iacet frater Ingerrannus de Monte-caprioli, quondam Subprior huius loci. Qui deceſſit XI. *Cal. Maii, anno Domini* M. CCLXXXXV. *Cuius anima per miſericordiam Dei requieſcat in pace. Amen.*

Hic iacet Frater Guillelmus de Laya, quondam Prior Rumiliaci, ac Procurator & Receptor Cluniacenſis in Cameraria Franciæ. Qui obiit die Veneris in feſto B. Barnabæ Apoſtoli, anno Domini M. CCCXLIIII. *Cuius anima per Dei miſericordiam requieſcat in pace. Amen.*

Hic iacet frater Theobaldus quondam Prior de Leigniaco ſuper Canchiam, qui deceſſit anno Domini 1294. *menſe Decembri. Cuius anima requieſcat in pace. Orate pro eo.*

Cygiſt frere Hamelin d'Ancre, iadis Enfermier de S. Martin. Priez pour l'ame de luy.

Hic iacet frater Guillelmus de Mitaco, quondam huius loci Cantor. Qui obiit V. Non. Iulii. Anno Domini M. CCCXLIX. *Orate pro eo. Amen.*

Cygiſt Guy, Cheualier, qui fu fils Monſeigneur Guillaume del Gorel. Dex ait pitié & mercy de l'ame de luy.

Cygiſt Symon d'Anuers, qui fu Eſcuyer au Prieur Pierre de ceans. Priez pour luy.

Hic Iacet Stephanus de Caroloco, Prior quondam S. Nicolai .... Qui obiit........ trecenteſimo ſecundo. Orate pro eo.

Sequentis tumuli inſcriptio tãta vetuſtate eſt attrita, vt aſſequi vix poſſit & valeat, è qua tamen hæc eruere ſum conatus.

Feſta require M. ſemel & V. bis decas habebis
....
Nomine Baptiſtæ decoratus vir bonus iſte
Quem tegit hæc tumba, fuit in ſerpente columba
Moribus & vita verè fuit Iſraelita
Cunctis clauſtricolis exemplar religionis,
Qui legis hoc ſiſte, docens vt....... pater iſte
Gaudeat in rama, cui.........

Reliqua legi nequeunt.

Hic iacet Ioannes de Vitriaco, Sacriſta iſtius Eccleſiæ.

Situ itidem & carie tanta ſubſequens tumulus laborat, vt hæc ſolùm elicere licuerit.

.... Deodatus hic, dicique Magiſter
Abbas dante Deo, Remis fuit atque Miniſter
Prouidus & ſapiens, & ſollicitus quaſi Martha
Pariſius moriens.

Reliqua deſiderantur.

Cygiſt Damp Ponce de....... treſpaſſa en l'an de grace M.CCCXVI. *en la feſte de l'Aſſomption noſtre Dame. Priez pour l'ame de ly.*

Sequens etiam admodum eſt lectu difficilis.

Anno milleno ter centeno quoque deno
Octauo, menſe martis, diſcendo recenſe 1318.
Tunc obiit Guido, quondam Camerarius huius
Eccleſiæ, cuius non manſit corde Cupido.
Largus erat, iuuenis, audax, iuris benè gnarus,
Fidus, amabilis ordine, nobili indole clarus
O pater o fili Deus...............
Spiritus ac almæ des iſti premia palmæ. Amen.

Hic iacet frater Petrus, Monachus *Cluniacenſis Abbas montis Thaborani, Cuius anima requieſcat in pace. Amen.*

Hic iacet frater Ioannes Cabrido, quondam Subprior huius loci. Qui obiit anno Domini M. CCCLIII. *quinta die menſis Martij. Orate......*

Hic iacet Drogo, Prieur de Gornayo.

Hic iacet Bartholomeus Prieur de Cornayo.

Oret quiſque Deum, quod ſaluet Bartholomeum
Qui iacet hic, morum fulſit virtute bonorum
Ad bona vir ſolitus, vir prouidus atque peritus
Prudens, pacificus, humilis fuit, atque pudicus
Mors vitam dat ei, mediata nocte diei
Qua cum letitia, ſcandit ad aſtra Maria.

Cy giſt frere Iaques Moulin Bachelier en Decret iadis Prieur de Gournay ſur Marne, & fils de feu Martial Moulin, Mercier & Bourgeois de Limoges. Qui treſpaſſa l'an de grace mil trois cens quatre vingt & ſix, tiers iour de May. En benait repos ſoit ſon ame.

In eius manibus hic verſus legitur.

Portaſti me in fortitudine tua, ad habitaculum ſanctum.

Sequens tumba nihil preterquam manum, paſtorale Pedum tenentem, cum hoc nomine (*Geraldus*) exhibet.

Icy giſt frere Lorens de Capy, iadis Procureur de l'Abbé de Cluny, &.......... S. Martin des Champs en Paris, Qui treſpaſſa l'an M.CCC *&* XXXIII.XV.*iours en Mars. Priez pour s'ame, que Dieu ly face mercy.*

Qui ſequitur lapis nullam habet effigiem, hæc tamen in eius circuitu leguntur.

Hic iacet Petrus...........iunge tuis charis Petrum quæ non violaris, ſed cum flore paris, ſtella........amaris.

Nullum magis lacerum, hoc ſequente, inueni.

Religio luge, proprio pro patre...............
....quoniam ſtimulo carnis ſuperato.
Te tenuit.........habuit quod ſuprior actus.
Ipſe fuit............ſtuduit compl.........
Actus hic fidei, cuiuſque rei......viſus
.........ei virtute Dei detur paradiſus. Amen.

Pro circuitu capitis figuræ quæ eſt in præfato lapide, hoc legitur.

Anno Domini M.CCLXVIII. *obiit frater Laurentius de Bouſemonte. Subprior huius loci.*

Tres

Tres ſubſequentes ſunt ad gradum Altaris præfati ſacelli B. Mariæ.

Petrum petis........bona plura peregit.
Cellerius magnus fuit, intus mitis vt agnus,
Sobrius, & lenis, mundus, caſtuſque, quietus,
Menſe duodeno, Domini deceſſit & anno
Mil trecenteno quadrageno quoque quinto 1345.
Plenum ſolamen det ſibi Chriſtus. Amen.

Hic iacet Reuerendus Pater *Dominus Briendus de Laniaco, quondam de Taluyers, poſtmodum de Coinciaco, ordinis Cluniacenſis* Prioratus, *ſubſequenter ad Monaſterium de Milibeco Bituricenſis Dioceſis promotus. Qui obiit* Pariſius XXV. *die menſis Septembris. Anno Domini* M. CCCCVIII. *Anima eius requieſcat in pace. Amen.*

Librum habet apertum pro manibus ipſius figura, cum hac precatione.

Deus propitius eſto mihi peccatori.

Icy giſt Iahen de Meru *en tere, qui fu Sougretein de ſeens. Qui treſpaſſa l'an de grace* M. CCLXXX *&* VI. *la ſeurueille de la Touſſeins. Vous qui paſſez par cy priez pour l'ame de ly.*

Qui ſequitur à tergo eſt dicti Altaris.

Hic iacet frater Galterius *de Gamachiis, Monachus Cluniacenſis, Doctor Sacræ Theologiæ, actu regens Pariſius, Abbas quondam Sancti Vlmari in nemore. Qui obiit anno Domini* M. CCCXXXVII. *quarta decima die menſis Octobris. Cuius anima requieſcat in pace. Amen.*

HÆc itaque ſunt quæ in dicto Sacello monumenta & inſcriptiones colligere & excipere potui. Reſtant verò quædam in minore noſtro Periſtilio in quod iam imus, & vt obuiant, hîc inſcribimus.

Icy giſt dans Haymés de Varry, Priez *pour l'ame de luy.*
Icy giſt Iahan de Seuery. Priez *pour l'ame de ly.*
Icy giſt Climent de Luſarches, Eſcuyer au Prieur Eurat de S. Mart.n. Il vous requiert pour Dieu, que vous priez pour ly.

Qui legis hoc metrum, cognoſcas quod petra Petrum

Iſta tegit iuuenem tempore, mente ſenem
Cui quantumcumque iuueni dederat Bera matrem
Et ſecanus patrem, ſe nobilitauit vtrumque
Hic mundi fecem contempſit amore ſcholarum,
Suſtinuitque necem, factus ſectator earum.

Proximus lapis hæc habet.

Guido de Pemis iacet hic, quem Chriſtus ſupremis
Agminibus ſociat, matre rogante Maria.
Quem clarum genere Comites genuere Viennæ
Hunc Deus eripere manibus dignare gehennæ
Nam Monachus factus liquit puer omnia pro te
Vt tibi deuotè Monachi ſeruiret ad actus,
Hunc Deus ergo poli valuis excludere noli.

Hic iacet *Magiſter* Petrus *le Ber. Anima eius per miſericordiam Dei requieſcat. Amen.*

Icy giſt Mahy de Gricoint, féure Couſtelier......mercy ly face.

Hi iacet *frater Radulfus de* Mouciaco, *Iunior, quondam Prior* S. *Margaretæ de Elicuria, & Infirmarius huius loci. Anima eius requieſcat in pace. Amen.*

Huic autem lapidi inſculpta eſt S. Margaretæ Draconem pedibus prementis, effigies: cum his verbis.

Sancta Margareta.

Icy giſt frere Hemart *de* Poi*ſſy, Aumoſnier de ceans priez pour l'ame de luy.*

Ipſius figura librum tenet occluſum, in operculo habentem inſcriptum.

Diex eſt mx.

Icy giſt frere Pierre de Souueigny, *Tiers* Prieur *de ceans. Qui treſpaſſa l'an de grace* M. CCC. *&* XXI. *le Lundy deuant la Madeleine.* Priez *pour l'ame de luy.*

E Dicto noſtro minore Clauſtro nobis eſt iam egrediundum, vt ſi quid alicubi latitet, ita rimemur, vt nos non fugiat, imò hic addatur.

Diximus itaque ſupra, ad valuas Refectorii noſtri, vas ſeu labrum lapideum amplitudinis ſtupendæ, & aquæ allabentis

excipiendæ ergò conſpici, in cuius zona vel lapideo circuitu hoc legitur.

Ceſte ceinture & ceſte caige
Furent faicts l'an mil cinq cens quarante quatre.

Ei enim vaſi cauea filo ferreo ſeu ductili intexta, eſt impoſita, ad manus ſcilicet inciuiles, & alias ſordes quæ iniici poſſent, arcendas. Item ad gradum ipſi proximum, ex quo (vt moris eſt noſtri) hora refectionis tintinnabulum pulſatur, cuiuſdam vetuſti tumuli fragmenta, etiamnum ſub his vocibus, quamquam difficulter, leguntur.

.... & treſpaſſa l'an mil.. ....cens cinquante neuf, la ....S. Laurens, à ceſte fin que........... memoire, & des feaux treſpaſſez......... Vous qui par cy paſſez..... ......
Que mette en repos de gloire
Ceux qui m'ont fait faire. Amen.

EST demùm B. Michaeli Archangelo, in anteriore Monaſterii huius area deuotum Sacellum, & (vti ſuperiùs annotauimus) à noſtris ædibus ſacris xx. circiter paſſibus remotum, in quo Fundatoris eiuſdem & totius propaginis viſuntur tumuli, hic fortaſſis non incongruè locandi.

Cy giſt Nicolas Arrode (fuiz feu Huedon Arrode) qui edifia ceſte Chapelle. Qui treſpaſſa en l'aage de LIX. *ans. En l'an* M. CCLII. *lendemain de la S. Lorens. Priez pour luy que Dex ayt mercy de l'ame.*

(Ex vetere noſtro Martyrologio.)

II. idus Aug. depoſitio Nicolai Arrode, qui conſtruxit Capellam de Cimiterio, & multa bona contulit Conuentui huius loci.

Icy giſt Marie figle Durant le Schens, fame Nicolas Arrode, laquelle treſpaſſa ho mois de Nouembre, en l aage de XXXI. *an. En l'Incarnation* M. CCXXIX.

Icy giſt Hodin, *fils Nicolas Arrode, qui treſpaſſa en l'aage de* XVIII. *hans. ho mois de gin. En l'Incarnation de* M. CCXXXVI.

Icy giſt Aalis *la fille Nicolas Arrode, la femme Nicolas le Fla-*

mengt. Qui mourut en l'aaghe de LVI. *ans. En l'Incarnation....... Qui treſpaſſa lendemain de la S Iermein, qui fut Eueſque de Paris. Pater noſter.*

Cy giſt feu Hude Arrode, Pennetier le Roy Felipe, lequel treſpaſſa en l'aage de XLVII. *ens, hou mois de hout. En l'incarnation de* M. CCXVII.

Cy giſt Peronelle, fille Climent Daraz, fame Hudon Arrode. Qui treſpaſſa en l'aage de XXXII. *ans. En l'Incarnation* M. CCVI. *ou mois de Iuing.*

Cy giſt Symon fils Hode Arrode, lequel treſpaſſa en l'aage de XVIII. *hans, ho mois de Nouembre, En l'Incarnation.........*

Cy giſt Richart fuix Eude Arrode, qui treſpaſſa en aage de XXXII. *ans, ho mois de Guin. En l'Incarnation de* M. CCXXX. *ans.*

Cy giſt Iacquet, qui fu fuis Iahan Arrode, fuis de la fille feu Robert de Meullang. Priez pour luy.

Icy giſt Iahane, la fille feu Hecclin le Voyer, fame Nicolas Herrode, qui treſpaſſa en l'aage de XXVIII. *ans, lendemain de la Miaout. En l'an de l'Incarnation* M. CCLX.

Cy giſt Florie, fille Iean Ecroin fame Nicolas Arrode, qui treſpaſſa en l'aage XVI. *ans. En l'Incarnation* M. CCXXXIII. *ou mois de Feurier.*

Icy giſt Gile, la fille feu Nicolas Arrode, qui treſpaſſa en l'aage de XVI. *ans. En l'Incarnation* M.CCLXI.

Icy giſt Oudart Arrode le ieune, fuis Iehan Arrode de Chailloüel, qui treſpaſſa en l'aage de XXXII. *ans u. mois de Feurier. En l'an de grace* M. CCLXXXV. *Priez pour l'ame de ly.*

{ *Cy giſt Iehan Arrode, fils Nicolas Arrode, Priez pour luy.*
{ *Icy giſt Marie, fame Iean Arrode, priez pour l ame.*

Cy giſt Colinet le fuis Iehan Arrode, qui treſpaſſa à l'aage de deux ans & deux mois Niez Nicolas Arrode.

Cy giſt Aalis fame Nicolas Arrode, mere Oudon Arrode, qui treſpaſſa en l'aage de LXXI. *ans. En l'Incarnation* M.CCXVIII. *ou mois Doitouure.*

Cy giſt..............Arrode, pere Oudon Arrode qui treſpaſſa en

l'aage de ſoixante & dix ans. En l'Incarnation M. CLXXXXV. *ou mois de Feburier.*

Icy giſt Iacques Arrode, qui treſpaſſa l'an de grace M. CCLXXXXVIII. *la veille de la Touſſainčts.*
Icy giſt Iehanne qui fu fame Iaques Arrode, fille Guillaume Sauore, qui treſpaſſa l'an de grace M. CCLXXXVI. *ou moys de Mars, priez pour ly.*

Icy giſt Bertaut Arrode le iane, fils Iehan Arrode de Chaloüiel, qui treſpaſſa en l'aage de XXIIII. *ans la veille de la S. Lorens. En l'an de grace* M. CCLXXXIIII. *Priez pour l'ame de ly.*

Cy giſt Nicolas fils Ode Arrode, de ſa dareine fame, qui treſpaſſa en l'aage de XXXII. *ans. En l'Incarnation* M. CCXLIIII.

Icy giſt Guillaume Arrode, qui treſpaſſa l'an de l Incarnation noſtre Seingnieur, M. C. CC. C. LXIX. *u. mois dotouure, la velgle de de la Sainčt Deniſe. Priez pour l'ame de ly.*

Sequentis meminit R. P. Iac. du Breul. Theat. Antiq. par. lib 3. fol. 980. & 981.

Icy giſt Iean Arrode, Seigneur de Challiau: fils de feu Nicolas Arrode..............reliqua legi nequeunt.

Icy giſt Bertaut Arrode, qui treſpaſſa en l'aage XLIX. *ans, ou mois de Mars. En l'an de l'Incarnation* M. CCLXXVII. *Priez pour l'ame de ly.*

Icy giſt Aueline, qui fu fame Bertaut Arrode, qui treſpaſſa l'an de grace M. CCLXXXXVII. *ou mois de Feurier.*

Icy giſt Nicolas Arrode, *fils Nicolas* Arrode, *le viez, qui treſpaſſa en aage de* LXV. *ans, l'an* M. CCLXXXVIII. *le Mercredy apres la S. Nicolas en Yuer. Priez pour l'ame.*

Icy giſt Colin Arrode, *qui treſpaſſa en l'an........*

Icy giſt Nicolas Arrode, *Sire de Chailliau & de Coudray ſur Seine, & fils de feu ſire Iean* Arrode, *iadis Panetier noſtre Seigneur le Roy, qui treſpaſſa l'an de grace* M. CCC *& ſaize, neuf iours en Iung, le Mercredy deuant la* S. Barnabé Apoſtre. *Priez pour l'ame de ly.*

Icy giſt Ioanne fame feu Nicolas Arrode, fille feu Iean de Laigny, qui treſpaſſa l'an de grace mil CCC *&* XVIII. *le Vendredy Be-*

noiſt, ſix iours en Auril, Priez pour l ame de ly.

Ad ingreſſum iſtius ſacelli duo ſunt fragmenta, primum hæc habet.

.........ans le fuis Nicolas Arrode le ione, qui fu fuis Nicolas Arrode le Viel, qui funda ceſte........

Secundum.

Cy giſt Oudin le fuis........Arrode, qui treſpaſſa......... de cinq ans, & trois mois la Vueille de Noel, en l Incarnation M. CC........

A tergo Altaris, exiguus integer tamen tumulus eſt, hæc continens.

Icy giſent deux des figles Nicolas Arrode, Aliſon & Ianenotte.

Reſpice Domine de Sanctuario tuo ſuper Domum iſtam in ſempiternum.
DEVT. 26. 15.

Lectori.

NOrunt qui Arti impreſſoriæ aliquando inuigilarunt, & (vt loquuntur) Compoſitorum erroribus (quos idemtidem & vbicumque ſuis typis immiſcent) corrigendis operam nauarunt, quantùm inſit difficultatis menda penè innumera non prætere-rire, quippè quæ ipſis oculis quantumuis lyncæis & perſpicacibus, effluant, vel (vt ita dicam) ipſi viſui ſeſe proripiant ac ſuffurentur. Quod ſanè mihi hùic intento Operi inuitè & frequenter nimiùm accidit, qui quamuis iis expungendis, ſingula quæque folia, prælo recens detracta, ſtudioſè rimatus fuerim, vix tamen obſiſtere valui quin ſequentes non obrepſerint errores, quos benignus Lector, pro ſua prudentia facilè & proût hîc doceo, reſtituet.

Errata ſic corrigito.

Pagina 22. linea 15. erum, lege erunt.
Pagina 26. linea 29. Hæc, lege hac.
Pag 43. linea 3. ſine, lege ſiue.
Pag. 48. linea 13. hilcum, lege hiulcum.
Pag. 55. linea 8. inſpecturus, lege inſpecturis.
Eâdem. linea 33. Broſeſſore, lege Profeſſore.
Pag. 57. linea 18. inſtituentur (*adde*) per
Pag. 64. linea 30. teſtimonlum, lege teſtimonium.
Pag. 68. linea 4. amoueto, lege amouento.
Pag. 106. linea 3. omolagata, lege omologata.
Pag. 122. linea 9. 150. lege 1500.
Pag. 246. linea 23. Pers, lege Pere.
Pag. 313. linea 16. Epiſcopatu, lege Epiſcopatûs.
Pag. 328. linea 27. exceptam, lege excepta.
Pag. 347. linea 29. Beneficii, lege Bonefacii.
Pag. 416. lin. 15. prædictas Eccleſias, lege prædictæ Eccleſiæ.
Pag. 455. linea 36. ommuni, lege communi.
Pag. 486. linea 14. eriam, lege etiam.
Pag. 521. linea 19. Flauiago, lege Flagiaco.
Pag. 539. linea 7. introgrediamur, adde &
Pag. 543. linea 22. ergo, lege erga.

A01 1470074